THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA
TOMUS SEXTUS

PARTEM TERTIAM DE DEO FINE VIRTUTIBUS OBTINENDO
QUOD LIBRUM PRIMUM ET SECUNDUM E TRACTATU
SECUNDO SPECTAT COMPLECTENS.

5, 73

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTAE GENÈR
THEOLOGI HISPANI

THEOLOGIA
DOGMATICO-SCHOLASTICA
PERPETUIS

PROLUSIONIBUS POLEMICIS HISTORICO-CRITICIS

NECNON

SACRAE ANTIQUITATIS MONUMENTIS

ILLUSTRATA

TOMUS SEXTUS

PARTEM TERTIAM DE DEO FINE VIRTUTIBUS OBTINENDO

QUOD LIBRUM PRIMUM ET SECUNDUM E TRACTATU SECUNDO SPECTAT COMPLECTENS

SS. D. N. PIO SEXTO P. O. M.

SACER.




ROMAE ANNO MDCCLXXVII.

IN TYPOGRAPHEO S. MICHAELIS AD RIPAM.

SUMPTIBUS VENANTII MONALDINI BIBLIOPOLAE IN VIA CURSUS ET PAULLI JUNCHI TYPOGRAPHI ET BIBLIOPOLAE.

PRAESIDIBUS ADPROBANTIBUS.



SS. D. N. PIO SEXTO P. O. M

PROTECTORI. AVGVSTO. BENEFACTORI. LARGISSIMO

PIETATIS. ET. LITERARVM. PATRONO

SPIRANTI. FIDEI. REGVLAE. SPEI. CARITATIS

ET. VIRTVTVM. OMNIVM. MORALIVM. NORMAE

COELITVS. DATAE

VT. VNIVERSA. PLEBS. SANCTA. DEI

FACIAT. SECVNDVM. EXSEMPLAR

SE. AC. TOMVM. SEXTVM. DE. DEO

FINE. VIRTVTIBVS. OBTINENDO

EX. THEOLOGIA. SVA. VNIVERSA

NON. ITA. PRIDEM. EIDEM. SVMMO. HIERARCHAE

DICATA

DEVOTVS. NVMINI. MAJESTATIQVE. EJVS

IN. ANIMI. GRATISSIMI. ET. HVMILLIMI. TESTIMONIVM

ANNO. SAL. MDCCLXXVII. IND. X. MEN. DEC

L. M. DEDICABAT

JO. BAPT. GENER. FILIORVM. AMANTISSIMVS

Digitized by Google

SUP.

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM
DOCUMENTORUM
EX ACTIS MARTYRUM CHALDAICIS

AD CLASSES MONUMENTORUM ANTIQUITATIS IN TOMIS HUCUSQUE EDITIS CONSCRIPTAS.

PROLOGUS.

VIXDUM nobis opportune licuit perraris id genus monimentis ſubſequentes Claſſes, in quibus illa ſuam reperiant ſedem, in obſequium ſanctae Fidei dogmatum locupletare; & hoc illico Supplementum, quod reliqua ferat documenta ſingulis quibuſque jam editorum voluminum, & partim hujus VI Claſſibus adnectenda, praemittendum jure duximus: ad eum plane modum, & parem itidem ſtili ac methodi rationem, ſi pauca exceperis, quibus priorem Adpendicem Martyrologicam Tomo V. praefixam adornavimus; monentes inſuper, qua deinceps ratione de monumentis e re Martyrologica petitis agendum nobis eſſet. Hoc etenim pacto & Claſſibus jam conſcriptis hic novus, ſublimiſque adcedet ſplendor, decus & vis pro ſancto dogmate; & in noſtro theſauri ſacrae antiquitatis ſpecimine, quod diu ſpopondimus in praefatione ad Tomum II., pretioſiſſima haec analecta, hucuſque magnam partem ignota, utpote in Aegypti latebris a multis ſeculis deliteſcentia, minime deſideraveris.

Haec itaque illa ſunt Acta, quorum chaldaicum textum primus omnium recenſuit, notis vocalibus animavit, latine vertit, admonitionibus, perpetuiſque adnotationibus illuſtravit Claris. & Illuſtris. Praeſul Stephanus Evodius Aſſemanus Archiepiſcopus Apamenſis an. 1748. ac in duas partes ſub totidem voluminibus diſtribuit ſic praenotatas, *Acta SS. Martyrum orientalium*, *Pars* I. & *Acta SS. Martyrum occidentalium*, *Pars* II. Opus quidem in hoc genere numeris omnibus abſolutum. Ex hiſce nos Actis eas SS. Martyrum cum orientalium, tum occidentalium Adloquutiones excerpſimus, quas opportuniores duximus in rem noſtram, quaſque more noſtro exponendas & interpretandas jamjam adgredimur.

Primum vero ut Actis ejuſmodi, e quibus Adloquutiones eruimus, fides integra adhibeatur, praeſtat nonnulla praemittere ex prae-

notatis ab eodem ſapientiſſimo Interprete Aſſemano in ſuis praefationibus, & alias ſparſim in commentariis; paucis deinde ſubjectis ad praeviam argumenti noſtri elucidationem haud parum conferentibus.

I. Quod Acta utriuſque ordinis generatim ſpectat, decerpta noſtro Interpreti illa ſunt e codicibus primo & ſecundo Nitrienſibus mſſ. vaticanis, quos nempe Clariſſimus Interpretis Avunculus Joſ. Simon Aſſemanus (cujus quidem ſaniorem doctrinam, omnigenam eruditionem, & ſubactam criticen nemo neſcit) e coenobiis ſolitudinis Nitrienſis Aegypti ceu veteres & genuinos ſibi deprehenſos, juſſu Clementis P. XI. (qui certior factus de optata plurium codd. mſſ.cuſtodia apud coenobia illarum partium orientalium, ut illis, quovis pretio redemtis, bibliothecam vaticanam locupletaret, eo Simonem ablegaverat) Romam detulit, & in bibliothecam vaticanam intulit.

II. Primus Actorum MM. orientalium Scriptor S. Maruthas eſt, Tagriti, ſeu Martyropolis Epiſcopus, ſanctimoniae, doctrinae, ſcriptorum plurium laude conſpicuus, & Martyrum quidem orientalium, ſub Sapore II. coronatorum ſeculo IV. jam definente coequalis ac teſtis oculatus; id quod argumentis invictis comprobatur. Actorum vero MM. occidentalium, e cod. I nitrienſi deſumtorum, ſcriptores varii ſunt, & incerti plerumque, ſed coaequales tamen, propterea abſque omni ſuſpicione, fideque digniſſimi.

Nec ea plane tribuenda Metaphraſti, quum codex ille nitrienſis I. Auctoris hujus aetatem longe ſuperet. Nec item Euſebio Caeſareenſi; quoniam nullam de antiquis Martyribus collectionem is tradidit praeter eam, quam parvam, & ſatis jejunam praefert inſignis ejus liber, hiſtoriae eccleſ. octavus, de Martyribus Palaeſtinae: quod plane operoſe contenditur evinci in nova Differt.de Euſebiana Actorum veterum MM. collectione, Parti II. de Actis MM. occident. praefixa ad pag. 33. Excipe tamen Acta X. Martyrum; videlicet SS. Procopii, Alphaei, Zacchaei, Romani, Timothaei, Apiani, Hedeſii, Agapii, Theodoſiae V. Petri Abſelami; quae nempe ex conjecturis veri ſimilibus (& illa quidem laudato libro de Martyribus Palaeſtinae adprime conſentiunt) chaldaice exſaravit Euſebius; heicque fideliter exſcripta more ſuo primum edit Interpres noſter.

III. Ex iis utriuſque ordinis Actis, quae ferme autographa dixeris, ſi qua mutila, ſeu luxata ſunt in laudatis codd. nitrienſibus; ex probatis Scriptoribus latinis & graecis, prae primis autem ex mſſ.orientalibus bibliothecae vaticanae ſuppleta adcuratiſſime exſiſtimes, atque emendata.

IV. Orientales Martyres haeic intelliguntur qui paſſi ſunt apud plagas quaslibet ultra Meſopotamiam incolentes; Martyres vero Occidentales qui lauream reportarunt apud populos quoslibet citra Chaldaeam ſitos, quales dixeris e. c. Meſopotamiam, Syriam, Palaeſtinam.

V. Martyres Orientales, quorum heic Acta proferuntur, Martyrium in Perſide ſubierunt ſub perſequutione ſaeviſſima Saporis II. Perſa-

ſarum Regis, cognomento Longaevi, quae 40. totos annos, ab an. videlicet 340. ad 380. protracta eſt. Idcirco non niſi poſt ingentem laborem, diligentiam & adcurationem perſequutionis Regis, ſimulque Martyris uniuſcujuſque paſſionis epochae ad ſeveriorem hiſtoriae, chronologiae, & critices trutinam exactae, perpenſae ſunt ac definitae ab Eruditiſſimo Interprete, linguarum, rerumque orientalium calentiſſimo. Eas propterea univerſas, mea quidem ſententia, tuto amplecti poſſis, praetermiſſis etiam aliorum opinionibus hac in re diverſis.

VI. Contemtione potius, quam ſubtilibus argumentis perſtringendi ſunt moroſi illi critici, & emunctae naris, ut videri amant, quorum ea eſt praejudicata rerum opinio, ut quidquid veterum monumentorum ex longinquis, maxime vero tranſmarinis Aſiae regionibus in Europam advehitur, doli mali, fraudiſque ſuſpicione non careat. Quaſi vero eccleſiaſticae eruditionis theſaurus totus quotus quiſque eſt, quo tot Scriptorum volumina locupletantur, non inde potiſſimum adlatus ad manus Interpretis noſtri pervenerit, unde hanc ipſam Actorum genuinorum collectionem depromſit. Haec quidem ex ejuſdem adnotatis. Ad ulteriora pergimus.

Profecto in Actis illis chaldaico-latinis, e quibus Adloqutiones SS. Martyrum exſcribere decrevimus, plura ex iis identidem occurrunt, quae apud criticos cum Tillemon.& Bailleto Actorum ſinceritati obſtant quammaxime. Ut puta, inter alia, multitudo adloqutionum, miraculorum, cruciatuum exquiſitorum.

Sed haec tamen ſpeciatim objecta nihil omnino adſertae Actorum ſinceritati obeſſe, pluribus, Deo auſpice, evincere conabimur in tractatu, quem meditamur, ſingulari de Actis Martyrum; & novam quidem, ut ſuſpicor, ineuntes viam: innixi videlicet prae primis ſupercoeleſtibus Martyrii ſacerrimi Magnalibus & Privilegiis, de quibus fuſe in eodem tr. ubi de laudibus Martyrii ex doctrina veterum Patrum e IV. primis ſeculis. Cujuſmodi ſyſtematis en tibi ſpecimen.

Porro mirabilis Deus in Sanctis ſuis. At nuſquam tamen mirabilior quam in Athletis ſanctiſſimis, in ſtadio, ſeu palaeſtra Martyrii, cum tormentis, cum erroribus, cum tyrannis, cum Lucifero pro fide Chriſti invicte confligentibus, & de cunctis hiſce hoſtibus glorioſe triumphantibus. Ecquis autem bene ſapiens haec inficias iverit?

In eo nimirum ſtadio demonſtrat Deus O. M. in conſtanti ſacrorum Pugilum paſſione gratiae ſuae auxiliatricis vim & robur; in miraculis, quae in ipſis, vel in alio rerum genere patrantur, omnipotentiam ſuam, & veritatem fidei, ſive alterius ſupernae virtutis, pro qua dimicant; in adloqutionibus ſapientiam, qua per ora Martyrum tanquam per Apoſtolos & Doctores electos atque praecipuos, tyrannos, paganiſmum, eccleſiam Chriſti, orbem univerſum myſteria revelata erudit; in durioribus adverſum Reges, Praeſides, totumque paganiſmum objurgationibus juſtitiam vindicem & ultricem in eos, qui tam

 ini-

inique agebant, nolebantque ultro veritatem ediſcere ad conſpectum tot miraculorum, quae virtute loquutiones Dei ſunt; & tot virtutum, quae ſole meridiano ſplendidiores in actionibus Martyrum elucent; & tot ſermonum, quibus iidem ſaepe numero coelitus adflati divina revelant myſteria, ac ſacri codicis apophthegmatis communita exponunt atque illuſtrant.

Quemadmodum enim Deus tyrannorum utebatur miniſterio, ut praeclariſſimos Martyrum ab ipſis extorqueret triumphos; ita & Martyrum interventu agebat, ut adeo perfide peccantes contra fidem ſanctam, ejuſque alumnos, ſeveris ſaltem & peracerbis vocibus, tanquam ab ore divini judicis imperioſe effuſis, merito corriperet, confunderet, deterreret.

Quod inſuper violenta nimis & exquiſitiſſima tormenta ſacris Athletis inflicta ſpectat, in ea ſum ſententia, ut ſupplicia quaelibet opera prae primis Satanae vehementer ſuggerentis & inſtimulantis; eis illata ſint: quae porro, me judice, vulgatiſſima Sapientum, & prae primis S. Ephrem in laudat. a SS. MM. ſententia eſt. Satanas et vero, Chriſti, ejuſque fidei & eccleſiae hoſtis infenſiſſimus, probe norat, invictas Martyrum confeſſiones praemaximam parere Chriſto gloriam, eccleſiae utilitatem, fidei ſplendorem ac propagationem; ſibique contra damnum ac dedecus irreparabile. Eum itaque facile credideris, nullum non moviſſe lapidem, ut quibuſcumque interpoſitis cruciatibus, mentibus tyrannorum ſuggeſtis, Athletas cogeret ad ejurandam fidem Chriſti. Putaverim ſane, Deum ut ab hoſte cruentiſſimo majorem nominis ſui gloriam extorqueret, facultatem illi dediſſe Martyres quomodocumque liberet excruciandi; non ſecus ac olim eandem is adſequutus eſt facultatem adverſus Jobum.

Ex iis itaque tanquam ſolidis & veri ſimillibus argumentis, rectae utique rationi ſummopere conſentaneis, adcurate perpenſis, apertiſsime concludas oportet, nec multitudinem adloquutionum, nec ubertatem mirabilium, nec exquiſitorum cruciatuum copiam, quas haec Acta chaldaica haud raro eveniſſe ferunt in palaeſtra Martyrii, hoc eſt in theatro praemaximae divini Numinis gloriae, ejuſque eccleſiae, ac in ſchola virtutum omnium, praeprimis ardentiſsimae caritatis, atque adeo ſummis magnalibus & privilegiis divinitus decorata; nec ea, inquam, obeſſe quominus Acta legitima ſint atque ſincera. Ceteroqui Martyrii pretium, quod apud Deum, ejuſque eccleſiam (ſi Cyprianum, Chryſoſtomum, Hieronymum, alioſque Patres de hoc argumento agentes audias) ſummum eſt, aut nimium imminues, aut toto coelo aberrans e medio tolles.

Haec porro argumenti noſtri praelibata capita vera eſſe, ac oppido idonea ad refellenda, quae indicavimus, Tillemontii & adſeclarum cum vulgatiſsima criticorum recentium opinione objecta, mihi extra omnem dubitationis aleam exploratum videtur; eſto ſuas patiantur exceptiones (quemadmodum& cuicumque ferme canoni generali ſubnecten-

ſtandae paſsim occurrunt) quum videlicet hiſtoriam rerum id genus ab Actis traditam, expenſis adjunctis omnibus, aperte a veri ſimili exorbitare reperiat eruditus ac prudens vir. At de his tamen, uberrime alias exponendis & illuſtrandis, dicta ſatis.

Quid autem, quiſpiam fortaſſe quaerat, de nonnullis aliis, in hiſce Actis identidem occurrentibus, quae ut pro genuinis habeantur, graviorem difficultatem ingerere poſſint? Nimirum, dixerit quis, codices mſſ. e quibus eruta eſt haec collectio, ut fatetur Interpres, multis in locis laceri ſunt & luxati; at loca haec nec adſignavit, nec diſtinxit; nec item documenta ſigillatim indicavit, e quibus congruentem deſumſit materiam, qua illa ſuppleverit atque ex amuſſim redintegrarit: reſtat ergo perpetuum ferme dubium an hic, ille, vel alter locus mutilus fuerit & exacte, adcurateque ſuppletus.

Eſto, deinde S. Maruthas & alii Martyrum paſsionibus coaequales Acta autographa primum concinnarint, necunde conſtat, apographa, quibus Interpres utitur, cum autographis illis oppido conſentire. Tum quod aetas antiquiſsima ſuperius indicata nequeat ejuſmodi apographis nitrienſibus jure adfigi, videtur aperte concludi ex momentis ſatis urgentibus, quae Germonius e S. J. alter olim ex Editoribus Trivultianarum Ephemeridum, disquiſit. 1. par. 1. c. 1. a p.17. & alias oppoſuit Mabillonio adverſus vetuſtatem ſibi exſtimatam diplomatum mſſ. primae ac ſecundae ſtirpis Regum Francorum: quia nempe (ut nihil loquamur de falſariis, qui omni loco & tempore exſtitiſſe & codices interpolaſſe, ſeu aliter vitiaſſe, aut ex integro pro lubito confinxiſſe deprehenduntur) creditu difficillimum eſt, ea quae ſcripta fuerint in papyro aegyptiaca, in cortice, in membranis, quae corpora ſuapte natura fluxa ſunt & caduca, tanto temporum intervallo illaeſa a mucore, ſitu, muribus, blattis, injuriae temporum, aliiſque id genus peſtibus reſtitiſſe.

Verum enim vero quum in hoc ſalebroſo rerum genere omnino abſit certitudo & evidentia, ac non niſi conjecturis paſſim quomodocumque veriſimilibus rem adſerere valeamus; idcirco primores Magiſtri in hac diſciplina peritiſſimi, ſibi merito auctoritatem adrogare videntur, ut ea, quae adſerunt, tanquam eis prolixo examine diſcuſſa, nobis haud vulgari fide ſaltem ſolide probabilia teneantur: atqui hos inter Magiſtros Interpres noſter Clariſſ. jure quam optimo habendus. Quod ſi hanc ejuſmodi primoribus Sapientibus denegemus fidem, nihil porro erit, aut in iſta de Actis veteribus MM. diſciplina, aut in univerſa remotiſſimarum rerum hiſtoria, de quo tuto dubitare non auſim. Multa ſane pro certis praemittenda merito ſunt, ne tot, tantiſque in diſputationibus haereamus penitus, quovis intercluſo aditu ad ulteriorem pro veritate, ex probabili ſaltem fundamento, habenda inquiſitionem.

His autem praejactis, & ſerio perpenſis, nullo plane negotio objecta ſolvimus pro auctoritate Interpretis noſtri. Quia nempe haec ferme omnia, vel iis omnino ſimilia eodem jure opponi poſſunt adver-

ſum

ſum valde multa ex iis Actis, quae e vetuſtiſſimis codd. mſſ. olim ediderunt Mombritius, Surius, Lipomanus, Bollandiani Socii, Baronius, ex parte Ruinartius, alii (quod quidem viris perdoctis, in hoc de Actis MM. negotio adprime verſatis exploratum ſatis reor) quin autem propterea, ſi de cetero non ſubcurrant graviora momenta, pro ſuppoſitis, aut interpolatis habeantur. Quoniam, ut mox diſputabam, aequitatis & prudentiae ratio expoſcit, ut in hoc rerum genere Magiſtrorum, qui haec nos edocent, induſtriae, fidelitati, adcurationi, dummodo nihil alias vehementer obſtet, calculum ſubmittamus noſtrum. Integra ergo habenda fides Clariſſ. Interpreti, in eum modum ſuper Acta chaldaica e veterrimis mſſ. eruta differenti.

Nec eſt ſane quod reponas, fidem hanc opinione noſtra ejuſmodi Praeceptoribus demiſſe praeſtandam, minime ad canones recentis ac verae critices ad ſecernenda Acta vera a falſis exactam eſſe. Scio equidem, hos canones ingenti numero perplurimos hodiernis Criticis praeſcribi cum Bolland. Ruin. Tillem. Baill. Honor. a S. M. Et vero neſcius non ſum, eos canones multitudine ſua in baratrum tenebrarum ſtudioſos immergere, ac plures ex illis aut dubiae, ſuſpectaeque fidei reperiri, aut arbitrario, minime ſolido fundamento inniti: tum ex eiſdem hos cum illis pugnare; quin etiam Auctores canonum, vel immemores, vel meliora deinceps ſapere arbitrantes, ab eiſdem ſaepe numero deſciſcere. Verbo dixerim: perrarus eſt ex hiſce canonibus, quem abſque magno delectu, frequentibuſque exceptionibus tuto amplecti poſſis.

Praeſtat igitur hac de re quaeſtionem adeo difficilem & ſalebroſam, alias in tr. noſtro jam indicato ex inſtituto late diſcutiendam, in medio heic relinquere. Atque interea pro vindicanda Cl. Interpretis auctoritate ſatis nobis eſto eidem auctoritati demiſſe addici; freti utique regula nuper tradita, nobis olim jam praemiſſa ad Tom. III. p. 31. & ſapientibus vulgo recepta cum Cl. Juberto e S. J. ubi de diſciplina, ſeu arte rei Numariae.

Sunt et vero praeterea qui putaverint, Acta haec Aſſemani eadem cum Ruinartianis eſſe, ex iis olim exſcripta chaldaice, ac recens latine verſa. Sed mirum tamen quantum a vero homines iſti aberrarint, & quam parum aut nihil Acta cum Actis contuliſſe videantur. Quippe complura dat Aſſemanus peculiaria & completa ſingularium Martyrum Acta, quae apud Ruinartium qua talia deſiderantur.

Nimirum in parte prima Operis ex MM. orientalibus Acta SS. Barſabiae & Socc; Narſetis & Socc; Danielis & Vardae; SS. CXX. Martyrum ſub Sapore; Barbaſcemini & Socc; SS MM. qui variis in locis interfecti ſunt; Jacobi & Mariae; Theclae & Sociar; Barhadbeſciabae; Martyrum Captivorum; MM. XL. Abdae, Ebedjeſu &c; Jonae & Socc; Saporis & Socc; Maharſaporis; Jacobi intercifi; Jonae alterius & Socc. Haec itaque Acta e Ruinartianis exſcripta non ſunt.

Deinde in parte altera Acta SS. Victorini & Socc; Stratonicae & Seleuci; MM. VII. Samoſatenorum Hipparchi &c; Agnetis; Proco-

copii & aliorum ex. fuſiora ex Euſebio, quae Ruinartius contractiora, ſeu in compendium redacta dedit ex eodem Euſebio de MM Palaeſtinae; Theodoſiae V; Theodotae meretricis. Nulla ergo ex Actis MM. occidentalium, quae partem alteram totam occupant, fert Ruinartius, ſi exceperis Acta SS. Luciani & Marciani: quod autem haec a Ruinartianis exſcripta ſint, multa credere obſtant; quin immo merito fortaſſe cenſuit Aſſemanus, ea potiſſimum eſſe ac videri legitima & ſincera, minime vero Ruinartiana. Plura tamen de hoc argumento alias.

Porro Aſſemani Acta de S. Simeone Bar-Saböe ac Socc. adprime conveniunt cum Actis Ruinartii de eiſdem SS. quemadmodum & illius Acta de S. Tharba & Sociab. ac de S. Sadoth vel Sciahduſte & CXXVIII. Socc. cum ejuſdem Ruinartii Actis de ipſis MM; in quibus nempe compendio feruntur pene omnia, quae in Actis pluribus diſperſa tradit Aſſemanus comparate ad Martyres ſub Sapore coronatos. Ecquis autem in lectione Actorum id genus vel mediocriter quidem verſatus exinde rite colligat, haec ex illis particulatim exſcripta eſſe?

Praeterea univerſa haec MM. orientalium Acta chaldaica, uti Aſſemanus idem veriſimillimis argumentis comprobatum reliquit, conſcripta primum ſunt a S. Marutha, paſſionis plurium ex illis coequali & oculato teſte. Et rationi quidem valde conſentaneum eſt, ut ab ejuſmodi teſte, aliorum pariter teſtium oculatorum, ſeu auritorum dictis, aut ſcriptis adjuto, potius quam ab alio ſcriptore non teſte, ſed in partibus remotiſſimis degente, id genus Acta literis traderentur, atque adeo poſteriores alii obtenta Maruthae ſcripta totius eccleſiae exemplo in compendium ſaltem redacta quantocius ederent.

Acta deinde primo loco indicata dedit Ruinartius ex Hermia Sozomeno l. 2. hiſt. c. 8. ſqq. Hic autem hiſtoricus, gente Palaeſtinus, Maruthae aequalis, & fato functus an. circ. 450, hiſtoriam dicavit ſuam Theodoſio juniori Imperatori, qui regnavit ab an. 408. ad 450. atque adeo illam ante an. 408. non edidit. Maruthas vero, qui centenario major ad plures abiit, ad an. 380, quo Sapor perſequutioni finem dedit, & quo Conc. Antiochenum contra Meſſalianos, cui, teſte Baron. ad eum an, & idem interfuit, coactum eſt, magnopere inclarebat.

Veri ſimillimum autem eſt, quod perdoctus & piiſſimus Antiſtes collectionem de MM. ſub perſequutione Saporica, quam partim viderat, partimque ex oculatis, auritiſque teſtibus intelligere poterat, in vulgus quam cito ſparſerit, hoc eſt cruentiſſimae perſequutioni proximus. Solent enim in rebus id genus mirabilibus potiſſimum agi & effervere animi ad ea, quae viderint & audierint mandanda literis in aedificationem poſteritatis; uti plurium inſtar eſt laudatiſſimus Euſebius in hiſt. MM. Palaeſtinae. Minime ergo prudenter timendum, Marutham exſcripſiſſe collectionem ſuam e Sozomeno; immo potius fortaſſe ſuſpicandum, hunc e collectione Maruthae depromſiſſe quae ex eo retulit Ruinartius.

Quod inſuper reliqua ſpectat Acta SS. Tharbae & Sadoth eum

So-

Sociabus & Sociis, quae ſine ulla Admonitione praevia, ac duabus tantum cum notulis ex Bollandianis exhibet Ruinartius; Acta priora exceperunt Bollandiani ex cit. Sozom; poſteriorum vero Auctor ignotus eſt, ac incertae aetatis, quem propterea non niſi temere dixeris antiquiorem Marutha, qui illum exſcripſerit.

Quid vero plura? Esto, hujus Auctor collectionis chaldaicae Acta Ruinartiana in ſubſtantia exſcripſerit. Nihilo tamen ſecius infinitae habendae ſunt gratiae Aſſemano; quippe qui Actis hiſce chaldaicis jam redditis collectioni ruinartianae, & ſanctis dogmatis & pietati chriſtianae adeo utili & glorioſae, praemaximam conciliaverit fidem; ac inſuper (ubi ſatis tenuiter laboraſſe videtur Ruinartius) tanta doctrinae, diverſorum idiomatum orientalium, & omnigenae eruditionis copia praefationibus, & perpetuis admonitionibus, adnotationibuſque luculentiſſime illuſtrarit; quod ſpectat prae primis perſequutionem Saporicam.

Adde, Interpretem noſtrum Aſſemanum, orientalium utique linguarum callentiſſimum, haud vulgari literatae reip. occidentali bono multos correxiſſe & emendaſſe errores, quos ob imperitiam earum lem linguarum Actis graecis & latinis eorum auctores & interpretes adfixerant.

Jam ut orationi praeviae modum imponamus & finem, id extremo loco praemonendum ſupereſt. Nimirum nove in me ſuſcepto Exſcriptoris munere, nimium quidem mihi inſipido & injucundo, ſed ſacrorum dogmatum gratia jucundiſsimo, documenta cuncta ex citt. Actis chaldaicis ſecundum latinam, elegantem, ac textui ſumme conſentaneam Clariſſ. Interpretis Aſſemani verſionem quamfideliter exſcripſimus; eaque peculiari diſtincta titulo, monumentis aliis e re Martyrologica jam deſcriptis adnexuimus.

Ut autem novus adcedat rei, totique Operi ſplendor, ac novae eruditioni peculiare decus & ornamentum adcreſcat, textum ipſum chaldaicum prout exſtat ex citt. codd. mſſ. e quibus exſcriptum novimus, formis eiſdem chaldaicis, eruditis Viris Orientalibus ſaltem notis, prelo adfabre ac fideliter excuſa, ſaepe cetera inter documenta latinae verſionis exhibenda curavimus, tanquam exemplaria vetuſtate longe praeſtantia, tum decore, memoria & laude digniſsima, quippe quae in commendationem & gloriam ſanctae Fidei, ejuſque Teſtium materiem tantam, quae hucuſque delituerat, obtulerunt. Neque vero ceteros quoſque textus latine redditos formis chaldaicis conſulto ferimus, ut nempe & lectorum, quibus orientale illud idioma ignotum eſt, faſtidio, & gravioribus Operis Editorum ſumtibus jure parcamus.

Unus denique ad ſpartam hanc perpetuis adornandam curis Dux & Auctor egregius nobis eſt laudatiſsimus Interpres Evodius Aſſemanus; quippe qui Unus & Primus inter ſapientes Orientales & Occidentales Viros ſummo labore, ingenio, doctrina, induſtria, eruditione nobiliſsimum juxta ac utiliſsimum hoc argumenti genus feliciſsime digeſtum in lucem publicam regiis ſub auſpiciis emiſit. De praenotandis hactenus.

SUP-

SUPPLEMENTUM.

TOMO II. INTERSERENDA

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSES
pro Exſiſtentia Dei veri
proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.
DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܠܣܗܕܘܬܐ ܕܡܪܐ ܐܪܥܐ ܘܫܡܝܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܗܘ ܡܩܝܡ
ܘܐܦܠܐ ܬܘܒ ܥܒܕ ܐܢܐ ܕܡܬܬܘܐ ܐܢܐ ܥܠܝܗ ܠܐ ܡܫܬܡܥ ܐܢܐ ܠܟ.
ܕܟܪܣܛܝܢܐ ܐܢܐ ܘܠܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ ܚܠܦ ܒܪ ܐܢܫܐ ܕܓܠܐ ܗܘܝܬ
ܠܐ ܡܚܠܦ ܐܢܐ.

Legito

Coeli, terrarumque Dominum *teſtor, me tibi poſthac neutiquam obſequuturum, neque id denuo facturum, quod ſemel actum doleo. Chriſtianus ſum*, & Deum verum *cum homine perfido non amplius commutabo*.

S. Guhsciatazades, Regis Saporis nutritius, ac nobiliſsima regni dignitate conſpicuus, M. conſtanter coram Rege profeſsionem emittit fidei, a qua poſt adceptum baptiſma, primum miſere defecerat. In Perſide an. Saporis Regis 31. Regni Perſarum 117. Chriſti 340 (ex *Act.* S. Simeonis Bar-ſaboē Epiſc. & Socc. MM. ap. Clariſſ. & Eruditiſſ. Praeſulem Steph. Evod. Aſſemanum in Act. MM. orient. p. 26. §. *Tum*) Sancti, Sociorumque memoria recolitur die 21. Apr. apud Martyr. rom. diverſis autem diebus ap. alia.

Notatu quidem digniſsima ſunt, quae Cl. Interpres noſter in haec Acta erudite ac critice diſſerit in admonitione praevia, & ſubſequutis adnotationibus. Eum conſulito.

Apage tantum nefas, ut qui veri Dei *ſervi ſu-*

mus, magnum mundi Opificem . . per maximam perfidiam deſeramus, aut repudiato ſummi Conditoris *cultu, ad vile ſolis, rei utique ab illo conditae, obſequium deſciſcamus.*

Sancti cxx. Martyres uno omnes animo, unaque voce reſpondentes Praefecto, eis Regis Saporis nomine edicenti, *ni ſolem adoraſſent, ipſos univerſos ſummo cruciatu haud dubie perituros.* Seleuciae ſub perſequutione Saporis an. 344. (ex *Act.* eorumdem Martyrum ap. Acta MM. orient. p. 106. §. *Per*) Sacer illis dies 6. Apr. in Martyr. rom.

*Elata voce reſpondit, Chriſtianus ſum & De*um verum *adoro.*

S. Acepsimas Epiſc.M. ad Praefectum Adarcurcaſciari ab eo quaerentem, *utrum Chriſtianus eſſet.* Arbelae apud Perſas an. 376. & perſequutionis Saporicae 37. (ex *Act.* Sancti & Soce. ap. Acta MM. or. p. 183. §. *Ad.*) Martyr. romanum eum colit d. 22. Apr.

Plura in haec Acta peregregie admonita & adnotata videris ap. Clariſſ. eorumdem Interpretem.

Ego vero tantum cultus & obſequii, laudes & gratiarum hymnos canendo, impartiar vero Deo *meo, quantum contumeliae meum fratrem ipſi intuliſſe turpiter deficiendo ex vobis audio.*

S. Brichiesus M. ad Principes Magorum, ei ſubdole adfirmantes, ſuum in paſsione ſocium a Chriſti fide nuper defeciſſe. In oppido Hubaham apud Perſas, ſub perſequutione Saporis an. 327. & ejuſdem Regis imperii 18. (ex *Act.* Sancti & Soec. ap. Acta MM. orient. p. 219. §. *Quibus.*)

Equidem ſi poſteaquam Deo vero & vivo *fidem meam addixi, ipſam abjiciam, atque rurſus nihil mihi profuturam ſimulacrorum religionem reſumam, amens ſim.*

S. Seleucus, S. Stratonicae ſponſus, M. ad Praeſidem, eum enixe hortantem, ut abjecta Chriſti fide, ad Paganos ritus rediret. *Cyzici*, quod Myſiae urbs praecipua eſt, an. 297. ſub perſequutione Maximiani (ex *Act.* SS. MM. Stratonicae & Seleuci ap. *Acta* MM. occidental. p. 84. §. *Cui.*)

Chaldaicorum Actorum Scriptor huic martyrio coaequalis videtur, quum & ipſe adfirmet, ea quae ſcribit, a teſtibus ocularis & omni exceptione majoribus ſe adcepiſſe: unde & ſimul ex antiquitate codicis chal-

chaldaici, qui ea praefert, germanam eorum ſinceritatem colligit Cl. Interpres noſter in admonit. praevia p. 66. ſq. Nihilo tamen ſecius tot ea redundant colloquiis, tot portentis, totque textibus e ſacro Codice depromtis, ut quis fortaſſe abſque temeritate ſuſpicari forte poſſit, anne idem ſcriptor, alias doctus, & ad inventiones promtus, multa veris e penu ſuo pia audacia intermiſcuerit falſa; niſi vero dixeris voluiſſe Deum, ex quodam providentiae ſuae arcano, in palaeſtra hujuſce Sanctorum Martyrii ſe ſe inſigniter mirabilem oſtendere ac prædicari.

Deum verum *neutiquam deſeram, neque inanima ſimulacra colam... nunquam ergo uſque eo ego deſipiam, ut ab* hoc *deficiam* vero Deo, *& perituro prope diem homini morem geram.* (*)

(*) Utpote praecipienti ut a fide Chriſti deficiam.

S. Theodota ex meretrice Martyr in quaeſtione ſub Agrippa Praeſide, jubente eam diriſſime caedi, ſi diis non adoleret; reſpondens videlicet nonnullis, *interpellantibus, atque hortantibus ut Praeſidi tandem adſentiretur, ſupplicium brevi obſequio certiſſime evaſura.* In urbe Philippi, an. 318. ſub Licinio Imp. (ex *Act.* Sanctae ap. Acta MM. occid. p. 222. §. *Interea*.)

Nonnulla quidem ſunt, quae cum germana horum Actorum ſinceritate pugnare quis dixerit; ab illis tamen omnibus fuſa & pereruditа diſſertatione Cl. Interpres Actorum ſinceritatem ſatis vindicare videtur. Eum conf. in admonit. praev. a p. 210.

SPECTANTIA AD CLASSEM V.

pro Deo Uno

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܘܠܝܬ ܐܚܪܢܐ ܠܒܪ ܡܢܗ.

Id eſt

Unus *eſt* Deus, *& praeter hunc nullus.*

S. Josephus Presb. M. iis animoſe reſpondens, qui martyrii ſui carnificinae ſpectatores aderant; ipſumque hortabantur, ut libertatem & ſalutem Sapori regi etiam impia praecipienti obſequendo redimeret. In urbe Arbela apud Perſas ſub Adarſapore Praefecto, in perſequutione Saporis, an. 376. Ibidem martyrium perfecit Sanctus 17. Apr. ejuſdem anni (ex *Act.* SS. Acepſimae & Socc. ap. Acta MM. or. p. 194. §. *Poſt*.)

Si corporum noſtrorum lanienam (*) *quum quotidianis Chriſtianorum caedibus manus veſtras contaminare vos delectet, en Chriſtianae ſumus, Chriſtianae moriemur, & chriſtianam religionem nunquam non profitebimur; utpote quibus* unum Deum *colere, nec uſpiam illi rerum coeleſtium, nedum terreſtrium figuras coaequare . . . praeſcribitur.*

(*) Concupiſcitis

S. Tharba V. M. ad ſummum Praefectum & principes viros duos. qui Tharbae ac Sociarum cauſſam cognituri aderant. In Perſide an. 341. (ex *Act.* Sanctae & Socc. ap. Acta MM. or. p. 55. §. *At.*)

Alias Tharbae Adloqnutiones ex Bollandianis adduximus ad Tom. V. in Adpend. praevia p. XLIX. & in Tomo p. 419. Et utrobique quidem Sanctam uominavimus *Pberbutem*; ſequuti utique Bollandianos & Ruinartium, quibus praeiverant Menologium Baſilianum, Menaea graeca edit. Venet. Menaea demum mſſ. biblioth. Ambroſianae. Sed nos tamen & omnes corrupte ex ſententia Interpretis noſtri; quoniam, inquit ipſe in adnot. 3. *Tbarba nomen chaldaicum eſt a verbo, quod creſcere, ſeu augeri ſignificat, deductum: ac proinde* Tharbam *recte* Creſcentiam *latine interpreteris*. Haec ille, chaldaici idiomatis plane callentiſſimus, cui propterea protinus adſentientes, errorem noſtrum lubenter corrigimus, & in Tomo V. expungendum jubemus.

Una nos univerſos continet, ac ſubtentat virtus, una veritas, una voluntas. Unam fidem in unum Deum *praedicamus, eidemque ex animo obtemperamus.*

S. Sciahdustes Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopus, Sancto Simeoni M. ſuffectus, M. communi Sociorum omnium CXXVIII. ſententia, haec reponit Judicibus, Regis nomine cunctis veniam & libertatem ſpondentibus, ſiquidem imperata fecerint, adorando ſolem. Seleuciae an. 341. ſub perſequutione 2. Saporis (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 90. §. *Altern.*)

Sanctum noſtrum ſub nomine *Sadotb*, quo apud Graecos & Latinos vulgo adpellatur, minime ſub praemiſſo nomine perſico, ter adloquentem ſupra andivimus ad Tom. V. in Adpend. praefixa. Quin & ad pag. XXX. ejus loquutionem paucis vocibus a praeſenti diſcrepantem cum Bolland. & Ruinart. laudavimus.

Sed & ibidem Sancti adloquentis martyrio, Ruinart. duce, annum circ. 346. conſignavimus. Ceterum re adcuratius perpenſa, annum illi adfigimus modo 341. freti utique auctoritate Interpretis noſtri; quip-

quippe qui & magna praeſtat rerum orientalium cognitione, & epochas paſſionum Martyrum, ac perſequutiones Saporicas ſtudioſiſſime prae ceteris, quos viderim, digerit, atque definit: quapropter ipſum & nos ducem ſequuti ſumus ad Tom. V. ubi de perſequutionibus & edictis Saporis II. adverſum Chriſtianos, p. 30. ſqq.

Deus omnium noſtrum unus *eſt*, *qui nos meritis exſercens poenis, veſtrae primum poteſtati ſubjecit...*

S. Dausas Epiſcop. urbis Beth-zabde apud Perſas, M. prolixa oratione reſpondens Adarphari Praefecto, qui nomine Saporis Regis eum & Socios reliquos Captivos numero tercentum tum congregatos (inter alios Captivos, quorum *numerus*, ut ferunt Acta, *novem millia exceſſit*) ad ejurandam Chriſti fidem ſub poena capitis adigebat. In oppido Gapheto apud regionem Huzitarum, an. 362. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 138. §. *Ejuſmodi*.)

Nos unum Deum *adpellamus*, *quem colimus*, praeter quem nullum aliud Numen *agnoſcimus*.

S. Maria V. M. et sex aliae sociae VV. MM. una voce reſpondentes Praetori in quaeſtione earum fidei, eas ut impiis Saporis praeceptis obtemperarent, necem impendentem evaſurae, urgenti. In urbe Lapeta apud Perſas, an. 375. (ex *Act.* Sanctae & Socc. ap. Acta MM. or. p. 163. §. *Cui*.)

At nos nullum Deum *novimus praeter* unum illum, *qui coelum & terram*, *ſolem inſuper & lunam*, *& quidquid oculis vel intelligentia ſpectabile eſt*, *condidit*.

S. Sapor Epiſc. Beth-Nictoris in Perſide, M. reſpondens Sapori Regi, eum una cum Sociis aliis acriter increpanti, quod ſoli & igni litare detrectarent. In urbe regia Perſidis, opinor, ſub perſequut. ejuſdem Regis an. 339. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 228. §. *Poſtera*.) Quiſnam Sancti memoriae ſacer dies, mihi incompertum.

Anne Sapor, aliique Socii, quorum Acta hoc loci referimus, iidem ipſi ſint, quos laudat Sozomenus hiſt. l. 2. c. 3. & quorum paſſionis epitomen Aſſemanus noſter tradidit in praecit. tomo a p. 99. §. *Sapores*? Negat quidem Joſ. Simon Aſſemanus ſenior in bibl. or. t. 1. c. 4. p. 17. & c. 12. p. 189. Veriſimilius tamen, opinione mea, ait noſter Aſſemanus junior heic in admonit. ad Acta indicata p. 216.

Recte vocor Philotheus, hoc eſt Dei *amans* unius, *non enim multi delectant dii*.

S. Philotheus M. Hipparchi Socius, reſpondens in quaeſtione Ma-

Maximiano Galerio Armentario Imp eum ſic blande, vafreque ſimul adloquenti, *tuum*, *Philothee*, *nomen deos a ſe amari indicat*. Samoſatae, urbis olim clariſſimae, Syriae Comagenae ad Euphratem Metropolis, ubi tum diverſabatur Imperator, ſub ejuſdem perſequutione, an. 297. (ex *Act*. SS. Hipparchi, Philothei & Socc. Samoſatenorum ap. Acta MM. occid. p. 131. §. *Producitur*.)

Unum *nos* Deum, *univerſorum Imperatorem agnoſcimus*, *atque duntaxat colimus*.

SS. Alphaeus, in eccleſia Caeſareenſi Lector, Exſorciſta, & verbi divini praeco, & Zacchaeus, Gadarenſis eccleſiae Diaconus. MM. reſpondentes una voce Provinciae Praefecto & Judici, eis praecipienti ut Imperatoribus litarent. Antiochiae, an. circ. 303. ſub perſequutione Diocletiani, qui tum in eadem urbe commorabatur (ex *Act*. SS. & S. Romani ap. Acta occid. p. 179. §. *Tertio*.) Ex iis Actis & Euſeb. hiſt. l. 8. ubi de Martyr. Palaeſt., martyrio Sancti perfuncti ſunt d. 18. Nov. quo quidem die celebrantur in menaeis Graecorum; at in faſtis latinis percolnutur ad d. 17. ejuſdem menſis.

Vos adpello, *quotquot certaminis hujus ſpectatores adeſtis .... Unum tamen habeo quod vos orem atque obſecrem*, *velitis & vos generatim omnes* unicum duntaxat Deum *coeli*, *terraeque conditorem & agnoſcere*, *& agnitum colere*.

S. Agapius M. quum eſſet in amphitheatro, ſententiam exſpectans a Maximino Imp. poſteaquam ei pollicitum eſt ab Imp. vel ab alio ejus nomine, *a morte & cruciatibus eum liberatum iri quotieſcumque de ſua diſcedens ſententia*, *Deum abnegaret*. Caeſareae Palaeſtinae, quam Maximinus ſuum, vel Diocletiani tanquam ſuum, natalem celebraturus convenerat, an. 306. & perſequutionis 4. d. 20. Nov. feria ſexta (Ex *Act*. Sancti ap. Acta MM. occid p. 200. §. *Vixdum*) Apud Menaea magna Graecorum, & Menologium Baſilianum feſtus ipſi dies 19. Aug., ſed ap. Martyr. rom. 20. Nov. Alias idem Sanctus, videlicet in urbe Gaza Palaeſtinae, ab Urbano Palaeſtinae Praefecto ad beſtias damnatus an. 304., incolumis evaſit; quod quidem indicat Baron ad Mart. rom. ſub d. 19. Aug. nota *d*. Addit Cl. Actorum Interpres in admonit. praevia, quod quum Agapius tum „ ex ferarum dentibus incolumis evaſiſſet, in vincula conjectus, ibi duobus circiter annis detentus fuit, donec Maximino Caeſaream conveniente, & natale ſuum ... celebrante, in amphitheatrum productus, urſaeque voraciſſimae objectus, nec tamen exanimatus, tandem in mare praeceps dejectus eſt. „

Ergone Gazae in vinculis toto pene biennio detentus Agapius; de repente deinceps proxime ante adventum Maximini in carcerem

Cae-

Caeſareae translatus eſt? At de hac tamen translatione nullibi plane occurrit mentio. Heinc fortaſſe quiſpiam ſuſpicetur, alium eſſe Agapium noſtrum ab eo, qui Gazae feris objectus eſt; conſentiens videlicet Menaeis omnibus Graecorum, Syrorum tabulis, Menaeo Chifletii, & Sparwenfeldiano Slavo-Ruſico; tum Sirleto, Galeſinio, aliiſque latinis Martyrologis; qui nempe omnes diſerte habent, Agapium quemdam una cum SS. Timotheo & Thecla Gazae ſub Urbano Praefecto martyrium conſummaſſe.

Sed eos tamen omnes hallucinationis merito redarguit Cl. Interpres Aſſemanus. Quoniam Scriptor Actorum chaldaicorum Sancti, quae notas omnes ſinceritatis etiam a Tillemont. & Bailleto deſideratas in Actis genuinis ſane praeſeferunt, de Agapio inquit, *quem una cum B. Thecla ad beſtias fuiſſe damnatum, in ſuperiori ſermone retulimus*, videlicet in Actis S. Timothei §. *Eodem.* ſub fin. ap. Acta MM. occid. p. 185. Licet itaque veriſimili argumento conjectare, Sanctum vel ex vinculis Gazae, vel aliunde, aut tanquam reum, aut ſponte ſua in Caeſaream, ubi perfecit martyrium, fuiſſe adductum, aut conveniſſe; quidquid de modo, quo convenerit, certo non conſtet.

SPECTANTIA AD CLASSEM VI.

pro Omnipotentia Dei

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTUM EX ACTIS CHALDAICIS.

Adeo nec te, nec tua tormenta formido, ut ſi quae tibi ſuppetunt iis atrociora, in me nulla mora expediri poſcam. Aderit Omnipotens Deus, *qui pares ad ea perferenda vires mibi ſufficiat.*

S. THEODOTA ex meretrice Martyr, converſa ad Agrippam Praeſidem, lictoribus indicentem, *agite dum, Theodotam iterum ferreo pectine dilaniate, tum ſalem atque acetum plagis infundite.* In urbe Philippi, ex Actis ſub init. videlicet in urbe Philippopoli apud Thraciam, quae Imp. Licinio tum parebat, an. 318. ſub eodem Licinio, fortaſſe menſe Septembri. (ex *Act.* chald. Sanctae ap. Acta citt. MM. occid. p. 223. §. *Tunc.*)

Plures quidem occurrunt nodi in horumce Actorum explicatione, quod prae primis Licinianae perſequutionis epocham ſpectat; ſed eos tamen omnes erudite & peracute ſolvit in Admonit. & Adnotatt. Interpres Aſſem. quem propterea conſulere ne pigeat.

SPE-

SPECTANTIA AD CLASSEM VII.

pro Deo Aeterno

poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTUM EX ACTIS CHALDAICIS.

Vah Manes! Vah! quia victus ſuccubuit, ſuoque caſu deum ſuum obruit, (*) quia videlicet Deus non eſt. O me contra beatum! quia vici, vicitque in me Chriſtus ſanctus, filius Mariae; ille qui ſemper fuit, qui erit ſemper.

(*) Videlicet Deum alterum, quem volebant impie Manichaei auctorem atque originem mali.

S. Aithilahas M. Sozomeno *Aithalas*, Lipomano & Bollandianis *Aeithalas*, Diaconus Beth-Nuhadrae, quae urbs erat Babyloniae ad Euphratem ſita, Sanctorum Acepſimae & Joſephi in paſſione ſocius, haec geſtienti animo exclamavit adverſus quemdam Manichaeum, eodem in carcere forte detentum, qui nempe *ad quaeſtionem productus... ſine cunctatione erroris ſui inane dogma ejuravit*. In urbe Arbela apud Perſas ſub Praefecto Adarcurcaſciaro, vel ſub alio novo Zaruſciate, in perſequut. Saporis II. an. 376. Ibique Sanctus ſexagenario major martyrium cum Sociis conſummavit eodem anno d. 17. Apr. (ex *Act.* SS. Acepſimae, Joſephi, Aithilahae ap. Acta MM. orient. p. 203. §. *Eodem.*)

SPECTANTIA AD CLASSEM

pro Vita Dei

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DUCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܡܠܟܐ ܐܡܪ ܠܐ ܐܣܦܩܐ ܠܝ ܠܡܫܡܥ ܗܒܠܐ ܦܠܐܬܐ
ܦܝܠܬܐܘܣ ܐܡܪ܂ ܗܟܢ ܡܐܡܪܐ ܠܟܝ ܕܬܫܡܥ ܡܠܘܗܝ ܕܐܠܗܐ
ܚܝܐ܂

Scilicet

Tum vero Imperator: paucis te volo, Philothee; nec enim vacat nugas iſtas (*) audire. Cui Philotheus: adeo ne piget viventis Dei *oracula audire?*

(*) Nempe locum a Philotheo recitatum ex 1. *Reg.* 2. 30.

S.

S. Philotheus M. cum Maximiano Imp. colloquens, ubi *ſupra* p. XIV. (ap. ActaMM. occid. p. 132. §. *Producitur*.)

At illi ſimul omnes : obſtruatur os tuum , ajunt ; quia talia nobis ſuggeris , pereantque oculi tui : hiſce nempe artibus nos , improbe , moliris a ſancta, quam Servator noſter Jeſus Chriſtus filius Dei vivi *nobis aperuit , vitae via abducere .*

S. Hipparchus M. una cum sociis samosatenis MM. ad Maximianum Imp. eis ſpondentem libertatem , ſummoſque in rep. honores , dummodo mutata ſententia , diis thura offerre ſtatuerent (ex *Act.* eiſdem ap. ActaMM. occid. p. 128. §. *Tum*.)

Noli in famulos Dei vivi *praeter omne fas & officium deſaevire .*

S. Hedesius M. aliis Aedeſius, S. Apiani Martyris germanus frater, ad Heraclium totius Aegypti Praefectum, quem utpote videbat chriſtianos Confeſſores ſummis adficientem contumeliis, Deique virgines lenonibus tradentem ; & a quo idem juſſus eſt verberibus multari. Alexandriae an. 306; ſub Maximiano Imp. (ex *Act.* Sancti chaldaic. ap. Acta MM. occ. p. 196. , §. *Poſt*.) Sancto feſtus dies 8. Apr. ap. Martyr. rom.

SPECTANTIA AD CLASSEM VIII.

pro Miſericordia Dei

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica .

DOCUMENTUM EX ACTIS CHALDAICIS.

Obſecro te , Chriſte , ut ſicuti Rahab meretricem & latronem te confitentes ſuſcepiſti , nec avertiſti Miſericordiam tuam ab eis , *perinde nec a me clementiam tuam prohibeas , quoniam vere dilexi te verum Deum .*

S. Theodota M. extra urbem Philippi educta , pro Chriſto jamjam obruenda lapidibus , Chriſtum deprecatur (ex *Act.* chald. Sanctae ap. Acta MM. occid. p. 224. §. *Poſtremo* .) Recole ſis ſuperius dicta p. VI.

SPECTANTIA AD CLASSEM X.

pro Deo Providente

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica .

DOCUMENTA RELIQUA EX ACTIS CHALDAICIS.

Cujus (*) *itidem ſempiterna vi , atque ſupremo*

numine mundus & omnes mundi partes ab initio conſtituta ſunt, & omni tempore adminiſtrantur.

(*) Summi rerum Conditoris

S. Acepsimas M. de falſa eorum religione, qui per univerſas orientis ſolis provincias ignem pro Deo colebant, cum Adarcurcaſciare Praefecto diſputans. Arbelae, uti ſupra ad p.x. (ex *Act* Sancti & Socc. ap. Acta MM.or. p. 184. §. *Ad*.)

Nemo etenim mortalium non ejus ope indiget, quum ipſius *numine & conſilio conſtent* & regantur univerſa.

S. Brichiesus M. uti *ſupra* p.x.

Eum, qui in cruce pependit, adoramus ... cujus numine totum hunc orbem *creatum eſſe, auctum* & ſubſtentatum *credimus*.

S. Hipparchus M. ſacra fidei myſteria edocens Jacobum & quatuor alios MM.Samoſatenos (ex *Act*. Sancti & Socc.ap. Acta MM occ. p.125. §. *Adcedit*.)

Oculos, obſecro, mentis in coelum adtollite & ſupra fluxas hujus ſeculi res & caducas ſuſpicientes Servatorem omnium Deum *animo contemplamini*.

S. Romanus, genere Palaeſtinus, Exforciſtae & Diaconi muneribus perfunctus in quodam pago, qui Caeſareae urbi ſuberat, M. eos qui ob timorem tyranni in cultum daemonum delapſi fuerant, ad fidem Chriſti revocare apoſtolico ardore conatus. Antiochiae an. 303. ſub Diocletiano Imp. (ex *Act*. SS.MM. Alphaei, Zacchaei, Romani, ap. Acta MM.occ. p.180.§. *Eodem*.) Sancti memoria vulgo recolitur d.18. Nov. quo nonnullis (aliis vero refragantibus & martyrio adſignantibus d.17.ejuſdem menſis) putatur Romanus fractis laqueo faucibus agonem conſummaſſe.

Porro haec Acta latine reddita & critice illuſtrata dat chaldaica Interpres noſter ex codice nitrienſi vaticano I. ceu foetum genuinum Euſebii, ab eodem chaldaice vel ſyriace conſcriptum; qui plane comparate ad hiſtoriam de martyrio Romani ſatis convenit cum iis, quae idem Euſebius hanc in rem protulit in lib.de martyr.Palaeſtinae c.2 Quin immo & iis Actis nonnulla ſupplentur aut fuſius exprimuntur, quae in cit. lib. aut jejune narravit, aut omnino praetermiſit hiſtoricus. Nihil itaque de martyrio Sancti, aut de ejus, quam deſcripſimus, adloquutione jure dubitandum relinquitur.

An.

Anne vero praeter hunc Martyrem Romanus alter Antiochiae pariter ſub Galerio Caeſare & Aſclepiade Praefecto, eodem die, eodemque necis genere, diverſa licet ex cauſſa, martyrii palmam obtinuit? Ajunt quidem Menaea graeca, & Acta S. Romani, quae dat Mombritius, ac ſequioresMartyrologi frequentiſſime cum Baron. ad d. 18. Nov. nota *b.* cujus opinione Prudentius hymno 10. *περὶ στεφ.* ex utroque Romano unum conflavit.

Negant autem, & noſtra plane ſententia, veriſimilius, Valeſius in Euſeb. ad c. 2. de martyr. Palaeſt. Ruinart. in admonit. praev. ad Acta S. Romani, & Interpres noſter Aſſem. oppido conſulendus in admonit. praev. ubi prae ceteris hanc ſententiam luculentius illuſtrat & vindicat.

SPECTANTIA AD CLASSEM XI.

pro Trinitate Dei.

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܘܟܦܪ ܐܢܐ ܒܫܡܫܐ ܘܒܣܗܪܐ ܘܒܟܘܟܒܐ ܘܒܢܘܪܐ

ܘܒܡܝܐ. ܘܡܘܕܐ ܐܢܐ ܒܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.

Id eſt

Solem praeterea, lunam, ſtellas, ignem & aquam abnego. Patrem *contra* & Filium & Spiritum ſanctum credo *& profiteor.*

S. Jonas M. hanc emittit confeſſionem fidei dum, jubente Magorum principe, vices Praeſidis gerente, nudus, ſuppoſitoque ſub umbilicum ſtipite adligatus, acerrimam fuſtigationem conſtanter ſuſtinebat. In Perſide apud oppidum Hubaham, an. 327. ſub perſequut. Saporis (ex *Act.* Sancti & aliorum X. Socc. ap. Acta MM. or. p. 219. §. *Tunc.*) Sancti una cum fratre & M. Brichjeſu memoria recolitur d. 29. Mart. ap. pleraque Martyrologia cum rom.

Merito haec Acta vulgo ſinceriſſima habentur, primum utique conſcripta ab oculato teſte Eſaia, Adabi Arſumitae filio, Regis ejuſdem Saporis Equite pientiſſimo juxta ac nobiliſſimo. Conf. Interpres Aſſem. in admonit. praev. & ſubſequutis adnotationib.

Silete, fratres... & cum ſilentio orate, ut ab hoc miſerrimo ſeculo ad Deum, *quem tamdiu quaerimus, ad Dominum noſtrum* Jeſum Chriſtum, *&* Spiritum ſanctum *abeamus.*

S. Philotheus M. Socios Samoſatenos hoc pio ſermone blande increpans; quoniam quum ſibi in cruce moriendum eſſe intelligerent incredibili laetitia adfecti, haec inter ſe muſſitabant, *nos utique indigni ſumus, qui eo, quo Chriſtus occiſus eſt ſupplicio honeſtiſſimam mortem oppetamus*. Samoſatae, uti *ſupra* p. xiv. (ap. Acta MM. occ. p. 138. §. *At*.)

Ipſi nos quoque pro tenuitate noſtra oramus Deum, & Chriſtum ejus, ejuſdemque Spiritum ſanctum .... *ut everſis deorum inanium delubris, chriſti eccleſias ubique conſurgere jubeatis* ...

SS. MM. Samosateni bene precantes civitati ſuae, amicorum exhortatione, quum ad martyrium coram populo frequentiſſimo properarent. Samoſatae, an 297. ſub Galerio Maximiano Imp. (ex *Act.* Sanctorum ap. Acta MM occ. p. 141. § *Quod*.)

Actorum vetuſtatem & ſinceritatem illud quam maxime evincit, quod nempe chaldaice conſcripta adcurate, fideliterque ſint a teſtibus oculatis & fide digniſſimis; a presbytero nimirum piiſſimo, a quo ipſi Martyres Sacramenta ſuſceperant, & a paedagogo Galli, praenobilis viri Samoſateni. Sic enim Acta ipſa nos condocent p. 141. ſq.

Nos vero contra, etiam atque etiam Deum & Chriſtum ejus, ejuſdemque Spiritum ſanctum *oramus, ut & illum*(*) *quamprimum adſequamur & immortali cum ipſo in die Domini noſtri* Jeſu *Chriſti corona donemur*.

(*) Hipparchum omnium ducem & magiſtrum, nuper in tormentis vita functum

SS. iidem MM. Samosateni haec animoſe reponunt Maximiano, eorum fidem, vix Hipparchum ſuum ſpiritu deficientem ſubita mors occupavit, in hunc modum pertentanti, *vos poſthac diis ſacrificaturos credo; nec enim vitam prodigere fas eſſe putabitis: quod tamen iſte ſenex facere non dubitavit ſibi ipſe infeſtus*. (ex *Act.* eiſdem ap. Acta MM. oc. p. 141. § *Dixerat*.)

Porro quum heic & ſaepe alias ferunt Acta, Martyres multos unam eamdemque Adloquutionem haud perbrevem protuliſſe, intelligendum eſt, unum aliquem eorum ex omnium animo & ſenſu ſibi perſpectiſſimis eam tum orationem fudiſſe: ad eum plane modum, quo in Actis SS. xl. Martyrum orientalium ad p. 159. dicitur de S. Abda Epiſcopo, quod *ipſe in quaeſtionibus omnium nomine verba faciebat*.

ipſe-

SPECTANTIA AD CLASSEM XII.
pro Patre Deo
proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.
DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

Domine Deus Pater Domini noſtri Jesu Chriſti, qui a te miſſus *ad nos venit, anticipent nos quaeſumus, miſericordiae tuae, & oſtende...*

SS STRATONICA ET SELEUCUS orantes Dominum ut in eis jamjam immittendis, occludendiſque in foediuiſſimum ſepulcrum coram frequentiſſimo populo ſuae virtutem clementiae oſtendat. Cyzici, uti *ſupra* p. x. (ap Acta MM. oc. p. 107. §. *Ubi*.)

Falleris Imperator, quum nobis vita ipſa potior ſit fides in Deum Patrem Domini noſtri Jesù Chriſti, qui ab illo miſſus *ad nos venit...proptereaque juramus* Deum Patrem & *Dominum noſtrum* Jeſum *Chriſtum, nos patrum noſtrorum Hipparchi & Philothei veſtigiis inſtituros, nec tuis fraudibus nos capi paſſuros eſſe.*

SS.MM. SAMOSATENI, Hipparcho & Philotheo juniores ad Gal. Maximianum, eos callide hortantem ut abjecta eorum ſenſuum obſtinatione, vitam ſervaturi, chriſtianam abnegarent fidem (ex *Act.* SS. uti ſupra p. xx. ap. Acta MM. oc. p. 133. ſq. §. *Tum*.)

Expreſſam vides in utroque documento divinam Verbi a Patre Deo miſſionem. De miſſionibus in ſanctiſſima Triade diſputavimus ſupra ad Tom. II. p. 420. ſqq. En tibi quam pulcre Adloqutiones iſtae conſonent theologicis dogmatibus.

Chriſtum *unice Deum profiteor*, Deum *unice agnoſco* ejus Patrem.

S. APIANUS, Graecis, Latiniſque APPHIANUS & AMPHIANUS, M. quum lictores ſaeviſſimi inter varias interrogationes eum ut diis litaret, perurgerent. Caeſareae Palaeſtinae, an. 306. in perſequutione Maximini Imp. ſub Urbano Praeſide (ex *Act.* Sancti ab Euſebio chaldaice conſcriptis ap. Acta MM. oc. p. 194. §. *At.*) Ejus memoria ap. Grecos & Latinos frequentius recolitur d. 2. Apr., ap. nonnullos Martyrologos d. 5. ejuſdem menſis.

SPECTANTIA AD CLASSEM XIII.

pro Spiritu ſancto Deo

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTUM EX ACTIS CHALDAICIS.

Nunc oro te, Domine, da nobis praeſtare quae Spiritus ſanctus *olim praedicabat per os David patris noſtri.* (*)

(*) Ex *Pſal.* 65. 15. ſq.

S. Jonas M. dum acerbiſſimam fuſtigationem donec coſtae nudarentur patientiſſime) ſubferret. In Perſide, uti *ſupra* p. xix. (ex Act. MM. or. p. 219. §. *Tunc*.

TOMO III. INTERSERENDA

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSEM I.

pro Deo Creatore

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA RELIQUA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܕܗܘܝܢ ܡܠܟܐ ܘܐܦ ܕܠܐ ܠܟ ܘܠܐ ܡܠܟܐ ܘܪܘܪܒܢܐ

ܕܝܬܒܝܢ ܥܡܟ ܗܘܐ ܠܗ ܠܡܫܡܥ ܐܢܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥ

ܕܐܣܓܘܕ ܠܒܪܝܬܐ ܘܐܫܒܘܩ ܠܒܪܘܝܗܝܢ.

Videlicet

Exploratum tibi ſit, o Rex, neque tibi, neque Regibus, neque proceribus tibi adſidentibus me ad ſenſurum, ut mutata ſententia Conditorem rebus ab ipſo conditis *poſthabeam, eoque contemto iſtas adorem.*

S. Guhsciatazades M ad Saporem Regem graviter horrantem ut a fide Chriſti rurſum ſuſcepta deſiceret. In Perſide, uti *ſupra* p. ix. (ex Act. MM. or. p. 27. §. *Guhſciatazades*.)

Certum fixumque nobis eſt Deum cum re creata

neu-

neutiquam commutare, *nec* uni *debitum* Conditori *cultum* operi ejus *communem ſacere*.

S. THARBA V. M. CUM SOCIABUS reſpondens ad Principes Viros in earum cauſſa Judicum vices gerentes, eas ut ſoli litarent, cohortantes. In Perſide (ex *Act.* Sanctarum ap. Acta MM.or. p. 57. §. *Negaverunt*.) Recole ſuperius dicta p. xII.

Apage tantum neſas, *ut qui veri Dei ſervi ſumus* magnum mundi Opificem, *cujus vi ac numine omnia conſtant & gubernantur*, *per maximam perfidiam deſeramus*, *aut repudiato* ſummi Conditoris *cultu*, *ad vile ſolis*, rei *utique* ab illo conditae *obſequium deſciſcamus*.

SS. CXX. MARTYRES, uti *ſupra* p. x.

Ego ne tibi is ſum viſus, *ut me hiſce crepundiis perinde atque ſordido pulvere & caducis floribus eo adductum iri exſiſtimares*, *ut deſererem* Deum immortalem, cujus vi ac numine iſta omnia primum in lucem prodiere, *mox etiam ipſo jubente in nihilum relabentur?*

S. BARBASCEMINUS, Seleuciae & Cteſiphontis Epiſcopus, M. ad Saporem Regem, qui ei ut ſoli ſacra faceret, mille auri ſincas, hoc eſt ſemidrachmas cum cyatho aureo porrexit, & publica officia una cum praefectura in regno ſuo pollicitus eſt. Haec autem Praeſul ſancte adpellavit crepundia &c. In urbe Ledan Provinciae Huzitarum, an. 345 ſub perſeq. ejuſdem Saporis, qui tum ibidem morabatur. (ex *Act.* Sancti & XVI Socc. ap. Acta MM.or. p. 115. §. *Cui*.) Acta haec hucuſque & Graecis & Latinis ignota fuerunt.

Nec enim efficies ut Deum univerſi Conditorem *ſoli*, rei *nempe* ab eo conditae *poſthabeamus*.

S. ABDAS Epiſcopus, M. ad Praetorem, ei & ſociis ſeveriſſime Regis nomine injungentem ut ſolem adorent. Apud Perſidem in urbe Ledan ad regionem Huzitarum, an. 375. ſub perſequut. Saporis (ex *Act.* MM. XL. Perſarum ap. Acta MM.orient. p. 159. § *Abdas*.)

Errorem Baronii & Martyrologii romani in hunc Abdam, tum Henſchenii & Ruinartii alium in XL iſtos Martyres merito notat atque refellit Interpres noſter Aſſemanus heic admonit. praev. in eorum Acta p. 143. Eum conſulas & ſedulo expendas.

Ita

Ita eſt. Chriſtiani ſumus, & unum Deum univerſorum Opificem *ac Dominum colimus*.

S. Acepsimas M. cum Socc. Josepho & Aitilaha reſpondens Adarſapori, Praefectorum provinciis univerſi Orientis Principi, vix in hunc modum interrogantur, *Chriſtiani num ſitis edicite*. Arbelae uti *ſupra* p. x. (ex Act.MM. or. p. 191. §. *Inter*.)

Ipſe nimirum (*) *eſt* Deus noſter, ex quo ſumus, *& ad quem unice inhiamus*.

(*) Jeſus Chriſtus

SS. Diodorus, serapion, Papius MM. quum Praefectus eos ſubdole adhortaretur ut Chiſti fidem abnegarent, in conſpectu ſociorum dum tormentis acerbiſſimis uſque ad mortem excruciarentur. In Aegypto, an. 284. ſub Numeriano Imp. (ex *Act.* S. Victorini & Socc. ap. Acta MM.occ. p. 64. §. *Cui*.) Eorum memoria ad d. 25. Febr. recolitur vulgo cum Martyr. rom.

Eum, qui in cruce pependit, adoramus; hunc Deum eſſe, *adſerimus... Patrique coeſſentialem*, cujus numine totum hunc orbem creatum eſſe, *auctum & ſubſtentatum credimus*.

S. Hipparchus M. uti *ſupra* p. xviii.

Unum tamen habeo quod vos orem, atque obſecrem, velitis & vos generatim omnes unicum *duntaxat* Deum coeli, terraeque Conditorem *& agnoſcere & cognitum colere*.

S. Agapius M. uti *ſupra* p. xiv.

SPECTANTIA AD CLASSEM II.

pro exſiſtentia pravi Angeli

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTUM EX ACTIS CHALDAICIS.

ܒܥܝܐ ܐܢܐ ܡܢܟ ܡܫܝܚܐ ܦܝܣ ܡܢܟ ܕܬܫܒܘܩ ܠܝ ܗܕܐ

ܕܦܠܛܐ ܠܫܐܕܐ ܒܡܫܪܘܗܝ ܒܣܝܦܐ ܕܐܠܗܘܬܐ ܘܒܫܡܟ.

Lege

Te, Chriſte, obſecro ut hoc me crimine abſol-

vas,

vas, *in quod*, inſtigante *nimirum* Diabolo, *prolapſa*, *meretrix dicor*.

S. Theodota M. quum rurſus in judicium produceretur ad Chriſtum Dominum obortis lacrymis converſa (ex *Act.* Sanctae ap. Acta MM. oc. p. 221. §. *Quocirca*.) De Sancta, ejuſque Actis vide ſupra pagg: xi. xv.

TOMO IV. INTERSERENDA

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSEM II.

pro Beatitate Juſtorum animis plene purgatis ſtatim donata

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTUM EX ACTIS CHALDAICIS.

Tu manus, *noſtro contaminatas ſanguine*, *cluere olim cupies*. *At fruſtra*: *ecce enim*, *quos ſuſtuliſti*, Chriſtiani noſtri ſodales (*) in paradiſo, *in loco deliciarum pleno* beatam ducunt vitam, *ſed &* pueri, *quos obtriviſti*, *&* virgines, *quas peſſume adfflixiſti*, feliciter regnant.

(*) Qui videlicet primum martyrio ſublati fuerant

S. Barbasceminus Epiſc. M. ad Saporem Regem, ei minitantem chriſtianorum omnium expulſionem a Regnis ſuis: quod & illico Rex perfecit, *Chriſtianos omnes cruento*, *atque ſaeviſſimo edicto proſcribens*... *Edicti haec ſumma erat*: Quicumque me amat &c. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 117. §. *Cui*, & *Tum.*) Edictum integrum exſcriptum habes ad Tom. V. p. 32. Recole dicta ſuperius p. xxiii.

Vides aperte, ex ſententia ſancti Praeſulis exſiſtentiam Paradiſi coeleſtis, deliciarum pleni, in quo Chriſti fidei Confeſſores vixdum Martyrium conſummarunt, beatitate ſtatim donati feliciter regnant. Praeclare quidem hoc illuſtrantur documento & praeſens dogma, & doctrina de coelo empyreo, & privilegia Martyrii.

SPECTANTIA AD CLASSEM SUBNECTENDAM

pro Judicio privato

ad pag 285 ſub. num. 313.

DOCUMENTA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܘܢ ܠܗ ܘܢ ܠܗ ܡܢ ܠܟܘ ܠܟܘ ܘܐܠܚܐ ܡܬܚܕܐ ܡܢ

ܗܘܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܟܠܗܘܢ ܒܟܠܠܗ ܕܠܥܠܡ.

Hoc eſt

O te etiam atque etiam miſerum! quid tibi jam erit conſilii: quae reliqua perfugii ſpes a formidoloſo judicio, *quod in te ad* juſtiſſimum Dei tribunal actutum *habebitur?*

S. Bademus Coenobiarcha M. ad Apoſtatam Narſetem, cognomento Marajam, urbis Arnuni Provinciae Beth-Germeae dominum, illum manu propria confodiendum gladio adgredientem. Narſetes quippe quod ſolem adorare recuſaſſet, in vincula publica conjectus, tandem manus dedit, ſpopondítque, quaecumque Sapor Rex imperaſſet, ſe incunctanter facturum. Rex autem praecepit ut Narſes ſi quidem ſe vellet in priſtinam vindicare libertatem, manu ſua jugularet Bademum; quam porro conditionem vilis & infidelis homo ille turpiter adcepit. In urbe Lapeta, ad locum Narſactam dictum, an. 375. 13. Apr. ſub perſequut. Saporis (ex *Act.* Sancti a B. Marutha chaldaice exſaratis ap. Acta MM. or. p. 167. §. *Tum.*)

Menolog. Baſilianum, aliique Codices Martyrologici memoriam Sancti referunt ad d. 9. Apr. quaſi hoc ille die coronam martyrii amputatione capitis reportarit. Ex Actis tamen ſub fin. *martyrii coronam conſequutus eſt B. Athleta luna decima menſis Aprilis*: haec autem, Cl. Interprete auctore in admon. praev. ſub fin. *eo anno* 375. *in ſolarem ejuſdem menſis diem* 13. *incidit, ut ex tabulis paſchalibus liquet.*

Plane Bademi cum Narſete, ſeu Nerſane colloquium perſimilibus conceptum vocibus in Adpend. Tomo V. praefixa, p. xl. ſq. dedimus ex Bolland. pro Judicio univerſali, quoniam ibi praetermittitur vox ACTUTUM, quae in praeſenti refertur abs dubio ad Judicium privatum. Tum ibidem, eiſdem freti ducibus, diximus, Narſetem, annuente Sapore, gladio Bademum jugulaſſe; atque Sancto & Sociis, opinione noſtra, diem 8. Apr. ſacrum eſſe; quum tamen iis ſatis diverſa in praeſentia nobis expoſita ſint.

Quid tum vero? Re plane adcurate perpenſa, Actorum chaldaicorum lectionem prae alia Actorum, quae vulgo Metaphraſti tribuuntur, nobis heic & in poſterum cooptandam duximus; illa quippe, ut auctor eſt Aſſeman. Interpres, in admonit. praev. ex veriſimillimis conjecturis, chaldaice conſcripta ſunt a S. Marutha Epiſc. Tagritenſi, de quo plura in prologo ad Supplementum, Bademo coaequali: quocirca potiorem illi habendam fidem decrevimus, quam poſteris quibuſque Scriptoribus.

Modo tandem ex Actis chaldaicis, Aſſemano Interprete, didiſcimus, Sanctum nec die 8. nec 9. ſed 13. Aprilis Martyrium compleviſſe.

Tuam autem vehementer dolemus caecitatem

et-

atque ſtultitiam; quoniam quam oppido multi opera tua ad coeleſte regnum provehuntur, immanibus ſcilicet, quibus a te necantur, cruciatibus coronam promeriti; tu vero paullo poſt ad ſeveriſſimum judicium *rapiendus es, cauſſam ipſiſmet, quos condemnaſti, praeſidentibus, dicturus.*

SS. Sponſi Seleucus & Stratonica MM. ad Praeſidem, eos acriter objurgantem, quod cadavera viliſſimorum hominum, hoc eſt Sanctorum Martyrum, quae bonis quibuſque horrori eſſent, tanquam ſacratiſſima lipſana demiſſe venerari reperti ſint (ex *Act.* Sanctorum citt. ſupra p. x. & alias, ap. Acta MM. oc. p. 79. §. *Cui*.)

Plane Sanctos de judicio privato, non autem de publico ad Praeſidem verba facere, aperte commonſtrant verba illa, *tu vero paullo poſt*; judicium quippe publicum & poſtremum valde ſerius, noviſſimis videlicet temporibus illi fore obventurum, probe iidem norant, chriſtianis utique dogmatibus & diſciplinis ex alto, ut credere fas eſt, optime inſtructi.

SPECTANTIA AD CLASSEM IV.

pro Reſurrectione Communi

proxime poſt ſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA RELIQUA EX ACTIS CHALDAICIS.

Ille (*) *occiſos* ad novam nos evocabit vitam, *atque ex mortalibus immortales faciet.*

(*) Chriſtus Dominus, in quo ſpem repoſitam habemus, vitam eripi a nobis nullo modo poſſe.

S. Sciahdustes M. cum Sociis ad Saporem Regem, haec eis minitantem, *niſi protinus depoſita hac pervicacia, imperata feceritis, hanc vobis vivendi horam poſtremam fore ſciatis* (ex *Act.* Sanctorum citt. ſupra p. xii. ap. Acta MM. or. p. 91. §. *Ad*.)

Noſtra in Deum fides nihili facit quae intentatis ſupplicia; contemnit mortem noſter in Chriſtum amor: hebetiores ſunt quos in nos ſtringitis, gladii, quam ut ad abſcindendam Reſurrectionis noſtrae *ſpem pertingant.*

SS. Martyres C. Perſae, quorum alii Epiſcopi, Presbyteri alii, ceteri omnes vel Diaconi, vel Clero addicti. Omnes itaque uno ore, in eam ſententiam reclamarunt, ſeu potius unus omnium nomine,

animo & ſenſu reclamavit, quum magnus Praetor in univerſum ad omnes Regis Saporis Edictum in haec verba tulit: *Si cui veſtrum placet mortem effugere ſuaeque ſaluti conſulere, ſolem magnum Deum adorato.* In Ledan urbe Huzitarum, an. 340. (ex *Act.* S. Simeonis Bar-ſaboë, uti ſupra p. ix. ſq ap. Acta MM. or. p. 33. §. *In.*)

Hoc quidem Edictum, tametſi privatum, ſubnecti fortaſſe poſſit alii Saporico, quod ſupra dedimus ad Tom. V. p. 32.

Jam vero en tibi in uno documento plane dogmatico, praeter dogma de Reſurrectione communi, inſigniter expreſſam & illuſtratam doctrinam de fide, ſpe, caritate virtutibus theologicis.

Tu vero quo nobis infeſtior es, eo ampliorem mercedem imprudens adcumulas, in ſupremo communis Reſurrectionis die *nobis reddendam*.

S. Stratonica M. ad Praeſidem, ei dum una ſuo cum ſponſo Seleuco ſaeviſſime torqueretur, inſultantem & quaerentem, *quo nunc divertit Deus ille, in quem credidiſtis* &c. (ex *Act.* ſaepe citt. ap. Acta MM. occ. p. 83. §. *Quamobrem.*)

SPECTANTIA AD CLASSEM V.

pro Judicio univerſali

proxime poſt ſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA RELIQUA EX ACTIS CHALDAICIS.

Si immeritum Chriſtianorum ſanguinem fuderis, quantum ſcelus admiſeris, intelliges eo die, quo *tua in caput noſtrum decreta, actave* in cognitionem publicam vocabuntur, *totiuſque anteactae vitae tuae ratio a te exquiretur.*

S. Simeon Bar-saboë, Epiſcopus Seleuciae & Cteſiphontis, M. ad Saporem Regem, ei minitantem, ſe chriſtianorum omnium fuſurum ſanguinem, ni ipſe ſuis adnuat votis, ſolem adorans. In urbe Ledan, an. 340. die ſancto Paraſceves recurrente (ex *Act.* Sancti & Socc. citt. ſupra p. ix. ap. Acta MM. or. p. 23. §. *Cui.*)

Vae tibi impie & flagitioſe tyranne, tuique ſimilibus & religionem & Deum averſantibus: quoniam futurum eſt, ut vos judicet Deus in futuro ſeculo.

S. Miles Suſae Epiſcopus, M. ad Hormiſdam Guphrizium Provinciae ſummum Praeſidem, eum ſuperbe & jocoſe rogantem de religione & dogmatis, quae profiteretur. In urbe Maheldagdar, Simoni

ni Aſſemano Maheldegerd, quae a Suſana non multum diſtat, an.341. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 77. §. *Cui*.)

Sanctum Milem commemorat Martyr.rom. ad d.22.Apr. quem utique cum Sociis extinctum eſſe inquit *ſequenti anno poſt obitum Simeonis, anno item die, quo paſſionis dominicae memoria celebrabatur*, hoc eſt ſancto Paraſceves die, quo Simeon Bar-Saboë cum Sociis. Verum ex *Act.* citt. ſub fin. *Miles & Socii die tertia decima Lunae Novembris martyrii coronam conſequuti ſunt*: videlicet, Aſſemano Interprete, die 5. Nov. in quem an. Chriſti 341. competit luna ejuſdem menſis tertia decima. Hoc autem die nequit ullatenus concurrere annua Paraſceves memoria. Hinc congruentius diem Martyrii Milis concelebrant Menaea Graecorum ad d. 10. Nov. & Menolog. Baſilianum ad d. 13. ejuſdem menſis.

Scilicet ut ille ſcelerum vindex Deus ultimo mundi die, *quando* omnes mortales *coram eo conſtituti toto pectore* contremiſcent, *illa mihi exprobaturus ſit.*

S. Barbasceminus Ep. M. ad Saporem Regem, horrenda in eum & chriſtianos univerſos ardenter comminantem, quod ipſe ſuis adnuens votis, ſceleſtiſque precibus, ſolem non adoret atque a fide Chriſti deficiat. In urbe Ledan, uti ſupra p.xxiii.(ap.Acta MM.or.p.115.§.*Tum.*)

Quod hac Adloquutione piiſſimus Antiſtes judicium publicum & univerſale deſignare intendat, nullus bene ſapiens dubitare auſit.

Qui (*) corpus & animam tuam juſto judicio in ſuprema mundi die *plectet*, *quando e coelo aderit, & poenas a te, & impio illo Imperatore tuo (**) exiget, vaſtiſque ignibus omnia torrebit, incendetque.*

(*) Jeſus Chriſtus
(**) Maximiano

S. Stratonica V. M. adſeverans Praeſidi, miraculum, quo ei & Seleuco ſponſo in vinculis miſerrime jacentibus Angelus Domini ſubcurrerat, non praeſtigiis, ſed ope Chriſti Jeſu patratum eſſe (ex *Act.* ſaepe citt. ap. Acta MM oc. p.92. §. *Haec*.)

Sat eſt quod meretrix apud omnes audio: nec ſceleri ſcelus addam, *ut* ſupremo Judicii die *ſacrilegae quoque a Deo defectionis redarguar.*

S. Theodota ex meretrice M ad Agrippam Praefectum, inſtantem ut Apollini ſacrificet (ex *Act.* Sanctae, uti ſupra p. xl.& alias, ap. Acta MM.oc. p. 221. §. *Quocirca*.)

SPE-

SPECTANTIA AD CLASSEM VI.

pro Coelo Empyreo

proxime poſt ſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܘܐܦ ܠܗܘ ܟܕ ܒܚܣܡܘܬܐ ܘܚܣܡܐ ܩܛܠܬܘܢܝܗܝ.

ܠܐ ܗܘ ܡܝܬ ܗܘ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܠܥܠܡ.

Legito

Quamquam enim ex odio atque invidia ipſi (*) *mortem intuleritis; vivere tamen ille haud quaquam deſiit*, vitam immortalem *adeptus in* coeleſti regno.

(*) Fratri meo Simeoni Bar-Saboë

S. Tharba V. M. ad Praefectum, ei per ſummum nefas obtendentem, ſe, ſuaſque Socias propinato Reginae veneno, necem Simeoni anno proxime elapſo inflictam ulciſci decreviſſe. Apud Perſas in urbe regia, an. 341. uti *ſupra* p. xII. (ex *Act.* Sanctae & Socc. ap. ActaMM. or. p. 56. §. *Cui*.)

Si immerentium Chriſtianorum ſanguinem fuderis .... mihi contra exploratum eſt, iſtos praeſentis vitae uſuram cum regno ſempiterno *commutaturos; ipſorum vero exſitium tuo tibi luendum capite*.

S. Simeon Bar-Sabor Ep. M. ad Saporem, uti *ſupra* p. xxvIII.

Jure quidem S: Antiſtes coeleſtem patriam pro Martyribus, qui ne Chriſtum deſerant, effundunt ſanguinem, regnum ſempiternum adpellat; illi ſiquidem in ea beatorum ſede hoc titulo, altiore prae ceteris ſociis ditati gloria, cum Chriſto aeternum regnant, Martyrii privilegia conſequuti,

Ille (*) *occiſos ad novam nos evocabit vitam, atque* ex mortalibus immortales *faciet*. (**)

(*) Chriſtus Dominus

(**) In Empyreo, quod animis & corporibus immortalitatis Regnum eſt.

S. Sciahdustes M. cum Socc. uti *ſupra* p. xxvI.

Hoc interim tibi ratum, certumque eſſe volu-

mus,

mus, nobis unum eſſe Numen, pro quo hodie vitam ponere decretum eſt, a quo etiam aliam vitam *praeſtolamur*, eamdemque immortalem, *atque* ſempiternam, *qua incboata, mors, quam nobis decreviſti, illico evaneſcet.*

S. Abdas Epiſc & Socii MM. ad Judicem, eis in poſtrema quaeſtione proponentem ut ſolem adorarent, capitalem evaſuri ſententiam, pridem in eos latam. In urbe Ledan, uti alias (ex *Act.* Sanctorum ap. Acta MM. or. p. 165. §. *Ad.*)

Hoc enim obſequio(*) nobis placatus(**) admiſſorum ſcelerum veniam propitius dabit, dignoſque efficiet, qui pro ipſius amore mortem obeuntes, aeternam vitam illam *quam pie, ſanćteque viventibus pollicitus eſt, certiſſime adſequamur.*

(*) Videlicet morte pro fide Chriſti conſtanter obita
(**) Deus noſter

SS. Lucianus & Marcianus ex paganis magis chriſtiani, fidei praecones & MM. ad Praeſidem quum in ſaeviſſima quaeſtione tentarentur ut abjectam reſumerent ſuperſtitionem, atque idolis ſacra facerent. Nicomediae, quae Bithyniae urbs eſt, ſi fides vulgatiori Martyrologicorum codicum opinioni habenda (ex *Act.* Sanctorum chaldaicis, quae fert altera codicis I. chaldaici nitrienſis Vaticani pars, ap. Acta MM. occid. p. 53. §. *Eo.*)

Percelebri hac Adloquutione perorarunt Sancti, ultimo ſupplicio jamjam plectendi. Videlicet ſaltem poſt an. circ. 250. quo nempe Decius Imp., ſub quo SS. Martyrium conſummaſſe feruntur, edicta feralia contra cultores Chriſti promulgavit, uti adſertum nobis eſt ſupra ad Tom. V. p. 15; minime vero an. circ. 200. quod per oſcitantiam calligraphi in noſtra Adpend. Tomo eidem praefixa ad p. XLIII., laudata alia S. Luciani Adloquutione, ſcriptum eſt; ac ſubinde corrigendum.

At erit fortaſſe qui Adloquutionis noſtrae ſinceritatem in dubium vertat. Ea quippe omnino deſideratur apud Ruinart. in parte altera Actorum de paſſione Martyrum, in qua vetus eorum ſcriptor illa referre videtur, prout a notariis publicis excepta ſunt; atque adeo & ipſorum collectori Ruinartio abſque dubio ſincera ſunt, & nobis quoque, quippe qui ex Actis eiſdem ruinartianis alias exſcripſimus Martyrum noſtrorum Adloquutiones in cit. Adpendice & alias, de quibus in Actis chaldaicis, quae modo cum Interprete Aſſemano amplectimur, nulla mentio.

Jam

Digitized by Google

Jam vero Actorum ruinartiana collectio eam apud eruditos viros auctoritatem vulgo ſibi vendicavit, ut quae in ea quatuor priorum ſeculorum Acta non deſcribuntur, notha ſubinde, aut ſaltem dubia, vel minus ſincera reputentur, contra vero univerſa, quae collectio complectitur, extra omnem dubitationis aleam ſincera prorſus habeantur: quaſi vero Auctor hic labore ſuo & induſtria pene incredibili, atque in hanc rem ſubacta critice, notitiam de Actis ſinceris priorum Martyrum omnem omnino exhauſerit, nihilque poſteris de hoc negotio diſquirendum reliquerit. Heinc autem & iidem Bollandiani quum occurrunt dubia in Acta a Ruinartio exhibita, raro ab ejuſdem ſententiis diſcordant; & nos quidem alicubi, ni fallit memoria, Acta quaedam ceu ſpuria, aut minime certa rejecimus, quod collectione ruinartiana non continerentur.

Pari ergo ratione, dicet quiſpiam, pro ſincera non eſt admittenda, ſed pro minus certa, & plane dubia perſcripta Adloquutio, quam utpote Acta ruinartiana, ex Mombritio & binis codd. mſſ. eruta omnino praetereunt: quod ſi Acta chaldaica, quae Adloquutionem ferunt, unice genuina & autographa ſint (quod eorum Cl. Interpres in Admonit. praevia intendere videtur) rejiciendae ſunt ceu illegitimae Adloquutiones aliae ab Actis eorundem Martyrum ruinartianis, nobis exſcriptae.

Ceterum principio ſi criticum Honorati a S.M. adoptes ſenſum, complura veterum Martyrum Acta pro ſinceris habentur, quae non recitat Ruinartius. E. c. Acta SS. Emeterii & Celidonii Calagurritanorum; Eutichii & aliorum ſub Arianis; Cyrilli Diaconi Heliopoleos; Martyrum confeſſionis catholicae Coſtantinopolitanae; Joannis Nicomediae; Alexandri vulgo Carbonarii; Caſti & Aemilii: tum Rutilii, Nemeſii & Sociorum in Africa; perplurium denique quorum paſſiones referunt Patres, aliique Scriptores eccleſiaſtici; ejuſmodi quippe documenta ceu ſincera ſaepe Ruinartius idem profert. Conf. cit. Honoratus animadverſ. in regul. crit. t. 1. l. 1. diſ. 4. ar. 2. p. 326. edit. lat.

At ne vel unus quidem prudens vir exſiſtimaverit, eos omnes qui poſt editionem Ruinartii alia veterum Acta Martyrum pervulgarunt, e. c. Bollandianos in Actis Sanctorum, & Aſſemanum in Actis Martyrum orientalium & occidentalium, eos omnes, inquam, Acta duntaxat exhibuiſſe aut illegitima, aut dubia, aut minime ſincera. Jure itaque credendus non eſt ſimpliciter Ruinartius Actorum ſincerorum notitiam omnem exhauſiſſe; atque adeo & Adloquutionum aliarum, quae in Actis ejuſdem Sancti diverſis a ruinartianis ſaepe ſaepius occurrunt.

Reverentur Bollandiani, & jure quidem optimo, Ruinartii auctoritatem, non ita vero, ut uſpiam innuant, Acta, quae non adtulerit Ruinartius haud eſſe ſincera. Nec item nos unquam, quod meminerim, Acta ulla rejecimus ea potiſſima ratione, quod in collectione ruinartiana deſiderentur; ſed hanc tamen abſentiam pro aliquo admi-

mi-

miniculo rationum, quae pro falſitate ſeu dubio Actorum vehementius urgerent, adjecimus.

Deinde ſi Tillemontium, Bailletum, alioſque Recentiores audias, ex Actis ruinartianis multa eis conſtant adjunctis, quae exſiſtimatae ipſorum ſinceritati mirum quantum officiunt. Nec ea tamen generatim innuo, ut probem, vel auctoritati famigeratiſſimi Ruinartii quidquam pro aequitate detraham: alias quippe eadem ſerio diſcutiendi, Deo auſpice, locus erit.

Illud unum in praeſentia notaverim, quod minus placet; quod nempe pro Actis genuinis & ſinceris det carmina Prudentii, quis enim neſciat, Poëtas quoslibet in ſuis narrationibus etiam de rebus ſanctiſſimis uti perſaepe ſine ſcrupulo licentiis poëticis, noviſque proprii ingenii inventionibus, quibus veritatem ultra modum deprimunt, aut exaggerant, oculo ad criticen neutiquam intento? Suſpecta itaque ac dubia nunquam non erunt Acta, quae carminibus continentur.

Poſtremo & Acta Ruinartii & Chaldaica eam mihi, quod Martyrum paſſionem ſpectat, ſimplicitatem praeferunt, quam pro eorum ſinceritate Critici ſeveriores expoſcunt cum Tillemont. Porro rei ſummam quod attinet, Acta utraque conveniunt, differunt tamen in adjunctis, eo praecipue quod ruinartiana multas continent interrogationes cum reſponſis, & aliquas Adloquutiones dogmaticas, cum certa formula ad finem Actorum; chaldaica vero unam recitant ejuſmodi Adloquutionem ſatis prolixam, ex qua documentum in rem noſtram ſelegimus; illa tamen poſtrema formula omnino carent.

Quid tum vero? Non ejus eſt naturae id genus diſcrimen, ut ſinceritati utriuslibet ex hiſce Actis officiat; ſcimus enim mſſ. apographa, e quibus Acta Martyrum conflarunt Bollandiani & Ruinart. diverſas & plerumque varias habuiſſe lectiones, & quae codex iſte traderet, ille omitteret, quin tamen propterea unum aut alterum falſitatis arguerent; e quibus utpote Acta, opinione eorum, caſtigata, atque adeo ſincera eruerunt.

Potuit itaque in re noſtra abſque diſpendio ſinceritatis, quod ſubſtantiam Actorum ſpectat, auctor chaldaicorum ea omittere adjuncta, quae ferunt Acta Ruinartio prolata, ſibi ignota; & iſtorum pariter ſcriptor haec, quae ex documentis fide dignis hauſiſſet, addere. Dixerim ergo, quantum ad praedicta adloquutionum adjuncta, Acta utraque pari gaudere ſinceritatis veri ſimilitudine; quocirca & chaldaicas, & ruinartianas adloquutiones ceu congruas ſaltem & utiliſſimas in confirmationem, ſive illuſtrationem ſacrorum dogmatum jure admittendas eſſe. Miſſum autem volumus modo, an haec Acta, vel illa proprie autographa ſint. De hoc argumento, aliiſque conſimilibus nimium implexis in Acta MM. plura alias.

Quae demum hucuſque diſputavimus, dicta itidem velim pro Adloquutionibus, aliiſque adjunctis, quibus Acta MM. alias edita e. e. a Mombritio, Surio, Bollandianis, Ruinartio, a noſtris chaldaicis

notabili ex parte diſcrepant. Rurſum de ſimili argumento ſermo erit *inferius* ubi pro magnalibus ac titulis Chriſti; agentes nimirum de ratione corrigendi & emendandi codd. veteres mſſ. in unum eundemque ſcopum tendentes.

Non haec utique Dominus & Deus noſter, *quem colimus, nos docet, ſed his plane contraria; eos videlicet, qui pro ipſius amore vitam ponerent, longe praeſtantiorem vitam* in ejuſdem Regno *conſequuturos.*

SS. Martyres Samosateni ad Galer. Maximinum Imp. eos in quaeſtione hortantem, ut pertinaciam (sic ille vocabat eximiam in fide Chriſti conſtantiam) ponerent. Samoſatae, ut ſaepe alias (ap. *Acta* MM. oc. p. 143. §. *Poſt.*)

Interim plane ſcias, quanto diriora in me decernis ſupplicia, tanto mihi copioſiora ille bonorum operum remunerator praemia eſt elargiturus.

S. Theodota M. ad Agrippam Praeſidem, qui in quaeſtione Sanctae conſtantiam in fide aegerrime ferens, *ad lictores ſe convertens: agite dum, inquit, Theodotam iterum ferreo pectine dilaniate, tum ſalem, atque acetum plagis infundite.* (ex *Act.* Sanctae, uti alias, ap. Acta MM. occ. p. 223 §. *Tunc.*)

Quod autem Sanctae ſermocinatio in ſempiterna Empyrei praemia directa facie tendat, nemo unus, reor, inficias iverit.

SPECTANTIA AD CLASSEM IX.

pro Inferno Gehennali

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

Vae tibi impie & flagitioſe tyranne, tuique ſimilibus, & religionem & Deum averſantibus: quoniam futurum eſt, ut vos judicet Deus in futuro ſeculo, & paratis ignibus ac tenebris addicens, *ſuperbiae veſtrae* ſempiternum fletum & ſtridorem dentium *rependat.*

S. Miles Episc. M. ad Hormiſdam Toparcham in quaeſtione judicem, ab eo quaerentem ſub poena capitis ut ſectae ſuae chriſtianae arcana ſibi proderet (uti *ſupra* p. xxviii. ubi pro jud. univ. Ibidem dicta recole.)

Prae-

Praeclare docet S. Antiſtes, ut vides, Toparcham & adſtantes ethnicos praecipua gehennae ſupplicia improbis parata, quae perdiſcimus ex Evangelio; ignem videlicet, tenebras, fletum, ſtridorem dentium, ipſarumque calamitatum aeternitatem.

Illam, qua uteris (*) *quandoque eripiet mors temporaria, quam* ſempiterna illa inter gehennae incendia *olim, quando deſtitutum in tumulo corpus indues iterum, certiſſime* conſequetur. *Quodque immenſo plane te conficiet dolore, hic ipſe, quem divinis modo dignaris honoribus, hic, inquam* ipſe ignis tuum hoc corpus, atque animam tuam acerbiſſimis, *juſtoque Dei judicio conſtitutis* ſuppliciis diſcruciabit.

(*) Vitam

S. Acepsimas Ep. M. ad Praefectum, ei quum ſaeviſſime torqueretur inſultantem in haec verba, *ubinam terrarum nunc tuus verſatur Deus? Quin properat, teque meis e manibus eripit?* Arbelae, uti *ſupra* p. x. (ap. Acta MM. or. p. 185. §. *Tum*.)

Inferni gehennalis aeternitatem inculcat etiam S. Praeſul; tum diſerte ignis ſupplicium, quo reprobi corpus ſimulque anima olim conflagrabunt. Loquitur Sanctus de igne, qui apud Perſas non quid creatum, ſed Deus erat. Quum vero ait, eum ipſum ignem, divinitate a Perſis donatum & cultum in gehenna corpus & animam aduſturum, intelligendus eſt loqui de igne ipſo non re, ſed ſpecie, aut ſimilitudine quantum ad effecta quammaxima: quae poſtmodum Sapientum plurium opinio fuit cum *Siurio* de Noviſſim. tr. 20. n. 42.

Quo tandem infelices homines, vos agi ſinitis? Atqui non animadvertitis, unumquemque veſtrum ad animam ſuam in inferos detrudendam *perduci? .... Nolite traditum vobis a Conditore veſtro veritatis praeceptum perfringere, eique errorem ac tenebras anteponere: ſed hujuſmodi daemonum cultum ceu atheorum impietatem habentes, juſtum Dei judicium vobis in memoriam reducite.*

S. Romanus M. uti *ſupra* p. xviii. quam recolere ne pigeat.

Eos Sanctus jure dicit atheos, qui quum plures colerent deos, aut unum fictum, nullum propterea ſibi habebant Deum.

TOMO V. INTERSERENDA

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSEM I.

pro veritate Religionis ſupernae revelatae & contra falſitatem religionis ethnicae

proxime poſt alia Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

AD SECTIONEM I.

ܠܕܡܢ ܨܗܝܬܘܢ ܐܢܬܘܢ .... ܟܪܣܛܝܢܝܢ ܚܢܢ ܘܒܟܪܣܛܝܢܘܬܐ
ܡܬܟܪܙܝܢ ܟܪܣܛܝܢܐ ܘܠܐ ܟܦܪܝܢ ܚܢܢ . ܡܛܠ ܕܒܠܚܘܕ ܠܚܕ
ܕܚܠܝܢ ܐܠܗܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܣܓܕܝܢ ܘܠܐ ܡܫܘܝܢ ܚܢܢ ܠܗ ܒܟܠ
ܨܠܡܐ ܕܒܫܡܝܐ ܘܕܒܐܪܥܐ .

Legas

Si noſtrum ſititis ſanguinem...en Chriſtianae ſumus, Chriſtianae moriemur & *Chriſtianam religionem nunquam non profitebimur; utpote quibus unum Deum colere, nec uſpiam illi rerum coeleſtium, nedum rerreſtrium figuras coequare.* (*)

(*) Chriſtiana religio praeſcribit.

S. THARBA V. M. cum Sociabus in quaeſtionem acta, ad Judices cauſſae ſuae(ex *Act.*uti ſupra p.XII.ap.Acta MM. or. p. 55. §. *At.*)

Huc jure rurſum ſpectant, quae in illam frequentem Martyrum confeſſionem *Chriſtianus ſum*, *Chriſtiana ſum*, quae etiam in hiſce Actis chaldaicis aepe recurrit,in cit.Sectione diſputavimus ad Tom.V.p.57.ſq.

At illuſtris Tharba: quorſum tandem haec pertinent, repoſuit, quae in noſtrae Profeſſionis ſanctimoniam *non cadunt? Nedum enim ab hujuſmodi flagitiis* veriſſima, certiſſimaque Chriſtianorum religio *quam longiſſime abeſt; ſed nihil omnino a nobis in vos admiſſum ſcio, quod vel minimo nobis vitio vertere poſſitis.*

S.ea-

S. eadem THARBA in prima ejuſdem Adloquutionis parte, uti *nuper* in num. praecedenti.

Videlicet ſummus Praefectus & Principes Viri duo cauſſae Judices *ſic Virgines interpellant*: *ſummum profecto ſupplicium promeritae eſtis, quae veneficiis Reginam, totius Orientis Dominam divexare tentaſtis*, ex eiſdem *Act.* §. *Res*.

Quam egregie illuſtris Virgo, a Simone Bar Saboë fratre procul dubio edocta, Religionem chriſtianam in conflictu ethnicae extollit! quam utique glorioſe manifeſtat ſanctam, veriſſimam & certiſſimam. Adde quae Virgo eadem Praefecto per interpretem ipſam roganti, an ſibi velit nubere; reſpondit illico „ O iniquum ac Deo inviſum caput! ... Sponſa ſum Chriſti, Virginitatem proinde meam ei ſervo illibatam, QUEM VERITATIS AC RELIGIONIS, QUAM PROFITEOR, AUCTOREM agnoſco „ ex ipſis *Act.* ap. Acta MM. or. p. 56. §. *Poſt.*

Quod ad cetera adtinet, deliberatum eſt verae religionis arcana *tuis nugis neutiquam immiſcere, aut* pura myſteria *impuris auribus ingerere*.

S. MILES Ep. M. ad Toparcham Hormiſdam, uti *ſupra* p. XXXIV.

Regulus, Quinam ſitis edicite? MM. Chriſtiani ſumus.

SS. XI. MARTYRES, ABDAS cum Socc. reſpondent animoſe Artaſciro, Hadiabi Regulo, ex *Act.* uti ſupra p. XXIII. (ap. Acta MM. or. p. 153. §. *Delatoris*.)

Quo tamen (*) *&* noſtra deſcribitur victoria, *& veſtrum notatur crimen. Nam* fidei *quidem* noſtrae integritatem ſuo triumpho praedicat, *ſuaque* ingenuiſſima ſimplicitate *veſtram nequitiam redarguit*.

(*) Tot nimirum acerbiſſimis innocentiſſimorum Chriſti fidelium paſſionibus

S. EBEDJESUS Ep. M. ad eundem Artaſcirum, Chriſtianos objurgantem, quod ſolem & lunam colere nefas putarent, aliaque illis crimina imponentem (ex eiſdem *Act.* ap. Acta MM. or. p. 154 §. *Ebedjeſus.*)

Haec quidem Chriſtianorum apologia in veritatem religionis chriſtianae, quae virtutes illis alumnos docet ſuos, plane refunditur.

At certum eſt, nos (*) a recta via neutiquam *aberraſſe; atque adeo eos, qui nobis conſentiunt, egregie ſapere, nec proinde perituros, aut a ſcopo de-*

cli-

Digitized by Google

clinaturos: divino *ſiquidem* lumine conluſtratam viam ingrediuntur, & *bona vitae prope diem adventurae ſperantes*, Religionem noſtram ejuratis erroribus *ſuſcipiunt*.

(*) Chriſtianae Religionis cultores

S. Abdas Ep. M. ad Praetorem, Sanctum & Socios coarguentem, quod homines decipere ſtuderent, eos falſis doctrinae chriſtianae dogmatibus imbuentes (ex eiſdem *Act.* ap. Acta MM. or. p. 159. §. *Cui Abdas*.)

Enim vero non is eſt Deus noſter, quem ſeculi hujus opes faſtuſque delectent; propterea rem ipſi gratam facturi, inopiam, paupertatemque divitiis, luxuique praetulimus, *ut pia hac animi moderatione gloriam promereamur futuri ſeculi, quod iſtud, quo nunc utimur, evertet ac diſſipabit*.

S. Josephus Presb. M. reſpondens Praefecto Adarcurcalciaro, ſic eum interroganti, *Effare ergo.. utram putes eſſe veram religionem, num eam quam Rex, rerum dominus, regnique Proceres, virique nobiles & locupletes profitentur; an contra illam, quam vos hominum quiſquiliae, inopes, egenteſque eidem praetuliſtis?* Arbelae, uti ſupra p. xvi. (ex *Act.* SS. Acepſimae & Socc. ap. Acta MM. or. p. 186. §. *Quum*.)

Ergo ex evangelica Chriſti cultorum paupertate veram eſſe illorum religionem egregie concludit Sanctus.

Nec unquam futurum eſt ut rerum omnium opificem rebus ab ipſo factis poſthabeam, aut religionem opifici debitam *operi ejus impendam* .... Chriſtianus ſum, Chriſtianus ſum. *Audiant univerſi*, Chriſtianum me eſſe, & *propter hoc nomen ita me pati*.

S. Aithilahas M. primum reſpondet Praefecto, eum objurganti quod ſolem adorare abnuat; deinde vero inverſo capite ſuſpenſus eam, nec ſine vociferatione, fidei Chriſtianae confeſſionem promulgat. Arbelae, uti ſupra p. xvi. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 203. §. *Ita*.)

Opere quidem meretrix ſum, Religione *vero* Chriſtiana, *ſi tamen Chriſti nomine digna ſum*.

S. Theo-

S. Theodota M. ad Agrippam Praeſidem, a quo de ſua conditione rogata eſt. (ex *Act.* Sanctae, uti ſupra p. xi. & alias ap. Acta MM. occ. p. 222. §. *Interea*.)

Chriſtianus ſum & Deum verum adoro.

S. Acepsimas Ep. M. uti ſupra p. x.

AD SECTIONEM II.

Vae vobis, qui in hiſce ſordibus contabuiſtis, & inſuper univerſum Orientem a vero Deo extorrem, vagum atque errantem in impiam diſciplinam veſtram cogitis *& plane pertrahitis! Adeſt quippe* ſceleris ultor Deus, *qui* ſuperſtitionem veſtram *diſſipabit...*

S. Dausas Ep. M. ad Praefectum Adarpharum, quum ei & Sociis mandatum regium de adorando ſolem vehementius inculcaret. In oppido Gapheto, uti ſupra p. xiii. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 139. §. *Ejuſmodi*.)

Ecquis Dauſae ita peroranti ſpiritum magni cujuſdam Prophetae inditum non ſuſpexerit?

Inſanit *profecto* Oriens univerſus, *quippe qui res conditas Conditori ſuo antetulit, illumque contemſit, & has veneratur*, ad iſtam ſtultiſſimam ſuperſtitionem *& humanarum mentium corruptelam veſtris abductus inſtitutis, quae hominum animos* falſa hac religione *imbuerunt...*

S. Acepsimas Ep. M. haec reponit Praefecto ſic loquuto, *miror te a vera religione tam procul aberrare, ut ignem, quem omnes provinciae ad orientem ſolis poſitae colunt, prorſus indignum putes*. (ex *Act.* uti ſupra p. x. ap. Acta MM. or. p. 184. §. *Ad*.)

Quidnam ſani, verique veſtro dogmati *ineſſe putem, quod* veritatem ipſam abnegat *& ejurat? quod rebus incoeptis, factiſque naturam ineſſe, Religione cultuque dignam docet?*

S. idem Acepsimas cum eodem colloquens Praefecto, qui ei repoſuerat, *ita ne, o devotum ſummo ſupplicio caput, fallacia & inania inſtituta nominas, quae Rex vera, ſanaque eſſe judicat?* uti nuper in praecedenti Adloquutione.

In-

Inſanum *ipſe te fatere*, *tuaeque ſectae olim nos totare errantes*; *quandoquidem vos omnes* veritatem neutiquam noviſtis. *Contraria veſtris dogmata praeſcripſit Doctor noſter*, *diligere utique vitam*, *quam vos mortem nominatis*; *illam contra mortem exſecrari*, *quam vitam dicitis*.

S. Aithilahas M. ad Praefectum. Huic videlicet, ut ſolem Deum adoraret vitae ſuae conſulturus, urgenti repoſuerat Martyr, *praeſtat mori ut aeternum vivam*, *quam vivere ut aeternum moriar*; quae quidem verba Catholicis probe nota, Praefectus tanquam ſtultiſſima excepit, addiditque, *heus tu*, *qui mortem quaſi vita potiorem quaeris*, *ecquis tibi conſentiat*, *ſuadenti vitam odiſſe*, *amare mortem*, *niſi forte qui vobiſcum pariter inſanire ambiat*? (ex *Act.* Sancti & Socc. ut ſupra p. xvi. ap. Acta MM. or. p. 188. §. *Ad*.)

Hiſce porro ſermonibus Sancti Martyres, ceu Doctores gentium a Chriſto miſſi, paganiſmum ſacra Evangelii luce perfundebant, ut ſenſim chriſtianae legi manus daret.

Notae ſunt fraudes, *quas in Chriſtianos inſtruitis*, ſuadentes ut lucem tenebris poſtabeamus, *quod ipſi* caeco errore facitis, *caeca*, *ſurda & muta ſimulacra adorantes*; *nos vero*, *qui veram lucem per fidem hauſimus*, *plane amentes ſimus*. *Vos porro*, *qui* caeci eſtis *inanimes ſtatuas ut lubet colite*, *modo tamen hinc procul a noſtro conſpectu abeatis*.

S. Stratonica M. ad turbam paganorum, eam & Seleucum ſponſum pertentantes ut ſuſceptam Chriſti fidem ejurarent (ex *Act.* ſaepe citt. ap. Acta MM. oc. p. 77. ſq. §. *Continuo*.)

Equidem, *inquit*, *ſi poſteaquam Deo vero & vivo fidem meam addixi*, *ipſum abjiciam*, *atque rurſus* nihil mihi profuturam ſimulacrorum religionem *reſumam*, *amens ſim*. *Quid enim vero* ejuſmodi deos *eſſe dicam*, *qam marmora quaedam adfabre in ſtatuas conficta*.

S Seleucus M. ad Praefectum in quaeſtione acriter urgentem ut Chriſti fidem abjiceret (ex eiſdem *Act.* ap. Acta MM. oc. p. 84. §. *Cui*.)

Vi-

Vides heic Seleucum diis, quos in mortuis vel inanimis marmoribus colebant ethnici, adpoſite Deum vivum Chriſtianorum opponere. Quo plane rurſum ac dilucide confirmatur ſententia diu nobis probata de diis gentium cultis unice plerumque in idolis inanimis; quam vide ſis ad Tom. I. p. 321. n. 123. & ad Tom. V. in Adpend. martyrologica praefixa, p. xiv.

At quae demum iſthaec tua, tuorumque Imperatorum ſapientia? Sapientis certe nomen immerito vobis adſumitis, quum nec Apollinis Dei veſtri *nomen intelligatis, quod ſapientes* Perditorem *recte interpretantur; & adpoſite quidem* Deus veſter perditionis *auctor nominatur, quum reapſe cultorum ſuorum animas perditum eat.*

S. Theodota M. ad Agrippam Praeſidem, inſiſtentem ut Apollini ejus gentis deo maximo litaret; tum invicte renuenti ſubjungentem, *nonne ſapientiores te ſunt Domini tui Imperatores, qui & deorum pacem hoſtiis expoſcunt?* (ex *Act.* Sanctae ſaepius citt. ap. Acta MM. oc. p. 222. §. *Interea*.)

Porro *Apollinis* nomen a verbo graeco ἀπολλύω, quod *perdo* ſignificat, deſcendit. Id quod fortaſſe Sancta ab aliquo ſapiente chriſtiano didicerat: quo circa Apollinem in odium paganiſmi perditorem adpoſite interpretatur.

Pauca haec quidem ſelegimus ex complurimis, quae in rem noſtram hac Claſſe intentam generoſe loquuti ſunt Martyres in Actis hiſce chaldaicis.

SPECTANTIA AD CLASSEM II.

pro Myſteriis ſupernis

UBI

pro Divinitate Jeſu Chriſti

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܒܡܫܝܚܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܘܒܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ

ܒܠܚܘܕ ܡܘܕܐ ܐܢܐ.

Videlicet

Chriſtum *unice* Deum *profiteor*, Deum *unice agnoſco* ejus Patrem.

S. Apianus M. uti *ſupra* p. XXI.

Nos vero in hac omnino conſtantiſſima ſumus voluntate, ut nuſquam ... Jeſum Chriſtum *Servatorem noſtrum abnegare velimus*; ipſe *nimirum* eſt Deus noſter, *ex quo ſumus, & ad quem unice inhiamus*.

SS. Diodorus, Serapion, Papius MM. ad Praefectum, eos coram Sociis exquiſitiſſimo tormentorum genere interemtis provocantem ut Chriſti fidem abnegarent. In Aegypto apud Dioſpolim, aliis Diopolim, Thebaidos olim Metropolim, an. circ. 284. d. 25 Febr. ſub Numeriano Imp. (ex *Act.* hucuſque ignotis Sanctorum ap. Acta MM. oc. p. 64. § *Cui*.) Eorum memoriam percolunt Graeci d. 31. Jan; Latini cum Martyr. rom. 25. Febr.

Reliqua pro eodem argumento ac pro ceteris eandem Claſſem concernentibus *inferius* tempore deſcribentur.

SPECTANTIA AD CLASSEM III.

pro Miraculis ſupernis

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

Quin, ait, ego tua caecitate vehementius ſtupeo, qui tuis ſubjecta oculis miracula *minime capias. Nam & hoc in ſacris Chriſtianorum codicibus praenuntiatum legitur*. (*)

(*) Joël. 2. 29.

S. Stratonica M. ad Praeſidem, ei varia e ſacro codice miracula declaranti haec reponentem, *vehementer miror, unde factum ſit, ut quum Chriſtianorum libros nunquam evolveris, tam multa ex illis fidenter promas & interpreteris* (ex *Act.* ſaepenumero adlegatis ap. Acta MM. oc. p. 81. §. *Cui*.)

Ille nimirum Deus, *qui Angelum ſuum ad Ananiam, ejuſque ſocios Babylone in fornacem miſſos, adlegavit*, igniſque naturam immutavit, *& illos ſuavi rore perfudit*; ipſe *nunc* foetorem iſtum in ſuaveolentium aromatum fragrantiam nobis convertit. *Tum vero niſi ſacrilegae ſuperſtitionis gla-*

cies

cies tibi mentem, oculoſque obcaecaſſet, cerneres utique res oppido admirandas, *quae te praeſente ab eodem Deo noſtro geruntur, ad ignominiam quidem & confuſionem impietatis veſtrae, ad gloriam vero & laudem nominis ſui.*

S. eadem STRATONICA M. ad Praeſidem poſteaquam a lethali tormento evaſerunt divinitus immunes Sancta & Seleucus. Videlicet Praeſidis juſſu ſuſpenſi ſunt Chriſti ſervi; mox ſuggeſta eorum naribus & ſubcenſa foetidiſſimi ſulphuris maſſa, quae ſubſiliente fumo eos obrueret, donec interclnſo ſpiritu exſpirarent; at illa tamen in odorem ſnaviſſimum converſa eſt (ex eiſdem *Act.* ap. Acta MM. oc. p.86.§. *Tunc.*)

Haec enarrat, & vere ſuperna profitetur miracula Sancta Martyr, quae utpote plerumque uni Deo, vel Chriſto auctori mirabilium adtribuit; tum alias in eundem ſenſum plura refert ex frequentiſſimis, quae in celeberrima utrinſque ſponſi paſſione operatus eſt Dominus.

Ex quo me addictam Deo Virginem in contumelioſum tu amandaſti locum hunc (*) vir *aetate quidem juvenili, adſpectu vero pereleganti, albis indutus, a tuis me huc uſque ſubſelliis concomitatus, atque heic ipſe terribili adſidens vultu*, eorum omnium, qui vim mihi inlaturi ingrediebantur, libidinem coërcuit, exſtinxitque. *Aſt ut* miſerum hunc, *quem jacentem heic obſervas, per ſummam audaciam & petulantiam huc ingredientem & probrum in me meditantem cognovit: tum vero illi non ut aliis ſociis, cohibita ſolum libidine vitam permiſit, ſed ob ſingularem ejus impudentiam, anteaquam mihi adpropinquaret, ipſum ſubito* e vivis ſuſtulit, *atque, ut vides, exanimem proſtravit.*

(*) In lupanarium videlicet, impudentiſſimo lenone quodam arceſſito, qui eam foediſſime violaret.

S. AGNES tenella 12. aut 13 annorum V. & M. ad Symphronium Praeſidem, Urbi Praefectum, ex Martyr. rom. ad d. 21. Jan. Sanctae ſacrum, ei narrans & conteſtans grande miraculum, modum nempe ſummopere mirabilem, quo virginitatem ſuam illibatam cuſtodierit Deus per Angelum ſuum. Romae an.circ. 304. ſub Dioclet. Imp. (ex *Act.* Sanctae ap. Acta MM. oc. p. 163. §. *At.*)

De ſinceritate horumce Actorum, quam modo ut certam praemittimus, plura inferius ubi de Virginitate in documento chaldaico.

His addito (ut alios mittam) ſacros teſtes, quos pro Reſurrectione communi, miraculo quidem eximio, ac propemodum innumerabili *ſupra* produximus p. xxvii. ſq. eoſque itidem, quos pro reſurrectione atque in coelos adſcenſu Chriſti Domini, praemaximis quoque miraculis, *infra* ex eiſdem Actis chaldaicis tempore deſcribenda ſuperſunt.

SPECTANTIA AD CLASSEM IV.

pro Vaticiniis ſuperuis

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica:

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

Quandoquidem fraterna caritate praepoſtere uſi, ambo in hoc crudeliſſimum facinus conſpiraſtis, ut ſanctum & innoxium ſanguinem funderetis; ecce die craſtina, hac ipſa recurrente hora, hoc ipſo in loco, veſter veſtris manibus ſanguis mutua caede fundetur: *& veſtrum quidem cruorem canes lingent; carnes vero alitibus in praedam cedent, atque uno die mater veſtra gemina prole orbabitur, & uxores veſtrae viduae fient.*

S. Miles M. haec praenuntiat Toparchae Hormiſdae, ejuſque fratri Narſeti, exſerto pugione ejus latus tranſverberanti, quum animam ageret. Et vaticinium quidem probavit eventus, ex *Act.* Sancti (uti ſupra p. xxviii. ſq. ap. Acta MM. or. p. 78. §. *Quumque*.)

Te quippe poena *audaciae tuae par* propediem conſequetur. *Quid cunctaris... ne quandoque futurum ſpectaculum illud nobis occurrat, quum funeſta in trabe ſuſpenſus, fruſtra laqueo obluctaberis, atque in ſumma rerum tuarum deſperatione manus, pedeſque penſiles quaſſabis, in deſtinatam jam tibi orci ſedem mox conlapſurus,*

SS. Thecla & Sociae VV. & MM. ad Paullum Presbyterum apoſtatam eas gladio jugulaturum, invadentem. In Perſide an. 346. d. 6. Jun. ſub perſequutione Saporis Regis (ex *Act.* Sanctarum hucuſque ignotis ap. Acta MM. or. p. 126. ſq. §. *Homo*.) Et hoc quidem vaticinium ad unguem pariter impletum eſt.

Sed

Sed & ſi tantiſper a caede nobis inferenda ceſſaveris, confido, te his majora miracula viſurum, *Chriſti utique virtute patranda: ut inde per ſervos ſuos mortalibus divina ejus virtus innoteſcat.*

S. STRATONICA M. ad Praeſidem poſteaquam miraculum aliud ſibi & ſponſo Seleuco a Chriſto patratum patefecerat, (ex *Act.* Sanctae ſaepe laudatt. ap. Acta MM. oc. p. 81. §. *Ad.*) Prophetiam hanc Martyris complura, quae in decurſu paſſionis ſubceſſerunt, portenta apertiſſime comprobarunt.

SPECTANTIA AD CLASSEM V.

pro Revelationibus ſupernis

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

Ego vero ex ſomno excitatus ſtatim intellexi, *& velut rem divinitus conſtitutam mihi ipſi perſuaſi, fore, ut per martyrium virum illum beatum* (*) *brevi ſim adſequuturus. Quod autem mihi ſubdidit: heri ego, tu hodie, ſignificat, illum quidem anno praeterito, me autem praeſenti interfectum iri.*

(*) S Simeonem Bar-Saboë, ejus anteceſſorem, a quo in ſomnis ſacram adcepit revelationem.

S. SCIAHDUSTES Ep. explicat exceptam revelationem familiaribus presbyteris ac diaconis, quos arcanorum atque myſteriorum explanandorum peritos eſſe noverat. Seleuciae, uti ſupra p. XII. ap. Acta MM. or. p. 88. §. *Simeoni.*) Supernam fuiſſe revelationem hanc, Sancti martyrium eodem anno ſublatum plane oſtendit.

Quum nuper in lectulo conquieſcerem .... video clariſſima *in luce Simeonem Bar-Saboe .... tum vero ſubiit me vehemens deſiderium tantum virum coram adloqui, ſignificabatque, ut ad illum adcederem. Poſt animadvertens, eum in coelum efferri... clamabam, cur mihi ad te pervolare non licet? at nunc minime licet, reſpondit, paullo tamen poſt dabitur tibi huc evadere, meoque conſpectu, adloquioque potiri; tunc* ve-

vero quaecumque te anxium habent (*), *pro libito expones*.

(*) Videlicet hoc martyrium ſibi, ſuiſque ovibus jam jam impendens.

S. ABDAS Ep. Caſcarae ſociis proponit arcanam hanc de martyrio jam jam ſubeundo revelationem; quam plane veram eventus proxime demonſtravit. In urbe Ledan, uti ſupra p.XXIII.(ex *Actis* Sancti ap.Acta MM. or p. 157. ſq. §. *Quo*.)

Confortamini fratres in Deo, & metum omnem expellite, quia reſurrectio veſtra vobiſcum ſepelietur, ut quum tuba ejus clanguerit, vos ſuſcitet .... occiſus fuit Dominus & vivit: veſtra ſimiliter mors vita eſt apud illum. Mementote ſermonis ejus: nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. (*) *Et*, omnis qui perdiderit animam ſuam propter nomen meum, inveniet eam in vita aeterna. (**) *Et*, in hoc cognoſcitur veritas, quando quis animam ſuam ponit pro amico ſuo (***).

(*) Ex Matthaeo 10.28.
(**) Ex eodem 10. 39.
(***) Ex Joanne 15. 13.

S. SIMEON BAR-SABOË Ep. M. Socios jamjam martyrio coram ſe adficiendos, ad ipſum vehementer communit hiſce documentis e ſacro codice decerptis, tanquam verbis inerrantibus, quibus nos per Evangeliſtas loquutus eſt Chriſtus. In urbe Ledan, uti *ſupra* p. IX. & alias (ap. Acta MM. or. p. 33. ſq. §. *Edixerat*.)

Quod ſi plura deſideres hujuſmodi e ſacris Bibliis teſtimonia, quae tanquam verba Dei Martyres in paſſionibus laudaverint ſuis, ea plena manu dabunt itidem Acta chaldaica. Sic enim inter Martyres orientales, ut perplurimos mittam, eas divinas loquutiones protulerunt THARBA ex Deuteronomio & Exodo; SCIAHDUSTES cum sociis ex Pſalmo 42. edit. ſyrae; JOSEPHUS ex Epiſt.2. ad Corinthios. & ex Epiſt. ad Hebraeos; JONAS ex Pſalmo 26. & 65. ex l. 2. Regum, ex Iſaia, ex Apocalypſi.

Sic deinde pariter inter occidentales loca produxit STRATONICA ex Eccleſiaſtico, ex Joële, ex Pſalmo 117. ex Matthaeo, ex Epiſt. 1. & 2. ad Corinthios &c, HIPPARCHUS ex Pſalmo 113, PHILOTHEUS ex lib. 1. Regum; JACOBUS, PARAGRUS & Socii ex Pſalmo 18. ex Matthaeo, ex Luca, ex Joanne; THEODOTA ex Matthaeo.

Rur-

Rorſum itaque habemus ex ore teſtium veritatis vigentem ſub priora ſecula in Oriente & Occidente divinam ſacrarum revelationum, quae Scripturis ſanctis continentur, auctoritatem. Nec eſt porro quod dubites de hiſce revelatorum textuum citationibus, quaſi iis impares fuerint feminae, viriquae rudiores & idiotae in ſuis paſſionibus. Quoniam in ſanctis Martyribus praemaxime divinum illud promiſſum coelitusimpletum eſt, uti alias innuimos, *Ecce Ego mitto vos ſicut oves in medio luporum... quum antem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquimini; dabitur enim vobis quid loquamini. Non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri qui loquitur in vobis*, ex Matth. 10. 16. & 19.

SPECTANTIA AD CLASSEM VI.

pro Gratia auxiliante

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

Toto ſupplicii tempore (*) *nihil dixit praeter haec, ad Deum converſus. Gratias tibi ago* Deus Abrahae *patris noſtri*, qui illum gratia tua praeventum *ex loco iſto* (**) *olim evocaſti*, nosque dignos effeciſti, *qui per eum fidei noſtrae myſteria, pauca licet de multis diſceremus. Nunc oro te Domine* da nobis *praeſtare quae Spiritus S. olim praedicabat per os David patris noſtri, holocauſta pinguia offeram tibi cum incenſo arietum.* (***)

(*) Subjectus videlicet acerbiſſimae fuſtigationi

(**) Nempe Ur chaldaeorum, ſive Orche Babyloniae urbe, in confinio Arabiae deſertae poſita, ubi natum eſſe Abrahamum veriſimile eſt ex Geneſ. 11. 31. & 28. ap. Cl. Aſſem. in Adnotat.

(***) Ex Pſalmo 65. 15. ſq.

S. JONAS M. in oppido Hubaha apud Perſas, uti *ſupra* p. XIX.

Perſpicue heic habes, ad catholicum Jonae ſenſum, gratiam auxiliatricem bonum eſſe ſupernum, quod ad operandum meritum ſalutare ab uno auctore Deo creatis animis immittitur.

Hoc ferme in votis erat, ut quaecumque hactenus minabaris, ocius in nos exſequereris; ut Chriſti virtute in nobis operante, *audacia veſtra ſe tandem victam fuiſſe fateatur.*

S. STRA-

S. STRATONICA M. ad Praeſidem haec ei minitantem: *quandoquidem peſſimam iſtam ſectam* (Chriſtianorum) *quam pridem amplexa es, abjicere recuſas, praeſcripta invictorum Principum legibus ſeveritate tecum mibi deinceps agendum erit* (ex *Act.* Sanctae toties laudd. ap. Acta MM. oc. p. 82. §. *Tum.*)

Tua me *quaeſo* (*) virtute conrobora atque armis induito, *nec ab atrociſſimis, quos obitura ſum, cruciatibus oſſa mea commoveantur.*

(*) Chriſte Domine,

S. THEODOTA M. ſic obortis lacrymis Chriſtum precatur quum rurſus in judicium produceretur, (ex *Act.* ſaepe citt. ap. Acta MM. occ. p. 221. ſq. §. *Quocirca.*)

Praeclariſſimis hiſce Adloquutionum exſemplis conſimilia fere paſſim occurrunt in Actis chaldaicis, quibus nempe SS. Martyres divinam gratiae virtutem, qua tormenta quaelibet invicte perferre ac vincere poſſint, apud tyrannos concelebrant; aut eam a Deo, vel ejus Chriſto geminatis expoſcunt precibus, ubi praeſertim immaniora intentantur ſupplicia, vel tolerantur.

SPECTANTIA AD CLASSEM VIII.

pro Merito ſalutari

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܩܕܝܫܐ ܕܝܢ ܒܝܩܛܘܪ ܡܬܪܗܒ ܗܘܐ ܕܢܬܠܘܐ ܠܚܒܪܗ ܒܥܓܠܘ
ܘܡܬܟܫܦ ܠܡܣܬܪܗܒܘܬܐ ܕܕܝܢܗ ܠܡܕܘܟܬܐ ܡܚܘܐ ܗܘܐ ܘܐܡܪ
ܕܦܘܪܩܢܐ ܘܛܘܒܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܒܗܕܐ ܡܛܝܒܐ ܗܘܬ ܠܗ .

Nempe

Sanctus autem Victor Socio(*)quamprimum adjungi diſcupiens, adproperare ſupplicium petebat; quamobrem mortarium indigitans, ſalutem, *ajebat*, & veram felicitatem in eo ſibi eſſe praeparatam. *Voti illico compos factus eſt.* (**)

(*) Sancto Victorino, qui novo, inaudito, & acerbiſſimo tormenti genere excruciatus eſt; conjectus nempe in mortarium recens fabrefactum eſt, ibique minutatim a ſaevis lictoribus contuſus, adeo ut corporis nervi adtriti defluerent.

(**) Videlicet in eodem contuſus & adtritus mortario, feliciter, prout optarat, pro fide occubuit.

S. Vi-

S. Victor M. ad Praefectum, ei minitantem idem mortarii crudeliſſimum ſupplicium, niſi a fide chriſtiana actutum deſciſceret, & Chriſtum ejuraret. In Aegypto apud Dioſpolim, uti *ſupra* p. xiii. (ex *Act.* SS. Victurini, Victoris, Diodori & Socc. ap. Acta MM. occ. p. 62. §. *Perempto*.)

Quae autem laus hanc eximiae fortitudinis, atque in Deum fidei, ſpei, & caritatis actionem pro merito commendare ſufficiat? Et hanc nihilominus diaerit quiſpiam, vel e coetu Proteſtantium, vel é faece Deiſtarum, nullam prae ſe tuliſſe rationem veri meriti, quod Deum ad retributionem tanti facinoris moverit?

Sed & iis adſimilia valde multa, ſi otium eſſet, congerere liceret pronuntiata & geſta ab aliis Martyribus, in ſerie exquiſitorum cruciatuum conſtantiſſimis. Ergo & eos omnes quis minus ſapiens inficias iverit, tot, tantiſque facinoribus coeleſtem beatitatem vere promeruiſſe? Quin immo haud alias potiſſimum enitet, ac ſplendida refulget propria meriti ratio erga Deum remuneratorem, quam in palaeſtra Martyrii; quippe quae ſchola eſt virtutum omnium heroicarum, quibus Martyres invicte patientes Deum ſibi pereximio & ineffabili quodam modo demerentur. Huc ſponte ſua redeunt quae in proximo ex aliis Actis capite indicavimus.

Summa Dei noſtri clementia atque benignitate in ſpem inducimur, noſtras pro te preces (*) *ipſum ratas habiturum, ac perinde futurum, ut tibi* pro tantis benevolentiae & caritatis officiis, *quae per has temporum anguſtias* ipſius cauſſa nobis exhibuiſti, ampliſſimam mercedem reddat, & *inſuper quae modo poſtulabas*, *cuncta juxta fidem tuam* praeſtet *cumulatiſſime*.

(*) Quas ipſa p a Matrona Iazdundocta ad eos fuderat, ut nempe a Domino ſibi precarentur remiſſionem criminum ac aeternam beatitatem

SS. Seniores Martyres, vel eorum unus quidam ore omnium ex coetu Martyrum cxx. ad piam, nobilemque Jazdundoctam, quae eis in carcere impendentis Martyrii horam expectantibus multa & permagna caritatis officia ſummo pietatis ardore praeſtitit. Seleuciae apud Perſas, an. 344. vel 345. d. 21. Apr. (ex *Act.* Sanctorum ap. Acta MM. or. p. 108. ſq. §. *Cui*.) Menaea graeca & Mart. rom. Sanctos MM. cxx. commemorant d. 6. Apr. immerito tamen, quum haec Acta chaldaica, ſincera quidem & hucuſque ignota, eos ferant ad d. 11. Martyrii coronam reportaſſe.

Vides jam, ad ſenſum Sanctorum Martyrum pia opera propter Deum exſequutioni mandata, ipſum ſuapte natura ad mercedem vel retributionem aeterni praemii adlicere.

Interim plane ſcias, quanto diriora in me decernis ſupplicia, tanto mihi copioſiora ille bonorum operum remunerator praemia *eſt elargiturus*.

S. Theodota M. ad Agrippam Praeſidem, uti *ſupra* p. xxxiv.

Si Deus itaque bona opera praemiis illorum menſurae conſentaneis remuneraturus certo creditur Theodotae, & ipſa in bonis operibus veri rationem meriti novit.

Et quoniam te (*) toto vitae hujus meae curriculo ex animo adamavi, *ac intimis plane ſenſibus dilexi, id unum nunc* oro te, *ut videam* te, ut perfruar, *in te ut quieſcam*.

(*) Domine Deus meus

S. Simeon Bar-Saboë Epiſc. M. ad Deum, vix certior factus eſt de Martyrio S. Guhſciatazadis, a miſera apoſtaſia ad fidem ſanctam mirabiliter converſi (ex *Act.* Sancti chaldaicis, ſaepe citt. ap. Acta MM. or. p. 30. §. *Haec*.)

Cupiebat quidem anxie cum Paullo ſanctus & doctus Praeſul diſſolvi & eſſe cum Chriſto inter beata gaudia; & ut votis res optata atque a Domino expetita ſubcedat, en tibi quam ille rationem, ceu unicam & invictam ad Deum ſibi devincendum proponat; ſancta videlicet opera totius vitae, in perfecta dilectione Dei, ſeu caritate tranſacta: novit igitur, ac virtute dixit ad Dominum, bona ejus opera poſſe ſaltem tanquam propria merita movere ipſum ad retributionem condignam, ab eodem alias promiſſam.

Intuere in me, Urbane, & vide quam ſuaviter in deſtinatam mihi mercedem *ego geſtiam* (*) *& quantas habeam Deo gratias, qui hunc mihi honorem impertitur, ut quos* (**) *patronos ad pugnam exoraveram, iis praeire poſſim ad gloriam*!

(*) Scilicet in beatitudinem ob ſupplicia modo pro Chriſto ſublata.

(**) Nempe Sanctos Confeſſores pro fide ante tribunal ſtantes, quos palam ſalutatos rogavit, ut quum ad Dominum perveniſſent, ſui recordarentur; quae quidem verba martyrio ſuo occaſionem dederunt.

S. Theodosia Virgo Tyria M. ad Urbanum Praefectum vix a pugna graviſſimorum cruciatuum ſemimortua evaſit, iterum ab Urbano tentata ut idolis litaret. Caeſareae Palaeſtinae, an. 307. d. 2. Aprilis, ſub Maximino Imp. an. 5. ejus perſequutionis (ex *Act.* Sanctae unice ſinceris ap. Acta MM. occ. p. 205. §. *Interea*, quibus adde praeviam admonit. p. 200. ſqq.) Ejus memoria vulgo celebratur eodem paſſionis die 2. Apr.

TO-

TOMO HUIC VI. INTERSERENDA

Nimirum

SPECTANTIA AD CLASSEM I.

pro Fide theologica

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica.
DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܥܒܕܐ ܐܡܪ ܠܗ. ܠܐ ܡܠܟܟ ܘܠܐ ܦܘܩܕܢܘܗܝ. ܘܠܐ
ܐܢܬ ܘܠܐ ܫܘܠܛܢܟ. ܘܐܦܠܐ ܢܓ̈ܕܐ ܡܫܟܚܝܢ ܦܪܫܝܢ ܠܢ ܡܢ
ܡܢܗ ܘܫܪܝܪܘܬܗ ܕܐܠܗܢ. ܘܡܢ ܗܝܡܢܘܬܢ ܫܪܝܪܬܐ
ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.

Legito

Nec tuus iſte Rex, nec ejus mandata, nec tu, nec poteſtas tua, neque tormenta poterunt ſeparare nos ... a certiſſima fide noſtra in Jeſum Chriſtum.

S. Abdas Ep. M. uti *ſupra* p. xxiii.

Vides, reor, a conſtantiſſimo Praeſule certitudinem ſummam verae ſui & Sociorum fidei theologicae adſertam.

Noſtra in Deum fides *nihili facit quae intentatis ſupplicia; contemnit mortem noſter in Chriſtum amor* ....

SS. Martyres C. Perſae, uti *ſupra* p. xxvii. quam dum recolas, & fidem & amorem in Chriſtum ſuum oppido mirare; ſimulque tibi in exemplum pro quocumque eventu imitandum adſume.

Una nos univerſos continet ac ſubſtentat virtus, una veritas, una voluntas. Unam fidem in unum Deum praedicamus....

S. Sciahdustes Ep. M. ſuo & Sociorum cxxviii. nomine reſpondens ad Judices, eis Saporis nomine veniam & libertatem ſpondentes dummodo ſoli ſacra facerent. (ex *Aſt.* Sancti & Socc. citt. ſupra p. xii. ap. Acta MM. or. p. 90. §. *Altero*.)

En tibi Sanctos Martyres, nec iſtos modo, ſed & ceteros quoſ-

que e primaevis ſeculis mundi Doctores, ac divini verbi Praecones; qui utique ſacris, dum torquerentur, Adloquutionibus Paganiſmum ubique terrarum in ſancta Chriſti fide, quam ſectarentur, inſtituebant.

Quod mea intereſt, ſenex ſum, octogenario major, atque per omnem vitam uno, perpetuoque tenore Deo ſumma religione ſervivi; & nunc ſuperos etiam atque etiam oro, ut tantum malum avertant, ne ab hoc pietatis ſtudio diſcedam, datamque Deo fidem prodam, *eoque poſthabito, ſolem, rem ab illo conditam, adorem, ipſique anteponam.*

S. Narses, urbis Sciaharcadatae in Provincia Beth-Garmaea Epiſc. M. haec repoſuit Sapori Regi, eum blande ac ſubdole adhortanti ut ſoli, mortem evaſurus, litaret. In eadem urbe Sciaharcadata, ubi tum Rex verſabatur, an. 343. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 93. §. *Cui.*) Eis dies vulgo ſacer 20. Nov. tametſi Martyrium ad praemiſſum annum, in diem 9. ejuſdem Nov. inciderit, auctore Interprete noſtro.

At tu nunquam impetrabis, ut edictis tuis (*) *nos chriſtiani pareamus, quippe quae omnia religionis noſtrae ſacra convellunt. Quibus enim legis chriſtianae quamlibet particulam ſartam tectam tueri propoſitum eſt,* hanc, in qua fidei noſtrae velut cardo vertitur, *deſerere, iniquiſſimum eſſe, ac prorſum intolerandum arbitramur.*

(*) Quibus jubemur ſolem, ignem, aquam tanquam Deos adorare, ſpreta in unum Deum, univerſorum Conditorem fide.

S. Barbasceminus Epiſc. M. ad Saporem, in eum acriter infrementem, quod & ipſe, & populus ſibi commiſſus ejus opera impiis edictis regiis non parerent. In urbe Ledan, an. 345. uti *ſupra* p. XXIII. (ex *Act.* Sancti & Soce. ap. Acta MM. or. p. 112. §. *Cui.*)

Id ipſum paucis interjectis Sapori explicatius repoſuit Sanctus in haec verba, *avertat Deus ut a recta fide, quae ut in unum ipſum credamus, exſpoſtulat, ne hilum quidem deflectam*, ex eiſdem Act. p. 113. §. *At.*

Mihi ſane in teſtimonium verae fidei *pro Chriſto mori dulce & ſuave eſt; at alieno ferro cadere exoptabam, non tuo.*

S. Bademus Coenobiarcha M. ad Narſetem apoſtatam, uti *ſupra* p. XXVI. (ap. Acta MM. or. p. 167. §. *Tum.*)

Quod

Quod ad nos adtinet, eadem nobis conſtat fides in Deum; *ſeu vitam promittas*, *ſeu mortem intentes*. *Noſtra tibi corpora ceſſimus*, *animos Deo*; *quaecumque proinde deliberaſti*, *age*, *exſequere*, *eadem nobis in votis fuiſſe puta*.

S. Acepsimas Ep. M. ad Praeſidem, ei mala omnia comminantem, ſi fidem Chriſti non ejuret. (ex *Act.* Sancti & Socc. ſupra citt. p. x. ap. Acta MM. or. p. 192. §. *Tunc*.)

Unus eſt Deus, *& praeter hunc nullus*. Una eſt fides, una veritas, *quam nos tenemus ac profitemur*.

S. Josephus Presb. M. uti *ſupra* p. xi.

Quod reliquum eſt, *hoc mihi ratum*, *fixumque eſſe intellige*, veram in Deum fidem *non prodere*; *Regis imperio non adſentiri* (*).

(*) Nobis utique injungenti defectionem a vera fide.

S. Aithilahas Diac. M. ad Praefectum Adarſaporem, ei in quaeſtione ajentem, *agedum regiis edictis pareto & ſolem adorato*; *quod ſi feceris*, *non modo imminentem mortem declinabis*, *ſed honores a nobis conſequeris* (ex *Act.* ſupra citt. p. xvi. ap. Acta MM. or. p. 195. §. *Interea*.)

Falleris, *Imperator*, *ajunt*, *quum nobis vita ipſa* potior ſit fides in Deum *Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti*.

SS. Jacobus, Paragrus, Habibus, Romanus, Lollianus Samoſateni MM. uti *ſupra* p. xxi. quam, ſi vacat, recolas.

Jam vero perpendat cum ingenti animi gaudio & exſultatione chriſtiana gens, quot, quantaſque hiſce ſermonibus & geſtis modo indicatis laudes, & aras verae fidei religionis noſtrae invicti Heroës conſecraverint.

SPE-

SPECTANTIA AD CLASSEM II.

pro auctoritate Scripturae ſacrae

proxime poſt deſcripta Monumenta Martyrologica.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܟܪܙܢܘܬܐ ܥܠ ܚܕ ܐܠܗܐ ܕܢܬܦܢܘܢ ܡܢ ܟܠ ܠܒܐ

ܠܒܢܝ ܐܢܫܐ . ܐܝܟ ܕܢܗܦܟܘܢ ܘܢܦܪܩܘܢ ܠܘܬܗ ܡܢ

ܠܘܩܒܠܗ ܘ ܒܫܘܦܪܐ . ܐܝܟ ܕܟܬܝܒܢ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ .

Videlicet

Unum quippe Deum mortalibus praedico, ſuadeoque ut ad ipſum toto pectore ſe convertant, moreſque vitiis depravatos exuant, & vitam probe inſtituant, juxta regulam in noſtris ſacris Libris *traditam.*

S. ACEPSIMAS Ep. M. ad Praefectum, uti *ſupra* p. x.

Profecto quod ratio vitae recte inſtituendae, ut nempe quis bonum faciat, & a malo declinet, ſacris Scripturae libris contineatur, eos perſcrutanti luce meridiana clarius eſt.

Tum (*) Rex ſubiratus: atqui videris mihi garrulus multa nugari; quin tibi linguam amputari jubeam? At Iſaacius: ſcilicet nobis ſcriptum eſt, loquar juſtitiam in conſpectu Regum & non confundar (**).

(*) Quum Sanctus ſancta dogmata, a B. Sapore M. expoſita, apud Regem vindicaret.

(**) Ex Pſalmo 118. 46.

S. ISAACIUS Epiſc. Carchae Beth-Seleuciae, quae urbs eſt Garmaeorum in Aſſyria, M. In urbe, opinor, regia apud Perſas, uti *ſupra* p. XII. (ex *Act.* SS. Saporis, Iſaacii, & Socc. ap. Acta MM. or. p. 228. §. *Poſtea*.)

Idem ſane Beato Praeſuli eſt, illud nobis ſcriptum eſſe, ac ſacro codice inerrante, ſummae apud Chriſti cultores auctoritatis, contineri.

Quin ego tua caecitate vehementius ſtupeo, qui tuis ſubjecta oculis miracula minime capias. Nam

&

& hoc in ſacris chriſtianorum codicibus *praenuntiatum legimus in haec verba*; in noviſſimis diebus, dicit Deus, effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem & prophetabunt filii veſtri & filiae veſtrae (*).

(*) Joël. 2. 29.

S. STRATONICA M. ad Praeſidem, uti *ſupra* p. XLII.

Loca alia ſaepius laudat illuſtris Martyr tanquam decerpta e codice inerrante, atque divinis Oraculis pleno.

Cui (*) *Philotheus*: ita *quippe* ſcriptum eſt, *inquit*, Ego glorificantes me glorifico, & qui contemnunt me, erunt ignobiles, dixit Dominus (**). *Tum vero Imperator*; *paucis te volo*, *Philothee*, *nec enim vacat nugas iſtas audire*. *Cui Philotheus*: *adeo ne piget* viventis Dei Oracula *audire?*

(*) Maximiano Imp.
(**) Ex 1. Reg. 2. 30.

S. PHILOTHEUS M. cum Imperatore, ad quaeſtionem productus, colloquens; illi nempe, quod urgeret ut diis litaret, ſpiritu Eliſei correptus Martyr durioribus ad ſenſum chriſtianum verbis reſponſum dederat. Samoſatae, uti *ſupra* p. XIII. ſq. (ex *Act.* MM. Samoſatenorum ap. Acta MM. occ. p. 132. §. *Producitur*.)

Quam belle, & quam catholice Sanctus ſacri codicis verba viventis Dei Oracula nuncupavit! Haec quidem ſi rectis auribus, ac in verum parato animo Deiſta audiat, de auctoritate Scripturae ſacrae nullus plane dubitaverit.

Quod ſi demum lubeat iis pariter adjicere ex Actis chaldaicis Martyres alios, qui ſacri codicis loca aut verba uſurparint, laudarintque ceu divina & coelitus dictata; hi quidem plures ſunt, eoſque *ſupra* indicavimus p. XLVI.

De Supplemento hactenus. Deinceps vero quandocumque haec Acta chaldaica dogmatibus, quae toto Operis decurſu ſtatuenda occurrerint, communiendis aut illuſtrandis documenta ſuppeditent, haec ſub eadem ſtili ac methodi ratione ſuam in tabulis Monumentorum obtinebunt ſedem: Deo ſcilicet auſpice, eiſdemque Teſtibus veritatis patronis, in quorum laudem noſter hic labor ſacer eſto.

IN-

INDICULUS

Martyrum pro ſanctis dogmatis adloquentium & rerum praecipuarum quas Supplementum complectitur.

MARTYRES ADLOQUENTES.

A

ABdas Ep. cum ſocc. pro Deo Creatore. pag. xxiii Coelo Emp. xxx. ſq verit. Relig. revelatae xxxvii. ſq. Revel. ſup. xlv. ſq. Fide. li.
Acepſimas Ep. pro Exſiſtentia Dei. x. Deo Provid. xvii. ſq. Creatore. xxiv. gehen. infernali. xxxv. verit. Relig. rev. xxxix. contra falſit. Ethnic. ibid. pro Fide. liii. auctor S. Script. liv.
Aedeſius. *Vide* Hedeſius.
Agapius pro Deo Uno. xiv. Creat. xxiv.
Agoes pro Mirac. ſup. xliii.
Aithilahas Diac. pro Deo Aeterno xvi. Creat. xxiv. verit. Relig. rev. xxxviii. contra falſit. Ethnicae. xl. pro Fide. liii.
Alphaeus Exorc. pro Deo Uno. xiv.
Apianus pro Patre Deo. xxi. Divinit. J.C. xli.

B

Bademus Coenob. pro Judic. priv. xxv. ſq. Fide. lii.
Barbaſceminus Ep. pro Deo Creat. xxiii. opportuna Beatit. Juſtorum. xxv. Judic. univ. xxix. Fide. lii.
Brichjeſus pro Exiſt. Dei. x. Deo Prov. xviii.

D

Dauſas Ep. pro Deo Uno. xiii. contra falſit. relig. ethnic. xxxix.
Diodorus pro Deo creat. xxiv. Div. J.C. xlii.

E

Ebedjeſus Ep. pro verit. Relig. revel. xxxvii.

G

Gahſciatazades pro Exſiſt. Dei. ix. Deo Creat. xxii.

H

Habibus pro fide. liii.
Hedeſius pro Vita Dei. xvii.
Hipparchus pro Vita Dei. xvii. Deo Provid. xviii. Creat. xxiv.

J

Jacobus pro Fide. liii.
Jonas pro Trinit. Dei. xix. Spiritu S. xxii. Gratia auxil. xlvii.
Joſephus pro Deo uno. xi. Creat. xxiv. verit. relig. revel. xxxviii. Fide. liii.
Iſaacius Ep. pro auctor. S Script. liv.

L

Lolliaoos pro Fide. liii.
Lucianus pro Coelo Empyreo. xxxi.

M

Marcianus pro Coelo Emp. xxxi.
Marix & ſocc. pro Deo Uno. xiii.
Martyres Perſae pro Reſurr. comm. xxvii. ſq Fide. li.
Martyres cxx. pro Exſiſt. Dei. ix. ſq. Deo Creat. xxiii. Merit. ſalut. xlix.
Miles Ep. pro Judic. univ. xxviii. ſq. Gehen. inf. xxxiv. verit. relig. rev. xxxvii. Vaticiniis ſupernis. xliv.

N

Narſes Ep. pro Fide. li.

P

Papius pro Deo creat. xxiv. Divin. J.C. xlii.
Paragrus pro fide. liii.
Philotheus pro Deo uno. xiii. ſq. Vita Dei. xvi. Trin. D. xix. ſq. auctor. S. Sc. lv.

R

Romanus Caeſareenſis pro Deo Prov. xviii. gehen. iof xxxv.
Romanus Samoſaten. pro Fide. liii.

S

Samoſateni MM. pro Trinit. Dei. xx. Patre Deo xxi. coelo emp. xxxiv.
Sapor Ep cum ſocc. pro Deo uno xiii.
Sciahduſtes Ep. cum ſocc. pro Deo Uno. xii. reſurr. comm. xxvii. Coelo Emp. xxx. revel. ſup. xlv. Fide. li.
Seleucus pro exſiſt. Dei. x. Patre Deo. xxi. Judic. priv. xxvi. ſq. Reſurr. com. xxviii. verit. relig. revel. xl.
Serapion pro Deo creat. xxiv. Divi. J.C. xlii.
Simeon Bar-Saboë Ep pro Judic. univ xxviii. coelo emp. xxx. Revelationib. ſup. xlvi. Merit. ſalut. l.
Stratonica pro Patre Deo. xxi. Judic. priv. xxvi. ſq. Reſurr. com. xxviii. Judi. univ. xxix. verit. Relig. rev. xl Mirac. xlii. Vaticin. xlv. Gratia aux. xlvii. auctor. S. Script liv. ſq.

T

Tharba & ſocc. pro Deo Uno. xii Creat. xxii. Coelo. xxx. verit. relig. rev. xxxvi.
Thecla & ſocc. pro Vaticin. ſup. xliv.
Theodoſia pro Merit. ſal. l.
Theodota pro exiſt. Dei. xi. Omnipot. D. xv. Miſeric. xvii. exſiſt. pravi Angeli xxiv. ſq. Judic. univ. xxix. Coelo. xxxiv. verit. relig rev. xxxviii. contra falſit. ethnic. xli. Gratia auxil. xlviii. Merito ſalut. l.

V

Victor pro Merito ſal. xlviii.

Z

Zacchaeus Diac. pro Deo uno. xiv.

Digitized by Google

RES PRAECIPUAE.

A

*A*cta MM. Chaldaica unde eruta. ii. ſcriptor coaevus. *ibid.* objecta diſcuſſa. iii. v. praeferuntur editioni Metaphraſtis. xxvi.
Adloquutiones MM. vindicantur. iii. ſq. quid dicendum, ubi plures loquuntur. xx. xxvii. ſq.
Aeternitas Dei. xvi.
Agapius quo anno martyrium perfecerit. xiv. ſq.
Agnetis eventum ſingulare. xliii. ejus illibata virginitas. *ibid.*
Aithilahas mortem vita potiorem ducit. xl.
Angeli pravi exiſtentia. xxiv.
Apollinis nomen à perdendo. xli.
Aſſemanus Evod. commendatur. i. viii. vindicatur. v. ſq. plura & fuſiora dedit Acta quam Ruinart. vi. ſq.
Aſſemanus Simon laudatur. ii.
Auctoris mens in edendo Supplementum. i. viii. correctio circa nomen Pherbuses. xxi. & Sadoth, ejuſdemque anni martyrii. *ibid.* Bademi quoque. xxvi. & Luciani. xxxi. meditatio in commentarium ſingularem de Actis Martyrum, cujus ſpecimen praemit. iii. ſq. clauſula & votum. lv.

B

Bademi Coenob. paſſio quo die. xxvi.
Barbaſceminus quae vetarit crepundia. xxiii. opportunam beatorum fruitionem confirmat. xxv.
Beatitas Juſtorum. xxv.

C

Captivorum MM. ingens numerus. xiii.
Chriſtiani in Perſide proſcripti. xxv.
Chriſtianus ſum, Chriſtiana ſum frequens MM confeſſio. xii. xxxvi. xxxviii.
Coelum Empyreum. xxx. ſqq.
Creator Deus. xxii. ſqq.
Criticorum canones non omnino recepti. vi.

D

Decii Imp. edictum contra Chriſtianos quando promulgatum. xxxi.
Divinitas J. Chriſti. xli.

E

Eſaias ſcriptor Actorum Jonae. xix.
Ethnicae ſuperſtitionis vanitas. xxxix. ſqq.
Euſebius chaldaice ſcripſit acta decem MM. occ. ii. auctor non eſt Cod. i. Nitriens. *ibid.*
Exiſtentia Dei. ix. ſq.

F

Fides ſuperna. li. ſqq.

G

Gehennae aeternitas, ſupplicia. xxxiv. ignis in gehenna qualis. xxxv.
Germonius laudatur. v.
Gratia auxilians donum a Deo. xlvii. ſq.
Guhſciatazades regis Saporis nutritius. ix.

H

Honoratus à S. Maria laudatur. xxxii.

I

Iazdundoctae officia caritatis. xlix.
Idola inanima pro Diis plerumque. xli.
Ignis tanquam Deus apud Perſas. xxxv. xxxix.
Jonae M. oratio dum fuſtibus caederetur. xlvii.
Joſephus Presb. quae ſit vera religio, docet. xxxviii.
Judicium privatum. xxv. ſqq. univerſale. xxviii. ſq.

L

Luciani & Marciani paſſionis aetas. xxxi eorum acta vindicantur. *ibid.*

M

Martyres centum Perſae una adloquutione plura dant dogmata. xxvii. ſq.
Martyres orientales qui. ii. occidentales. *ibid.* ſacram Script. tanquam Verbum Dei in ſuis confeſſionibus proferunt. xlvi. lv. ſq. coeleſtem beatitatem virtute fortitudinis in exquiſitis cruciatibus demerentur. xxxi. xlix. Paganos fidem Chriſti ſuis adloquutionibus docent. xiv. li.
Martyrii pretium ſummum. iv.
Martyrologium Rom. notatur. xxix. xlix.
Maruthas Ep. ſcriptor actorum MM. or. ii. interfuit Conc. Antioch. vii.
Maximinus Imp. Caeſareae Palaeſt. natalem diem celebrat. xiv.
Menologium Baſilian. corrigitur. xxvi.
Meritum ſalutare. xlviii. ſqq.
Metaphraſti Codex i. Nitriens. abjudicatur. ii.
Miles Ep. quo die martyrium conſummaverit. xxix.
Miracula ſuperna. xlii. ſq.
Miſericordia Dei. xvii.

N

Narſes apoſtata Bademum gladio confodit. xxvi.
Narſes Ep. octogenario major ad martyrium ducitur. li.

O

Omnipotentia Dei. iv.

Pe.

P

Pater Deus. xxi.
Paupertas Evangelica Religionem Chriſtian. veram eſſe oſtendit. xxxviii.
Perſae Solem ut Deum colebant. x. xl.
Philotheus Dei non deorum amans. xiii. ſq.
Pietatis opera ad mercedem aeterni praemii adliciunt. xlix. utique conſentaneam. l.
Providentia Dei. xvii. ſq.

R

Religionis ethnicae falſitas. xxxix. ſqq.
Religionis ſupernae revelatae veritas. xxxvi. ſqq.
Reſurrectio communis. xxvii.
Revelationes ſupernae. xlv. ſq. earum auctoritas ſub priora Chriſti ſaecula. xlvii.
Romani Caeſareaens. acta ſincera. xviii. an plures ejuſdem nominis. xix.
Ruinartiana collectio magnae licet auctoritatis, praetermiſit complura veterum MM. acta ſincera. xxxii. & quaedam admiſcet quae ſinceritati officiunt. xxxiii. qui differat ab actis Chaldaicis cum pari ſinceritatis veri ſimilitudine. *ibid.*

S

Samoſateni MM. ubi cruce moriendum eſt, laetitia perfunduntur. xa, bene civitati adprecantur. *ibid.*
Sapor Ep. an idem ſit, quem laudat Sozom. xiii.
Saporis II. Longaevi perſecutio. iii. edictum in Chriſtianos. xxv. xxviii.
Simeon Bar Saboës Socios communit ad martyrium. xlvi.
Seleuci & Stratonicae acta aliquantum ſuſpecta. x. ſq.
Sozomenus Marutha poſterior. vii.
Spiritus S. Deus, xxii.
Stratonica MM. corpora veneratur. xxviii. ci in vinculis Angelus opem tulit. xxix. varia e ſacro Cod. miracula declarat. xlii.

T

Tharba idem ac Creſcentia. xii. a Simeone Bar-Saboë fratre relig. Chriſt. edocta. xxxvii.
Theodotae acta xi. xv. ejus ante paſſionem ad Chriſtum oratio. xvii. xlviii.
Tillemontius refellitur. iv.
Tormenta exquiſita MM. inflicta, quare. iv.
Trinitas Dei. xix. ſq.

V & U

Vaticinia ſuperna. xliv.
Verbi Divini miſſio a Patre. xxi.
Victor & Victorinus in mortario contuſi. xliii.
Vita Dei. xvi. ſq.
Unitas Dei. xi. ſqq.



PICTVRA VETVS CRISTIANORVM

AD-

Digitized by Google

ADPROBATIONES.

UT Reverendiſſimi P. Fr. Thomae Auguſtini Ricchinii Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri juſſu facerem, ſedulo, adcurateque ea quae ad Antiquitates pertinet parte, legi Volumen hocce, quod *Diſſertationes de theologicis virtutibus, & moralibus Cardinalibus* complectitur a clariſſimo viro Johanne Baptiſta Genèr ſumma diligentia congeſtum, in eoque nonniſi ampliſſimam omnigenae eruditionis penum inſpexi. Nihil profecto tot inter monumenta vel a Catholica Fide, vel a recta morum diſciplina alienum deprehendi, quin immo illud praeter alia laude dignum exiſtimavi, quod nova adceſſione hunc, & coeteros hactenus editos Operis commentarios documentis condecoret, petitis ex veterrimis actis martyrum Chaldaicis Nitrienſibus ex Aegypto ad bibliothecam Vaticanam olim perlatis, ac plerumque eorumdem actorum textus ſtilo & charactere Chaldaico exhibeat: quo plane & ſacra dogmata uberius communit, & lucubrationi novum addit ſplendorem, linguarumque Orientalium peritis lectionem parat gratiſſimam. Mantiſſam praeterea ab antiquis Liturgiis pro Romani Pontificis inerrantia Sanctiſſimo Domino noſtro PIO SEXTO feliciter regnanti vir celeberrimus expreſſo voto conſecrat, & jure quidem optimo, & cordatiſſimo conſilio: hic enim PIUS honoris beati PETRI conſors & haeres, ejuſdemque praeditus ipſiſſima dignitate quum ſit, ubi in praeſentia univerſam regit Chriſti plebem & Paſtor & Magiſter eſt inerrans; certa ſcilicet eaque ſpirans Fidei, morumque regula. Unum addam, mirari me ſatis non poſſe, quum doctiſſimum authorem non modo ſenecta ingraveſcentem, ſed etiam cum morbis a multo tempore luctantem videam, animo tamen imperterritum & mente ſerenum a graviſſimo inchoato labore non deſtitiſſe. Ex aedibus S Callixti die XXII. Novembris Anno MDCCLXXVII.

D. Petrus Aloyſius Galletti Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſinenſis Abbas SS. Salvatoris & Cyrini de Inſula in agro Senenſi.

JUſſu Reverendiſſimi Patris Magiſtri S.P.A. Opus cui titulus = *Tomus ſextus partem tertiam quod librum primum & ſecundum tractatus ſecundi ſpectat complectens* = a Cl. V. Jo. Baptiſta Genèr diligentiſſime elucubratum ea qua potui ſedulitate perlegi. Nihil porro in eo Fidei aut Chriſtianis moribus repugnans deprehendi; quia imo valde plura e quibus in ipſum Authorem maxima commendatio & Lectoribus omnibus voluptas & Utilitas ob omnigenam eruditionem, qua univerſum opus eſt conſperſum, ſubnaſci poſſint: Quamobrem luce publica digniſſimum exiſtimo.

Romæ die 15. Octobris 1777. = ex ædibus Parochialibus Sacri Palatii Quirinalis, vulgò SS. Vincentii & Anaſtaſii in Trivio nuncupatis.

Thomas Gabrini Parochus, Lector Emeritus, & Viſitator.

ADPRO-

ADPROBATIONES ALIAE

Exſtant in Tomo V. ſub initium, ubi doctiſſimi Cenſores adprobant generatim Partem tertiam, omnes videlicet, quos Pars tertia continet Tomos, e quibus Tomus hic, ordine Operis ſextus, ſecundus eſt.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro.

F. A. Marcucci Epiſc. Montis. Alti Viceſgerens.

IMPRIMATUR,

Fr. Thomas Auguſtinus Ricchinius Ordinis Praedicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

CON-

Digitized by Google

CONSPECTUS

TOMI SEXTI.

UNIVERSAE
THEOLOGIAE
DOGMATICO-SCHOLASTICAE
PARS TERTIA

DEUS FINIS VIRTUTIBUS OBTINENDUS. *Pag.* 1.

TRACTATUS SECUNDUS
De Virtute. *ibid.*

LIBER PRIMUS.
De Virtutibus theologicis. 2

CAPUT PRIMUM.
De Fide. 3

PROLUSIO I.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Fidem theologicam. *ibid.*
Ex variis perſonarum claſſibus. 3. *ſqq.*

§. I.
Fidei actualis partitiones & ad eam praeambula. 26
QUAESTIONES DOGMATICO-SCHOLASTICAE. *ibid.*

§. II.
Fidei adtributa. 30
COROLLARIA. 35

§. III.
De materia Fidei. 36
OBSERVATIO. 37
OBSERVATIO ALTERA. 44

§. IV.
De ratione potiſſima Fidei. 46
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS circa *Fidem ſupernaturalem.* 55
MONUMENTA ANTIQUITATIS pro *Fide theologica.* 56

CLASSIS I.
E RE MARTYROLOGICA. *ibid.*
E RE LAPIDARIA SACRA. 58
E RE LAPIDARIA PROFANA. 64
PRAEMONITIO POLEMICA. *ibid.*
E RE LITURGICA. 68
E RE DIPTYCHA. 76
E RE ANULARI. 77

§. V.
De Regulis Fidei. 78

PROLUSIO II.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De Erronibus in Regulas Fidei. *ibid.*
Adverſus auctoritatem S. Script. *ib.*
Adverſus Traditionem 94
Adverſus Eccleſiam univerſ. 96
Adverſus Concilium generale. 103
particulatim ex pſeudo ſyn. *ib.*
Ex ſcholis heterodoxis. 109
Ex Doctoribus Catholicis. 112
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 113
MONUMENTA ANTIQUITATIS pro *auctoritate Scripturae S.* 116

CLASSIS II.
E RE MARTYROLOGICA. *ibid.*
E RE LAPIDARIA. 118
E RE LITURGICA. 119
EX KALENDAR. ET MARTYROL. 127
E SACRIS HISTORIIS EFFICTIS DEPICTISQUE 134
E RE DIPLOMATICA. 145
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. *ibid.*
MONUMENTA ANTIQUITATIS pro *auctoritate divinarum Traditionum.* 146

CLASSIS III.
E RE MARTYROLOGICA. *ibid.*
E RE LITURGICA. 147
E RE DIPLOMATICA. *ibid.*
EX RITIBUS IMPP. GRAECIAE. 148
RURSUM E RE LITURGICA. *ibid.*
ITERUM QQ. DOGM. SCHOL. 151

MO-

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro auctoritate Eccleſiae. 153
CLASSIS IV.
E RE LITURGICA. ibid.
RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 160
OBSERVATIONES. 162
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro auctoritate Concilii oecumenici. ibid.
CLASSIS V.
E RE LAPIDARIA. ibid.
CAPUT SECUNDUM.
De Spe. 167
PROLUSIO III.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De Erroribus in Spem theologicam. ib.
Ex variis perſonarum claſſibus. ibid.
§. I.
Spei indoles & dotes. 172
QUAEST. DOGM. SCHOL. ibid.
§. II.
De materia & ratione potiſſima Spei. 176
§. III.
De reliquis ad Spem attinentibus. 177
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa Spem theologicam. 182
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Spe theologica. 183
CLASSIS VI.
E RE MARTYROLOGICA. ibid.
E RE LAPIDARIA SACRA. 187
E RE LAPIDARIA PROFANA. 189
E RE LITURGICA 193
CAPUT TERTIUM
De Caritate. 201
PROLUSIO IV.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De Erroribus in Caritatem theologicam. 202
Ex variis perſonarum claſſibus. ibid
§. I.
Caritatis indoles & dotes. 209
QQ. DOGM. SCHOL. ibid.
§. II.
Materia & ratio potiſſima Caritatis. 212.
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa caritatem theologicam. 214
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro caritate theologica. 216
CLASSIS VII.
E RE MARTYROLOGICA. ibid.
E RE LAPIDARIA. 219
E RE LITURGICA. 230
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 240
LIBER SECUNDUS.
De Virtutibus moralibus Cardinalibus. 244
OBSERVATIO. 245
CAPUT PRIMUM.
De Prudentia. 246
QQ. DOGM. SCHOL. ibid.
CAPUT SECUNDUM
De Juſtitia. 248
§. I.
De indole juſtitiae. ibid.
QQ. DOGM. SCHOL. ibid.
§. II.
De jure quod juſtitia reſpicit. 250
OBSERVATIO. 251
§. III.
De jure dominii ſpeciatim. 252
OBSERVATIO. 255
OBSERVATIO ALTERA. 257
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS
circa juſtitiam. 261
MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro virtute juſtitiae cardinalis. 262
CLASSIS VIII.
E RE LAPIDARIA. ibid
CAPUT TERTIUM.
De Fortitudine. 270
PROLUSIO V.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De erroribus in fortitudinem. ibid.
Ex Paganis 271
Ex

Ex Judaeis. 281
Ex Heterodoxis veteribus. 282
Ex Heterodoxis recentibus. 286
Ex Doctoribus Catholicis. 289
§. I.
De indole Fortitudinis nonnulliſque effectis ei perperam adſcriptis. 290
QQ. DOGM. SCHOL. *ibid.*
CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS circa *fortitudinem.* 292. 294.
OBSERVATIO. 293
MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro virtute fortitudinis.* 301
CLASSIS IX.
E RE MARTYROLOGICA. *ibid.*
E RE LAPIDARIA. 305
E RE LITURGICA. 310
E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS. 318
§. II.
De ſacro Martyrio nobiliſſimo Fortitudinis foetu. 321
PROLUSIO VI.
ſeu
HISTORIA POLEMICA
De erroribus in ſacrum Martyr. 322
Ex Ethnicis. *ibid.*
Ex Heterodoxis. 338
QUAEST. DOGM. SCHOL. 349
MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro ſacro Martyrio.* 364
CLASSIS X.
E RE MARTYROLOGICA. *ibid.*
E RE LAPIDARIA. 373
E RE LITURGICA. 396
E VETUSTIS MARTYRIORUM INSTRUMENTIS. 403
CAPUT QUARTUM.
De Temperantia. 404
QUAES. DOGM. SCHOL. *ibid.*
MANTISSA
pro inerrantia Romani Pontificis. 407
CLASSIS XI.
E RE LITURGICA. *ibid.*
INDICES ALPHABETICI. 413.
INDEX I.
DOGMATUM
una cum ipſorum patronis, elucidationibus & adverſariis. *ibid.*
INDEX II.
SAPIENTUM ETHNICORUM. 424
INDEX III.
MONUMENTORUM ANTIQUITATIS. *ib.*
INDEX IV.
QUAESTIONUM DOGM. SCHOL. 427
INDEX V.
ERRONUM. 428
INDEX VI.
RERUM PRAECIPUARUM. 432



GEMMA VETVS CHRISTIANORVM

UNI-

Digitized by Google

UNIVERSAE
THEOLOGIAE
DOGMATICO-SHCOLASTICAE
PARS TERTIA
DEUS FINIS VIRTUTIBUS OBTINENDUS.

SECTIONEM alteram Partis tertiae, reliquos de Virtute, ac de Peccato Tractatus complectentem, exponendam adgredimur. Eadem heic plane methodus, idemque rerum ordo quantum ad Proluſiones polemicas, Quaeſtiones theologicas, CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS, ac Monumenta antiquitatis, quem nos hucuſque ad amuſſim obſervaſſe facile conſtat.

TRACTATUS SECUNDUS
DE VIRTUTE.

2. Virtutis nomine in praeſentiarum venit ſuperna perfectio, quae animum adficit; vel permanenter ad modum habitus, & haec quidem nuncupatur virtus habitualis; vel tranſeunter, ut ajunt, ſive non inhaerens animo, ſita videlicet in actu, ſive operatione tranſeunte, quam momento prodit animus, diciturque vulgo virtus actualis, alias meritum theologicum. De utroque virtutum ſupernaturalium genere principia ſcitu utiliora, immo neceſſaria *ſupra* dedimus ad Tom. V. Tract. I. Cap. VII. a p. 169. His vero praejactis, expeditior quidem excurret oratio in hoc Tra-

ctatu, quem more noſtro in tres Libros diſpeſcimus; quorum nempe I. aget de Virtutibus theologicis, II. de Virtutibus moralibus cardinalibus, III. de Virtutibus moralibus adnexis.

LIBER PRIMUS

de Virtutibus Theologicis.

3 NImirum de Fide, Spe, Caritate, quae ceterarum virtutum nobiliſſimae ſunt, atque praecipuae, omniumque meritorum fecundiſſimi fontes. En tibi prooemialem de iis doctrinam, vulgatiſſimo Interpretum Scholaſticorum calculo comprobatam. 1.° Earum generatim exſiſtentia vulgo habetur fide ſancta; ex 1. *Cor.* 13. 13. tum ex *Trid.* (*a*) & *Mogunt.* (*b*) itemque ex proſcriptione plurium theſium vulgo Bajanarum. 2.° Adtingunt eſſentia ſua proxime, ratione ſui, atque ut ſcopum praecipuum Deum O. M. qua ſupernaturalis Auctor eſt; quocirca theologicae audiunt, non autem morales; quae licet interdum pro ratione formali adtributum aliquod divinum remote atque indirecte reſpiciant, nunquam tamen non habent pro ratione formali proxima honeſtatem actus creati.

4 Tum 3.° Sunt ad aeternam ſalutem ſimpliciter neceſſariae; utpote ſine quibus ad Deum, qua ſupernus Auctor eſt, adcedere nulli datum ſit. 4.° Certo tres ſunt in via, re omnino diſtinctae, de quibus duntaxat qua talibus pertractant *TT.* cum Theologorum Principe *Paullo* mox laud. 5.° Eſſentia ſua feruntur in Deum ſuper omnia, videlicet Deum, qua ſupernus Auctor creditur, alii cuicumque creato praeferunt.

5 Item 6.° Ad earum infuſionem praerequiri videtur ex natura rei, & non modo ex lege divina, aliqua ex parte adulti diſpoſitio, ad receptionem donorum conſimilium proportionata. 7.° Habituales infunduntur primum ſimultanee, non ſucceſſive; quod innuere quidem videtur cit. *Trident.* 8.° Reperitur inter eas ordo quidam rationis; Fides etenim ſine Spe & Caritate conſiſtere poteſt; ac Spes ſimiliter abſque Caritate; quum tamen nec Caritas Spe abſente, nec utraque Fide abſente adeſſe poſſit: Fides itaque eſt ſaltem ratione prior, quam Spes & Caritas; ac Spes itidem quam Caritas. Idcirco de illis ſub eodem ordine jam diſſerimus. (*c*)

CA-

(*a*) Seſſ. 6. cap. 7.
(*b*) Cap. 7.
(*c*) Conferri poſſunt ſuper haec doctrinae capita *Thom.* 1. 2. tota q. 62. *Eſparza* l. 6. q. 1. ſqq. *Rhodes* tr. 6. d. 1. q. 1. ſ. 3. & 3. *Oviedus* tr. 3. controv. 2. n. 32.

CAPUT PRIMUM

de Fide.

6 PRaetermiſſis aliis de nomine *fides* adceptionibus (*d*) Fides, de qua in praeſentiarum, ubi de actuali potiſſimum inſtituitur oratio, eſt *ſupernus mentis adſenſus loquenti Deo innixus*. Conſentiunt quantum ad rei ſubſtantiam vulgo noſtrates *TT.* (*e*) Ejus exſiſtentiam, neceſſitatem, meritum, aliaſque dotes dogmaticas commendant *Scripturae* paſſim: e. c. *Iſa.* 3. 16. *Marc.* 16. 16. *Act.* 8. 37. *Coloſ.* 1. 25. *Rom.* 4. 9. & 1. *Cor.* 13. 2. *Hebr.* 11. 1. ac 3. & 1. *Tim.* 3. 9. & 1. *Petri* 1. 9. *Patres* itidem (*f*) quibus adcedit *Tridetina* Synodus (*g*) Virtutem hanc divinam cum dogmaticis & ſcholaſticis Doctoribus elucidandam ſuſcipimus. In primis vero effuſos in eam errores recenſere par erit.

PROLUSIO POLEMICA

HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Fidem theologicam.

SAlutis initium & fundamentum, quod Fides eſt, inſolentes interdum veritatis hoſtes perferre coacta eſt, qui ejus naturam, adtributa, dotes corrodere, immo labefactare moliti ſunt. Ut mittam, & Ethnicos inſipientes eam perpetuo blaſphemaſſe, quia non noverunt, & eos omnes, qui vero quocumque haereticorum nomine cenſentur, eidem ſacroſanctae Fidei vulnera immania paſſim infligere. Itaque HISTORIA POLEMICA.

Ex variis perſonarum claſſibus

I. *Simon Magus* primus omnium fuiſſe videtur qui ſanctae Fidei vulnus inflixit. Adſeruit quippe non eſſe pro Chriſto ſubeundum martyrium; immo licere cuipiam urgente perſequutione fidem Chriſti negare. Somniavit enim, idololatriam (alias ſanctae fidei ex diametro adverſam) rem eſſe nec bonam nec malam. (*h*) Simoni ſubſcripſerunt *Baſilidiani* (*i*) *Gnoſtici* & eorum proles *Adamitae*, auctore *Prodico*, quos *Tertullianus* in Scorpiaco de bono martyrii acriter confutavit (*k*) *Valentiniani* itidem, quod pleriſque vi-

(*d*) Ea, nec ſine contentionibus quidem, dabunt *TT.* tum veteres cum *Alenſi* p. 3. q. 64. memb. 1. tum juniores cum *Suar.* conſulendo in tr. de fide par. 1. d. 1. ſ. 1.

(*e*) Cum *Th.* 2. 2. q. 1. a. 1. *Suar.* cit. d. 6. ſ. 1. n. 5. *Delugo* tr. de fide d. 8. n. 36. &c.

(*f*) Cum *Iren.* l. 1. c. 3. *Ambr.* ſerm. 20. in Pſ. 112. *Aug.* l. de praedeſt. SS. c. 2. *Greg.* l. 2. in 1. Reg. c. 2. ceteriſque tota diſſertatione laudandis.

(*g*) Seſſ. 6. cap. 7. 8. & alias.

(*h*) Conf. *Origen.* l. 6. cont. Celſ. n. 11.

(*i*) Ap. ipſum *Origen.* tr. 28. in c. 24. Matth. & *Epiph* haer. 24. n. 4.

(*k*) Recole *Tertull.* in eodem Scorpiaco ad c. 10. & 15.

detur idem ſubindicare *Tertull.* (l) in ea verba „ martyrii quoque „ eludentes neceſſitatem qua volunt interpretatione . „ (*)

II. *Baſilidis ſectatores* „ exſiſtimant fidem eſſe naturalem , qua- „ tenus eam etiam in electione collocant , ut quae intelligente „ comprehenſione diſciplinas inveniat circa demonſtrationem „ (m) Item „ praeterea dicunt Baſilidei fidem ſimul & electionem eſſe „ propriam in unoquoque ſpacio : rurſus autem ex conſequentia „ ſupermundanae (hoc eſt *ſupernaturalis*) electionis conſequi mun- „ danam totius naturae fidem , & pro modo ſpei uniuſcujuſque „ conveniens quoque eſſe donum fidei . „ (n) Quod autem fides theo-

(l) In l. adverſum *Valentinianos* c. 30. ſub init.

ADNOTATIONES.

(*) I. PRofecto Valentiniani martyrio pro fide Chriſti ſubeundo vehementer refragabantur , quod aperte prodit *Tertullian.* in Scorpiaco c. 1. inquiens „ Quum igitur fides aeſtuat , & Eccleſia „ exuritur de figura rubi , tunc Gnoſtici „ erumpunt , tunc Valentiniani proſerpunt , „ tunc omnes martyriorum refragatores „ ebulliunt „ Rurſumque c. 14. ſub fin. Prodicum & Valentinum inducit ceu ſuggerentes „ non in terris eſſe confitendum „ (Chriſtum martyrio) apud homines , „ quod nec Deus humanum ſanguinem ſitiat , nec Chriſtus vicem paſſionis . „ Addit poſtremo adverſum Valentinianos diſputans c. 30. eos martyrii neceſſitatem eludere .

Inde vero quod iſti Haeretici convenerint cum Simone , licere cuipiam perſequutione graſſante fidem chriſtianam negare , me judice , minime evincitur . Tum quippe plane liceret , ſi ferret opportuna occaſio , martyrium effugere illibata fide .

Scio equidem ab *Doctore* Africano tot , tantiſque laudibus in Scorpiaco commendari martyrium , ut tandem ſentire videatur piaculum fore illud , ſi occaſio tulerit , quoquo modo recuſare ; quibus fere conſentire viſus eſt *Cyprianus* in epiſt. ad Fortunat. de exhortat. Martyrii.

Ceterum haud omnibus hac in re Doctor egregius laudatur . Audi *Beatum Rhenanum* in adlata verba tertullianica adverſum Valentinianos „ Tam amans martyrii „ fuit Tertullianus , quod omnibus ubi- „ que perſuadere nititur non fugiendum , „ ſed animoſe & conſtanter chriſtiano ſu- „ ſtinendum , ut a piis heic etiam atro calcu- „ lo notari meruerit propter neceſſitatem , „ quam ferventius ac cautius adſtruebat . „

Et quidem quod honeſtum ſit perſequutione ingruente martyrium effugere , & exemplo ex ſcriptis adverſum Arrianos abunde comprobat & invicte confirmat *Athanaſius* in apologia de fuga ſua n. 10. ſqq. quum a Syriano Duce perſequutionem pateretur . Haud itaque huc loci inter Errores Valentiniani recenſendi .

II. Error Simoni atque Baſilidianis in praeſentia tributus & Chriſtum ferit , & theologicam in Chriſtum fidem . Utriſque ſiquidem Chriſti Dei-hominis exſiſtentia impiiſſime denegata eſt , quod indicavimus *ſupra* ad Tom.I. pagg 127. 130. Quo circa Chriſtum quum agnoſcere abnuerint , levius peccaſſe videntur admittendo conſequentes , inſectatione urgente negari poſſe abſque piaculo fidem Chriſti , qui nempe illorum opinione nuſpiam exſtitit .

III. Nec de Gnoſticis & Adamitis hac in re apud unum , quod laudavimus , Tertulliani Scorpiacum , aliter deliquiſſe comperio , quam quod negaverint neceſſitatem martyrii , ardente perſequutione , honeſtam adſerentes ab ipſo fugam . Sed hoc tamen adſertum , dummodo aliud abnegandae fidei periculum non immineat , mox Athanaſio , nobiſque probatum eſt .

IV. Ex hucuſque adnotatis liquido ſubinferas licet quid cenſendum de propoſitis in ſanctum dogma erroribus , quos Haereſeologorum recentium pleique veteribus hiſce acatholicis adſignant .

(m) Totidem verbis *Clemens* Alexan. Strom. 2. p. m. 363. edit. Pariſ. 1641.

(n) *Clemens* eodem loci .

theologica ſupernaturalis ſit, pluribus continuo Novatores redarguens oſtendit Alexandrinus Doctor. Nec audiendus quidem *Beauſobrius* ubi (o) adverſus Alexandrinum differentem Baſilideis ſuppetias fert. (p)

III. *Elceſaei*, aliis *Elxaei*, rem duxerunt indifferentem fidem negare neceſſitatis tempore, modo eam quis mente retineret. (pp)

IV. *Manichaei* fidei theologicae neceſſitatem & utilitatem rejiciebant, irridentes in diſciplina orthodoxae fidei, quod alumni juberentur in primis credere, non autem ratione ducerentur ad notitiam veritatis. (q)

V. *Eunomius* ſecta Arianus & Arianorum coriphaeus „ fertur „ etiam uſque adeo fuiſſe bonis moribus inimicus, ut adſeveraret „ quod nihil cuique obeſſet quorumlibet perpetratio ac perſeverantia peccatorum, ſi hujus quae ab illo docebatur fidei particeps „ eſſet. „ (r) En tibi adtributum fidei inquiſſime adſcriptum, ad ſcelera quaecumque viam ſternens. Ergo ne ſola fides in conſpectu cujuſvis criminis te juſtum reddat, & gratum Deo? Impiiſſima quidem vox haec omnem omnino injuſtitiam ex ſola incredulitate repetit, & omnem contra juſtitiam ac rectitudinem ex ſola fide. Eunomium portenta haec mentientem *Lutherus* cum ſuis poſtmodum in ſcenam emittendis authorem ac ducem habent. Vel ipſe quidem *Lambertus Danaeus*, orthodoxiae Romanae juratiſſimus hoſtis, non potuit non exhorrere ad haec portenta. (ſt)

VI. *Petrus Abaelardus* adcuſatur docuiſſe, nihil eſſe credendum, quod mentis noſtrae virtutem excederet. Quo plane denegatur fidei theologicae adceſſus ad myſteria ſuperna, quae nativam cujuſque mentis rationem longe ſuperant. Nihil quidem hoc placito (Heterodoxorum gregibus, utpote conantibus concludere fidem intra limites noſtrae mentis, perquam familiari) viliorem reddit fidem. (*) VII. *Ray-*

(o) Hiſt. Manich. l. 4. c. 5. n. 11.

(p) Conf. *Gentin* in Lexicon polemicum *Pluqueti* in Baſilide a p. 42.

(pp) Conf. *Euſeb.* hiſt. l. 6. c. 31.

(q) Errorem narrat, pluribuſque convellit *Auguſt* l. de util. credendi ad Honoratum amicum ſuum a Manichaeis deceptum.

(r) Haec *Auguſt.* de haereſib. haer. 54.

(ſt) In comment. S. Auguſt ad Quodvultdeum ad haer. 54. fol. verſo 181.

ADNOTATIO.

(*) ABaelardo errorem *Bernardus* epiſt. 190. ad Innocentium P. II. adpingit in haec verba ad cap. 1. „ Dum „ paratus eſt de omnibus reddere rationem, „ etiam quae ſunt ſupra rationem & contra „ rationem praeſumit & contra fidem. „ Quid enim magis contra rationem, „ quam ratione rationem conari tranſcendere? Et quid magis contra fidem quam „ credere nolle quidquid non poſſit ratione „ adtingere? Denique exponere volens illud „ Sapientis (Eccl. 19.) *qui credit cito, levis eſt* „ *corde*, cito credere eſt, inquit, adhibere fidem „ ante rationem; quum hoc Salomon non „ de fide in Deum, ſed de mutua inter nos „ credulitate loquatur. „ Haec S. Abbas Clarae-Vallenſis.

Ceterum vehementer mirari ſubit, errorem hunc immanisſimum haud reperiri Abaelardo revocatum in ſua confeſſione fidei, quae exſtat inter opera Abaelardi t. 1. poſt apologiam Amboeſii, nec inſuper cenſura ſingillatim notari a Doctoribus Pariſienſibus, qui ſingula Abaelardi opera, quae duobus

hiſce

VII. *Raymundus* quidam an. circ. 1372. praeter alia in ſanctam fidem hos in quodam libello literis mandavit articulos. 1.° „ Quod „ per-

hiſce comis continentur, ubi deprehandetuus atrorem, ſtigmate inuſſarunt. Exſtat itidam haac aanſura in eodem t. 1. anta apiſtolam t.

Porro axtra omnam dubitetionis aleam tenendum videtur, Abaelardum in aum olim incidiſſa errorem, literiſque mandaſſa. Quippe *Bernardus* in laudata ad Innocent. apiſtula ſub fin. diſertis varbis teſtatur, aos, quos ibi retulit errores ax ſcriptis Abaalardianis collagiſſe ac tranſmiſiſſa.

Nequa vero reponas, hos Barnardum fortaſſis exſaripſiſſa ax libro illo ſantentiarum, aut ea altero, praenotato *Scito te ipſum*, non ſemel Barnardo adlagatis, quos nihilominus Abaalardus ſibi falſo adpingi conqueſtus eſt.

Quod enim eos S. Abbas ex certis Abaelardi ſcriptis ad Innocentium deferendos aruerit, argumento firmiſſimo aſt idem Abaalardus, ubi nempe errores illos pene univarſos tamquam proprios recognovit, ac meliora ſapiens ravocavit.

Praetarea quod Patrus in eo, val ſimili contra fidem errore aliquando verſatus fuerit, haud una quidem conjectura ſuadari licat. Principio enim *Bernard.* in cit. epiſt. ad Innocent. c. 1. haac da ſanſis Abaelardi profart „ Theologus noſtar, quid, inquit, „ ad doctrinem loqui proficis, ſi quod do„ cera volumus, eapooi non poteſt ut intal„ ligatur? & ſic promittens intellectum „ auditoribus ſuis, in iis etiam quaa ſubli„ miora & ſacratiora profundo illo ſinu ſa„ craa fidei continentur, ponit in Trinita„ te gradus „ &c.

Deinde in epiſtola ad ipſum Innocent. miſſa a Patribus C. Senonenſis, qui Patrum condemnarunt, dicitur „ Petrus Abaelar„ dus chriſtienea fidei meritum avacuere „ nititur, dum totum quod Deus eſt huma„ na rationa arbitratur comprahendere. „

Tum idem Petrus introduct. ad Theolog. l. 1. c. 2. denegat fidei maritum, cui praemium reddetur in coelis, quippe diſſerans de fide, ſpe, caritate, de hac poſtrema inquit „ merito major dicitur tam „ dignitata parſeverantiaa, quam remane„ rationis debito; quum ipſa videlicat ſo„ la, ut arbitror, ramunetationa ſit di„ gna. „ Item in capitulis ſuaa Theologiaa chriſt. ap. *Marten.* in theſ. anecd. t. 5. a col. 1156. adſerere non dubitat Trinitatis myſtarium & chriſtianis, & judaeis, & gentilibus *ratione naturali* perſpectum eſſe.

Monemus denique ab *Ottone* Epiſc. Friſingenſi in hiſt. per. a. l. 1. a. 47. p. m. 434. ap. Tiſſier in bibl. ciſterc. t. 8. Petrum inter eos adnumerandum eſſa Megiſtros „ qui „ humanis rationibus, ſaculari ſapientia „ confiſi, nimium inhaerabant „ de quibus nempe Bernardus „ Abbas tam ea chri„ ſtianaa raligionis fervore zelotypus, „ quam ex habitudinali manſuetudine quo„ dam modo credula ... ſi quidquam ei „ chriſtianae fidei abſonum diceretur, fa„ cila aurem praebares. „ Heac Otto Barnardo aequalis, fato functus 1159.

Heec quidam Petrum noſtrum reum praefati erroris oſtendera vidantur. Nihilo tamen ſacius erit fortaſſe qui huic ſubilletioni minima adquieſcat; in hunc modum diſſarens.

Quae Bernardus adpingia Petro, hic ſoiſmet auditoribus poſtulantibus tribuit, quos nempe epiſt. 1. c. 9. p. 20. ita ſantientas inducit „ Addidit autem mihi ut ad ip„ ſum fidei noſtrae fundamentum humanaa „ rationis ſimilitudinibus diſſerandum pri„ mo ma adplicarem & quemdam Theolo„ giee tractatum da unitata & Trinitate di„ vine Scholaribus noſtris componaram, „ qui humanas & philoſophicas rationes ra„ quirebant, & plus quae intelligi quam „ quae dici poſſent efflagitabant, dicentas „ quidem varborum ſuperfluem aſſe prola„ tionam, quam intalligentia non ſequara„ tur, nec aradi poſſe aliquid niſi primitus „ intallactum, & ridiaulotum aſſe praadi„ aata, quod nec ipſa, nec illi quos doce„ ret intellectu capere poſſant. „

Id quod oratione haud longe diſpari perſaquitur introduct. ad Theol. in prologo, ubi queli ex poſtulato auditorum haac addit. „ Quo anim fides noſtra, id eſt chriſtiana, inquiunt, difficilioribus implicita quaeſtionibus videtur & ab humana ratione longius abſiſtare; validioribus utique munienda aſt rationum praeſidiis, maxime vero aontra impugnationes aorum, qui ſa philoſophos profitentur, quorum quanto ſubtilior videtur inquiſitio, tanto difficilior ad ſolvendum & ad perturbandam fidai noſtrae ſimplicitatem facilior invanitur. „ His valde ſimilia protulit in cit. Theol. chriſt. lib. 3. ſub init.

Ex

„ perverſum dogma impiiſſimi Almarici, Arii, Sabellii & aliorum „ haereticorum non eſt haereſis de ſe, niſi tantum apud illum, „ qui ipſum eligit animo pertinaci „ . . . 2.° „ Quod qui victi ſuppliciis Deum negant ore, ſed corde adorant, non ſolum non peccant, immo ſunt digni remuneratione „

Item 3.° „ Quod laicus non tenetur ad aliquem fidei articulum „ explicite credendum; ſed ſufficit ſibi iſta concluſio in genere, „ quod credat omne illud quod credit ſancta mater Eccleſia Dei: „ & ideo quod ſi laicus teneat vel credat oppoſitum alicujus articuli „ ex ignorantia & tentatione diaboli, non peccat. „ 4.° „ Quod „ omnis inobediens praeceptis Dei vel Eccleſiae eſt haereticus cenſendus. „ 5.° „ Quod omnis peccans mortaliter eſt propriiſſime „ haereticus. „ 6.° „ Quod quis ſine caritate non poteſt eſſe fidelis, & per conſequens peccans mortaliter & non habens caritatem eſt propriiſſime haereticus, quia peccat contra primum articulum fidei. „ 7.° „ Quod tantum placet Deo voluntate bene- „ pla-

Ex quibus concludi aperte videtur, & Petrum & Petri auditores non praemittere ſanctae fidei rationem nativam, ceu ejus fundamentum, immo potius fidem ratione communire ac perviam reddere adverſum cavillos & ſophiſmata adverſantium fidei. Quaſi dixeris, Abaelardum rationem cum fide amico foedere conſociaſſe, quo plane circa myſteria ſublimiore CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS ingenioſe demonſtraret, Juſtinum, Clementem Alex. Euſebium, Auguſtinum & alios imitatus.

Quod quidem & ipſe Abaelardus ſe facturum innuiſſe videtur in laudato prologo ad Introduct. Theol. haec loquutus. „ Ad hoc quippe fidelibus ſecularium artium ſcripta & libros gentilium legere permiſſum eſt, ut per eos loquutionum & eloquentiae generibus, atque argumentationum modis, aut naturis rerum praecognitis quidquid ad intelligentiam & decorem ſacrae Scripturae, ſive ad defendendam & adſtruendam veritatem ejus pertinet, adſequi valeamus. „

Jam vero num ex proxime adlatis, quibus conſentire videtur *Pluquetus* art. *Abaelardus*, ſolide vindicari poſſit noſter ab errore propoſito, ſibi adſicto e Bernardo & ex Haereſeologis, ab uno, quem animadverterim, *Caſtro* art. *Fides*. haer. 1. viderint perdocti atque eruditi Theologi.

Interim vero duo adnotaverim. Primum videlicet quod perdifficile cuiquam creditu ſit eum errorem animo diu foviſſe Abaelardum; quippe qui inter agendum de ſublimibus fidei myſteriis, ſaepe illa nuncupavit *altiſſima*, & *incomprehenſibilia*, ut puta in Theol. chr. ap cit. *Mart.* l. 1. §. *Cum itaque.* & l. 4. §. *Haec nos.* & alias: nec ſecus de illis plerumque agere fatetur, quam de arcanis, quae ſub ſenſum minime cadunt, immo omnium mentis aciem longe praetervolant. Quod quidem ſacros Petri commentarios evolventi luce meridiana clarius innoteſcit.

Alterum vero quod nefas ſit, aut propter hunc errorem dubium, aut propter alios certos, haereſeos inſimulare Abaelardum. Is quippe doctiſſimus praeclarae vir, praeterquam quod pleroſque errores ſibi perſpectos demiſſe revocavit, haec in prologo ad introduct. in Theol. prudens ſciens praemonuit.

„ Si qua forte per errorem proferam, „ nulla in iis per contentionem defendam, „ aut per elationem praeſumam; ut ſi nondum ignorantiae vitio careem, haereſis tamen crimen non incurram. Non „ enim ignorantia haereticum facit, ſed „ magis ſuperbiae obſtinatio „ ubi & idem argumentum pluribus ſcite perſequitur.

Et haec quidem ſatis de famoſa cauſſa Abaelardiana. Recole quae in eum diſſeruimus *ſupra* Tom. II. III. IV. V. ſparſim. Et ulterius eandem in rem conſuli poſſunt *Nat. Alex.* ad Sec. XII. diſſ. 7. *D'argentr.* io collect. jud. ad an. 1140. *Pluquet* mox cit. cum notis *Contieii*.

„ placiti . . . aliquem eſſe infidelem , quantum eſſe fidelem . . „ (*)

IX. *Herman. Riſvich*, tenebrio ille, delirantium & amentium po-

ADNOTATIONES.

(*) I. Haec diſcimus ab *Nicol. Eymerico* in direct. inquiſ. par. 2. q. 10. & 27. una cum notis *Franc. Pegnae* in eas quaeſtiones, qui ex citatis voluminibus regeſtorum anni I. & II. Gregorii P. XI., quae ad manus habere non licuit, pleraque refert cauſſam hujus Raymundi mihi ſatis obſcuram concernentia.

Ex iis vero, quae laudati Eymericus & Pegna ferunt, haec porro colligimus. Primum: Gregorius P. Avenione ſedens, certior factus per Eymericum in Aragonia fidei Quaeſitorem, de erroribus, quos Raymundus conſcripſerat in libello *de invocatione daemonum* praenotato, poſtquam eos ſevero doctorum hominum judicio ſubjecit, reſcripto juſſit ut Petrus tum Archiep. Tarraconenſis & Eymericus in Raymundum quoſdam tenentem errores haereticos inquirerent & animadverterent; & alio deinceps ut praefatos errores publice condemnarent, ac libellum eos praeferentem flammis traderent. Deinde quae reſcripto poſteriori Pontifex indixit exſequutioni mandata ſunt: unde intelligi datur, primum ac potiori quidem jure quae reſcriptum aliud injunxerat obſervata fuiſſe.

Tum inſanus hic Erro dicebatur *Raymundus de Tarrega*, quoniam, ut conjicio, ortum duxit aut originem ex Tarrega, quae oppidum haud ignobile eſt in Provincia Cataloniae dioeceſis Coelſonenſis, Cervariae Civitati vicinum. Illum patria Tarraconenſem dixit *Bernin.* ad Sec. XIV. in Gregor. XI. ubi de Raymundo Lullo, fortaſſe quod illius cauſſa Archiepiſcopo Tarraconenſi commiſſa ſit. At ſine teſte loquitur, quemadmodum & *Rainald.* ad an. 1372. n. 35. ſub fin. ubi adſerit, illum in carceribus fidei cenſorum, relictis pluribus libris haereſum labe contaminatiſſimis, poſtmodum combuſtis, exſtinctum eſſe.

Dictus itidem Eymerico eſt *Neophytus*. Anne cognomento? At Pegna eum vocari Neophytum interpretatur, quod denuo ex Hebraeo ad fidem Chriſti converſus ſit, mox ſacro ordini adſcriptus. Quo quidem nomine ex graeco Νεόφυτος, *novellus*, aut *novitius* a priſcis uſque temporibus *novellus & rudis fidelis* venit ap. *Iſidor.* etymol. l. 8. cui plerique poſteriores conſonant, qui conſuli poſſunt ap. ipſum *Pegna*, tum ap. *Macros* & *Cang.* art. *Neophytus*.

II. Raymundi librum de invocatione daemonum famoſiſſimo illi Raymundo Lullo Baleari perperam tribuerunt *Lutzembur. Prateol. Sander.* & *Bzov.* qui ad an. 1372. n. 14. eidem, neſcio qua fronte, adpingit eoſdem omnino errores, quos noſtro adſcripſerat, rei quidem ſcientiſſimus Eymericus. Niſi forte dixeris Scriptores iſtos ex ſimilitudine nominis, re indiligenter expenſa, hallucinatos fuiſſe. Lege *Spondan.* ad an. 1372. n. 13.

Natal. Alexander ad Sec. XIV. cap 3. art. 20. n 2. adſcribit Neophyto libros *de Secretis naturae* ac *de Alchimia*, quos alii Lullo adpinxerant. Optarem tamen documentum aut teſtem proferret; quoniam Eymericus, a quo uno & idem Natalis, & ceteri omnes quidquid differunt de Neophyto, excipere potuerunt, ex hujus damnatis opuſculis duntaxat illud exprimit *de invocatione daemonum*, reliqua vero generatim indicat, nec ullius titulum profert.

III. *Raynaudus* de confixione librorum partit. 1. erotem. 10. n. 256. ad t. 11. oper. noſtrum adpellat *Raymundum Lullum de Tarrega*, additque vocari ab aliis *Raymundum Lullum Neophytum*. At mihi tamen omnes temere, dummodo non exhibent documentum; quia enim nec apud Eymericum, nec apud ſedulum ejus interpretem Pegnam cognomen *Lulli* Raymundo noſtro adjicitur, quemadmodum & cognomen de *Tarrega* ſeu *Neophytus* Raymundo Lullo Baleari.

Exinde vero rurſum mihi notandi veniunt qui, teſte *Nicol. Antonio* in bibl. veteri hiſp. l. 9. c. 3. n. 80. p. 82. in quaeſtione percelebri de erroribus Lullo adfictis ab Eymerico, ut parcant hujus exiſtimationi, eum dixerunt non adcuſaſſe germana Lulli ſcripta, immo potius libros junioris Raymundi Neophyti, falſo ſuppoſitos veteri Raymundo Lullo. Fruſtra ſiquidem ac temere ii nobis imponunt & fucum faciunt, quum Eymericus unum ab altero ad evidentiam diſcriminet ubi de utriuslibet perſona, erroribus, aut cauſſa ſermonem inſtituit. Ut

potius, quam ſana mente errantium ſyllabo adnumerandus, hanc literis mandavit blaſphemiam „ Fides noſtra (chriſtiana) fabuloſa eſt, „ ut probat noſtra fatua Scriptura, & ficta biblia & Evangelium „ delirum „ (u)

X. *Waldenſes Pedemontani*, in ſcenam ſaepius emiſſi, in dogmatis habent, ſolam fidem ſeorſim a bonis operibus, immo ab alio quovis adjuncto, hominem impium juſtificare; atque adeo juſtificationem impii ſolius fidei theologicae peculiarem dotem eſſe (*) En tibi perinſignes ac venerandos Lutherani in hanc rem dogmatis praecurſores.

XI. *Lutherus* Haereſiarcha in fidem theologicam haec olim adſeruit. 1.° „ Siquidem fide juſtificamur, conſectaneum eſt & Sa„ cramenta non niſi per fidem in Chriſtum efficacia eſſe „ (x) Quaſi vero haec efficacia itidem non ſint per ſpem & caritatem, aliaſque virtutes... 2.° „ Ut nihil juſtificat niſi fides, ita nihil pec-

Ut plura mittamus, quae in hanc rem congeri poſſent ex iis, qui quaeſtionem agitarunt cum *Vincentio Mut* in hiſt. Regni Majoricae t. 2. l. 2. c. 11. ſqq. & aliis.

IV. Quod ſpectat adſignatos ſtultiſſimi nebulonis errores, verti poſſet in dubium an qui primo loco poſitus eſt excuſari valeat. Exinde ſcilicet, quod, uti *ſupra* praemonuimus in Tom. I. n. 193. p. 351., plerique noſtrae opinioni reſtagantes, *probabiliter conſtituunt haereſim per reſpectum ad ſubjecti pertinaciam*.

Ex hac vero ſententia probabili plane conſequitur, impiiſſimum Arii, ac reliquorum Haereſiarcharum dogma non eſſe *haereſim de ſe, niſi tantum apud illum, qui ipſum eligit animo pertinaci*; eſto illud nequiſſimi erroris nomine cenſendum ſit.

Haec quidem certo liquent. Nihilo ſecius graviſſime ſugillandus idem nebulo, quod ab hac ſua doctrina quam cito tanto diſtet intervallo in adnotatis ejuſdem poſitionibus ſub numeris 4.° 5.° 6.° quibus nempe, qualibet etiam praetermiſſa infidelitate ac pertinacia, *propriiſſime haereſes* ac *haereticos* ſibi comminiſcitur. Ecquis autem in homine impio ac dogmatum chriſtianorum proculdubio imperitiſſimo ſyſtema doctrinae ſibi tantillum conſtans & cohaerens jure quaeſierit?

(u) Ap. *Lutzemburg.* in Herman. Riſſvick.

ADNOTATIO.

(*) ADſerit rem quaſi ſectae ſuae gratulatus *Legerus* in hiſt. gener. eccleſ. vvaldenſ. l. 1. non ſemel, quaſi deductam & confirmatam multis & veteribus & recentioribus excerptis doctrinalibus ejuſdem ſectae Majorum. Sic ille l. 1. p. 84. 99. & alias.

Eſto quidem. Nihilo ſecius ibid c. 11. ad p. 58. in excerptis doctrinalibus de an. 1100. habetur quod „ ſecundum S. Jaco„ bum, fides ſine operibus mortua eſt „ idque ut certo credendum proponitur. Tum c. 13. in confeſſione fidei VValdenſium Pedemontii de an. 1535 art. 7. p. 99 haec legimus „ Heic addimus ut qui ſola Dei „ gratia & fide in Chriſtum juſtificati ſunt „ &c. „

Ex iis autem liquido infertur, quod fides ut vivica ſit, aut juſtificans, bonorum operum conſortium exigat in adultis: item quod non ſola fides in Chriſtum, ſed una cum gratia Dei habituali impium juſtificat: quae duo quidem orthodoxa dogmata ſunt, ſcholis Proteſtantibus minime recepta.

Itaque vel Legerus ſibi non conſtat, vel ſecta ſua; aut rurſum haec ſecta doctrinae capita turpi variatione mutavit, ac vetera reliquit, recentibus Heterodoxis placitura. Legerum vero ceu virum magnopere ignarum & temerarium notavit *Boſſuet* hiſt. variat. eccl. prot. l. 11. §. 4.

(x) Eſt articulus XIII. ex iis quos diſputationi ſubjecit an. 1519. in t. 1. oper. edit. Jenenſis 1612. p. 435.

„ eat niſi incredulitas. „ ... 3.° „ Juſtificatio propria eſt fidei quarto modo, ſicut & peccatuui incredulitatis. „ ... 4.° „ Fides niſi ſit ſine ullis etiam minimis operibus non juſtificat, immo non eſt fides. „ ... 5.° „ Si in fide fieri poſſet adulterium, peccarnm non eſſet. „ (y) ... 6.° „ Fides nunquam eſt praeteritarum rerum, ſed ſemper futurarum. „ (z)...7.° „ Fides *adprehenſiva Chriſti* eſt quae unice juſtificat, hoc eſt actus, quo judicamus Chriſtum pro peccatis noſtris obiiſſe mortem, & pro juſtitia noſtra reſurrexiſſe. „ (a)

Hoc de fide juſtificante ſyſtema procudit Lutherus ſtatim atque a fide orthodoxa defecit, pluribuſque ſubinde in commentariis poſterioribus ſparſim (*b*) innovare & communire adgreſſus eſt. Adſerit nimirum, quod in negotio juſtificationis fides quae adprehendit juſtitiam Chriſti eatenus ſe ſola juſtificat, quatenus eſt cauſſa unica juſtificationis, qua homini adplicatur ſeu imputatur juſtitia Chriſti. Et haec quidem pars altera & fere potiſſima Juſtificationis Luthero confictae, de qua pluribus egimns *ſupra*. (*c*)

Nec minore quidem ardore & conſtantia partem hanc, ac reliquum hujuſce ſyſtematis tuita eſt Schola Lutheranica; tum vetus cum *Confeſſioniſtis* (*d*) *Melanchthone* rurſum (*e*) *Magdeburg.* (*f*) *Authore* Apologiae Confeſſionis Auguſtanae (*g*) *Buzero* (*h*) *Jo. Bened. Carpzovio* (*i*) tum recentior & noviſſima cum *Budaeo* (*k*) & *Canzio* alias laudato (*l*) qui ſub an. 1749. ſcribebat, *Juſtificationem, quae ſola fide Chriſti ſanguine nixa continetur, praeclariſſimum religionis Proteſtantium palladium eſſe, toto corde profitemur omnes*. Hunc ergo pro omnibus rem teſtari ſufficiat.

Num vero apud ipſos fides ſit juſtificationis cauſſa formalis, aut potius unde inſtrumentalis, non una ubique apud omnes obtinuit opinio; quum ea de re problematice loquutus videatur Lutherus in commentar. ad cap. 2. ad Galatas; ubi nempe jam primum adſerit, inquiens, *eſt ergo formalis noſtra juſtitia, ipſa fides,* jam

(y) Haec in quaeſtione num opera faciant ad juſtificationem, a Luthero diſputata an. 1520. ibid. fol. verſo 435.

(z) Eſt articulus vel 11. ex iis, quos Lutherus ut certo tenendos miſit an. 1531. ad Epiſcopos & Diaconos eccleſiae VVitemberg. de vera religionum diſputanter, in eodem t. p. 437.

(a) Haec adſerit, & pluribus confirmare pergit Lutherus in Diſputatione 1. de fide ibidem pag. verſa 446. ſq.

(*b*) E. c. in epiſt. contumelioſa ad Fratres Minores conventus Juterbuccenſis, in tr. de captivit. babyl. &c.

(c) Tom. V. in Proluſ. ad Quaeſtiones de grat. juſtific. art. 1x. a p. 260.

(*d*) In Conſ. Aug. art. 4. 6. & 20.

(*e*) De locis edit. 1553. ubi de vocabulo gratiae, ac de bonis operibus, de juſtificatione, de vocabulo fidei, aliat.

(*f*) Centur. t. l. 1. c. 4. col. 112. ſqq. & l. 2. c. 4. col. 276. ſqq. cent 2. c. 4. col. 45. ſqq. cent. 3. c. 4. col. 51. ſq. & deinceps in reliquis centuriis ad cap. 4.

(*g*) Ad artic. 4. ejuſdem Confeſſ.

(*h*) In lib. concordiae in artic. de Juſtificat.

(*i*) In Iſagoge in libros eccleſ. lutheranar. ſymbolicos t. 1. in art. 4. confeſſ. Auguſt. ejuſque apologiae a p. 199.

(*k*) In Inſtit. Theol. dogm. l. 4. c. 4. §. 9.

(*l*) De uſu Philoſophiae Leibnitianae & VVolffianae in Theologia, cap. 11. §. 1197. p. 914.

jam ſecundum in haec verba, *nos dicimus Chriſtum informare & imbuere fidem, vel formam eſſe fidei. Ergo fide adprehenſus & inhabitans Chriſtus eſt juſtitia chriſtiana, propter quam nos Deus reputat juſtos, & donat vitam aeternam*. Haec ille. *Melanchthon* itidem, quod adpoſite obſervat *Bellarm.* (*m*) problematice pariter ſuper hac quaeſtione haeſiſſe videtur, ſi loca conferas Confeſſionis Auguſtanae, & Apologiae Confeſſionis, quarum is author fuit. (*n*)

Utut vero ſit de dubiis aut haeſitationibus horum Duum-virorum Lutheraniſmi, ceteri vulgo ejus ſectatores, tam veteres cum *Magdeburgenſ.* (*o*) quam recentiores cum *Carpzov.* (*p*) ac recentiſſimi cum *J. Fr. Buddeo* (*q*) cauſſam modo inſtrumentalem juſtificationis fidem volunt: abhorrentes utique ab errore illo immaniſſimo, quem pars altera quaeſtionis obvolvit, *Bellarmino* ſcite confutatum (*r*) De cetero autem pleroſque errores, quos Lutherus dux in adtributa fidei theologicae commentus eſt, & iidem communius propugnare videntur. (*s*)

XII. *Eraſmus* Roterodamus, alias productus, haec incuſatur perperam ſenſiſſe in fidem theologicam in comment. in Epiſt. Jacobi cap. 2. Videlicet 1.° „ Fides quae friget abſque caritate, nec „ ſe profert ubi res poſtulat, ne fides quidem eſt, tantum eſt ina- „ ne fidei nomen. 2.° fides & caritas natura conjunctiſſima ſunt, „ & alterum ab altero divelli non poteſt ... caritas fidei comes eſt „ individua. 3.° certum eſt utramque alteri individuam eſſe comi- „ tem. 4.° fides ſola purificat corda, redditque idonea quibus cre- „ dantur philoſophiae coeleſtis arcana. 5.° ſola credulitas via eſt „ ad immortalitatem. 6.° Quid exigit Chriſtus a ſuis niſi fidem? (*)

XIII. *Cal-*

(*m*) De juſtif. l. 2. c. 1.

(*n*) Videlicet Confeſſionis art. 4. & 20. & Apologiae art. 4. 5. 6. 20.

(*o*) In locis proxime adductis, ac inſuper centur. 1. l. 2. c. 4. col. 238.

(*p*) In cit. Iſag. in articulum 4. par. 1. Conſ. Aug. & apolog. membr. 1. n. 7. p. 199. ad tom. 1.

(*q*) Ubi proxime adlegatus eſt in nota (*k*)

(*r*) Proxime cit. c. 4.

(*s*) Vide ſis *confeſſionem* doctrinae Eccleſiae Saxonicae, *Melanchtone* authore, tum reliquas quae proſtant in laudato ſaepius corpore & ſyntagmate fidei, ubi agitur de juſtificatione & fide.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAs propoſitiones cenſuit, notiſque peculiaribus inuſſit Facultas Theologiae Sorbonae Pariſienſis, una cum aliis pluribus ejuſdem Eraſmi ſub an. 1527. ap. *Dargentr.* in collect. judic. t. 2. p. 53. ſqq.

Videlicet in tres priores haec fuit Sorbonae cenſura „ Hae tres propoſitiones ſunt haereticae & ſententiae Apoſtolorum Paulli & Jacobi contrariae. Paullus namque (1. Cor. 13.) fidem ſine caritate poſſe eſſe oſtendit quum inquit, *ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum*. Jacobus etiam in eo capite, in quo dicit fidem ſine operibus mortuam eſſe, adpellat fidem ſimpliciter illam, quae eſt ſine operibus dicens: *quid proderit fratres, ſi quis dicat ſe fidem habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides ſalvare eum?* Unde patet quod fides abſque caritate aut bonis operibus fides adpellanda eſt. „

Haec inſuper in tres reliquas cenſuit „ Tametſi requiritur fides ad adſequendam bea-

Digitized by Google

XIII. *Jo. Calvinus* haec in ſidem theologicam pronunciata conſcripſit. 1.° „ In cunctis ſemper mixta eſt fidei incredulitas „ (*s*)

At

(*s*) Inſtit. l. 3. c. 2. ſect. 4. ſub fin.

„ beatam Immortalitatem & ad cordium
„ purificationem, ut docent ſacrae literae;
„ non tamen eam ſolam ad hoc requiri ad-
„ ſtruunt, ſed potius oppoſitum. Unde ait
„ Jacobus, *videtis quoniam ex operibus ju-*
„ *ſtificatur homo, & non ex fide tantum,*
„ *&* Paulus, *non enim auditores legis ju-*
„ *ſti ſunt apud Deum, ſed factores legis ju-*
„ *ſtificabuntur.*

„ Quare propoſitiones cum hujuſmodi
„ excluſione poſitae Scripturis non conſo-
„ nant, quae ubique bona opera praedicant,
„ & offendiculum eaedem propoſitiones
„ aptae ſunt praeſtare puſillis: quaſi videli-
„ cet non ſint fidelibus neceſſaria bona ope-
„ ra, ſed ſola fides ſufficiat ad ſalutem. „

Haec diſcimus ex D' Argentraeo, qui tamen non recitat fideliter commentarios Eraſmianos, e quibus unaquaeque propoſitionum decerpta eſt. Siquidem in antiquiſſima cenſuratum editione, quam *Eraſmus* proxime adducendus ad manus habuit, & ſequutus eſt, adnotantur hoc ordine proſtantes propoſitiones apud commentarios Eraſmi.

Nimirum 1. & 2. in paraphraſi in epiſt. Jacobi c. 2, 3. in Elencho, 4. in paraphraſi in Joan. c. 4. (3. per errorem, quem recte corrigit ibidem Eraſmus, tantiſper in Sorbonicos ſtomachatus) 5. in Joan. c. 8, 6. in paraphraſi in Luc. c. 24. Hac quidem videtur etiam in minimis adcuratione utendum, quum agitur de hujuſmodi judiciis.

Jam vero Eraſmus in declarationibus ad cenſuras Lutetiae ad tit. 7. col. 844. ſqq. edit. noviſſimae Lugduno-bat. 1706. t. 9. eas propoſitiones ab ictu ejuſmodi cenſurarum pluribus protegere ſatagit.

In primis vero quantum ad tres priores, loquutiones illas excuſat; earum duritiem exemplis ab Scriptura & Patribus petitis emollire pergit; concluditque ad extremum „ Haec tamen ita diſſeruerim, ut
„ paratus ſim meliori ſententiae cedere:
„ immo non pronuncio quid ſentiam, ſed
„ diſcendi ſtudio inquiro. „

Deinde quantum ad reliquas, haec in capite vindiciarum proteſtatur. „ In Paraphraſibus meis vix aliud tracto ſaepius aut diligentius, quam non ſufficere profeſſionem fidei, niſi adcedat vita profeſſione digna. Quod ſatis liquet ex paraphraſi in caput Jacobi ſecundum. Idem facio frequenter & in ceteris lucubrationibus meis, ut haec ſuſpicio in me nullo pacto poſſit haerere, quaſi ſentiam non eſſe neceſſaria poſt baptiſmum in adultis bona opera. Hac vero propoſitiones ſic truncatim recitatae fortaſſe pariant offendiculum infirmis: at ſi legantur in contextu paraphraſis, non video quem poſſint offendere. „

Recitat deinde pleroſque ſuae paraphraſeos textus, perpluribus miſſis, quibus poſtremum hoc adſertum porro evincere dixeris. Eas praeterea voces *ſola fides &* *ſola credulitas*, ita adcipiendas eſſe monet, ut τo *ſola* non excludat omnino cetera, immo potius denotet, fidem in negotio ſalutis permagni eſſe pretii, utpote ejus fundamentum. Quod quidem pluribus confirmat vocibus conſimilibus, quas perhibent ſacri codices, Patres, atque authores profani, quibus nempe *ſolus*, *ſola*, *ſolum* vox penitus excluſiva non eſt.

In Cenſores denique conqueritur in hunc modum „ Quod igitur in his offendiculi periculum, aut quae cum Scripturis diſſonantia? Si quid eſt incommodi, detruncatoribus imputetur: qui ſi non legerunt, nec paraphraſes meas, nec quae toties pro hoc loco reſpondi, ubi gravitas theologica? Si legerunt ac diſſimulant, ubi chriſtiana ſinceritas „? &c.

Jam quid ex iis aut pro Eraſmo aut contra Eraſmum circa fidem orthodoxam colligere liceat, ſatis ſuperque, me tacente, intelliget prudens Lector. Haec interim innuimus. Primum nempe quod author proteſtatur, & chriſtiane contendit ſe catholice ſentire, quidquid heic ſuum ſenſum omni procul ambiguitate non aperuerit: quod plane demonſtrat ingenuus ſeſe explicandi modus.

Alterum vero, quod clauſulae ex quovis commentario truncatim decerptae, reliquo praetermiſſo contextu, raro poſſint verum ac genuinum authoris ſenſum commonſtrare.

II. Eaſdem Eraſmi theſes primum obelo notaverat & perſtrinxerat *Natalis Beda* Theologus Sorbonicus, collegii Montis acuti primarius, in adnotat. in Eraſmum,

una

At contrs, ſibi non conſtans, videtur alias ſentire (*u*) 2.° „ Nos „ certe dum fidem docemus eſſe debere certam & ſecuram, non „ cer-

(*u*) Ibidem ſect. 21. & 27.

una cum adnot. in Jac. Fabrum, editis v. Kal. Junias 1526. praemonito Eraſmo ut errores revocaret, nec monitorem audiente, uti conqueritur Beda in praefatione omnino conſulendus.

Sed & mox adſignatis nonnullas theſes ex illo recitatas Beda adjicit ceu erroneas. Videlicet ad fol. 201. prop. 73. „ „ Deus non judicat ex operibus, ſed ex „ fide: non ex cibo aut potu, non ex „ veſte aut otio, ſed ex animi pietate „ quaſi negaret Eraſmus bonis operibus non reſpondere praemium.

Tum fol. 229. litera *T* & *Y* „ Deus „ noſtram ſalutem fidei potiſſimum vult „ adcepiam ferri „ Item „ Nihil mora- „ tur Deus noſtra merita, tantum fidu- „ ciam erga ſe requirit „ Demum „ Fi- „ des ſine operibus non magis dicenda fi- „ des, quam cadaver hominis meretur ho- „ minis vocabulum „ quae quidem purae putae ſententiae Lutheri ſunt & in Luthero reprobatae.

Iis vero ſingulis, quemadmodum & ceteris quibuſque a Beda notatis, ſemel iterumque facere ſatis adgreſſus eſt Eraſmus, nempe in divinationibus ad notata per Bedam, in elencho in Bedae cenſuras erroneas, in ſubputatione errorum in cenſuris Bedae ap. cit. tom. 9. a col. 442. & 495. & 515. Sic autem is objectis perpetuo reſpondet, ut contendat ſub vocibus ſuis non niſi orthodoxum ſenſum latere, eiſdemque haud incongrue exprimi.

Hoc autem an confecerit Eraſmus, ii quibus otium eſt, viderint. Interim nobis ratum eſto, eum ſaltem haeretici notam in fidem theologicam prorſus effugere, qui doctrinam ſuam cum ea, quae reapſe catholica eſt, ad unguem convenire pro virili pugnat. Aliter quippe Lutherus, aliter Calvinus, aliter quicumque vero haereticorum nomine cenſentur, errores ſuos (videlicet ceu catholicos) tuiti ſunt.

III. Ex iis quodammodo lux adfulget ad definiendam celebrem illam diuque agitatam quaeſtionem de religione, ſive orthodoxia Eraſmi. Vir ille quidem ingenio, memoria, eruditione, eloquentia praeſtantiſſimus, Roterodami apud Batavos ex concubitu furtivo genitus 1467. deſerto monachatu, quem adoleſcens profeſſus eſt apud Canonicos Regulares S. Auguſtini, poſt fata varia, ſcriptiſque permultis editis Baſileae denatus ferme ſeptuagenarius 11. Jul. 1536., in ſuſpicionem falſae, aut etiam nullius religionis pluribus vocatur.

Plane illud olim in vulgus prodiit ἢ ἐρασμος λυθηρίζει, ἢ λύθηρος ἐρασμίζει, *vel Eraſmus lutherizat, vel Lutherus eraſmizat*; illa itidem „ Eraſmus innuit, Lu- „ therus irruit: Eraſmus parit ova, Lu- „ therus excludit pullos: Eraſmus dubi- „ tat, Lutherus adſeverat. „ (Lege *Caniſ.* de corrupt. Verbi Dei l. 5. c. 10. ac *Poſſev.* in adp. in Deſiderio Eraſmo.)

Quibus nempe, ut vulgatiſſima erat opinio, ex commentariis Lutheri & Eraſmi collatis invicem ſuborta, dabatur intelligi utriuſque doctrinam in eundem ſcopum impie collimare, ſed quam tamen Lutherus palam impudens proderet, Eraſmus ſubdole ac ſub involucris obſcure innueret.

Et certum quidem eſt ex commentariis Eraſmianis innumeros propemodum & contra fidem, & contra mores, & contra diſciplinam eccleſiaſticam errores excerptos fuiſſe, graviſſimiſque cenſuris notatos ab Doctoribus orthodoxis.

Ut puta a *Beda* cit. ab *Univerſitate Pariſienſi* ap. cit. *D'argentr.* t. 1. a p. 47. ad 77. ab *authoribus* Indicis expurgatorii C. Tridentini, ab Alexandro P. VII ab Tribunalibus Inquiſitionum Romanae ac Hiſpanae, quorum nempe juſſu mirum quantum deleta ſunt & expurgata Eraſmi opera, ut ſine offendiculo religionis ac pietatis percurri poſſent. (Hos indices expurgatorios valde prolixos habes inter opera Eraſmi noviſſimae edit. 1705. t. 10. a col. 1781. ad 1844.)

Eos adde, qui in ſingulares aliquot errores ſcriptis Eraſmianis imputatos apologias peculiares ediderunt. E. c *Joan. Atenſis* Academiae Lovanienſis Vice cancellarius, *Eduardus Leus* Hiſpanus, *Lopezius Stunica* Theologus Complutenſis, *Ludov. Carvaialis* & *Jo. Gacchus* Minoritae, *Nicol. Egmondanus* Carmelitanus, *Franc.* *Titel-*

„ certitudinem aliam imaginamur , quae nulla tangatur dubitatio-
„ ne , nec ſecuritatem , quae nulla ſolicitudine impetatur : quin po-
„ tius ſanioris ſenſus ſui , dogmatis catholicis adprime conſentanei .

Titelmanus Belga Capuccinus , *Sanctius Caranza* , *Petr. Sutor* Carthuſienſis , *Monachi* quidam Hiſpani , *Albertu. Pius* Carporum Princeps , *Anonymi* complurimi : ut innumeros propemodum taceam , qui in ſcriptis ſuis pro re nata Eraſmum ceu Erronem manifeſtum proſcindunt cum *Bellarm.* in controverſiis polem. & *Salmeron.* in comment. in N.T. ſparſim , *Poſſev.* in adpar. in Deſiderio Eraſmo , *Deturra* de haeret. & *Sianda* in lexico pol. in eodem Deſiderio , *Raynal.* denique ab an. 1516. ad 1536. ſparſim , cui porro Eraſmus indubie Arianus fuit , Macedonianus , Atheus , Lutheri praeambulo , cum Porphyrio daemoniaco , & Juliano Apoſtata comparandus .

Ceterum haud omnes in Eraſmum peraeque ſupercilioſi & inclementes . Porro is frequentatus eſt literis ſummorum Pontificum , Cardinalium , Epiſcoporum , Theologorum , Principum , aliorumque omnis generis catholicorum , nec parvis quidem cum laudum praeconiis : quod videre eſt in praegrandi volumine epiſtolarum ejus , ac in judiciis honorificis Principum & doctorum virorum de Eraſmo t. 1. p. (9) .

Quin & Paullus P. III. ſtatuerat jam Eraſmum in Cardinalium ordinem adlegere , eodem Eraſmo teſte in epiſtolar. l. 27. epiſt. 28. nec diſſentit quidem *Petr. Baelius* in dict. in Eraſmo : utut *Spondan.* mentem Paulli interpretetur ad an. 1536. n. 17. Ita ne vero ii ſe geſſiſſent cum homine vel moribus , vel doctrina ethnico , Ariano , Macedoniano , Atheo ?

Nec liquet inſuper eum ullo unquam ob doctrinam excommunicationis anathemate perculſum eſſe ; immo potius ut verum catholicum poſtremum diem obiiſſe Baſileae , & in *ejus* Baſilica principe ſollemni catholici ritus pompa ſepulturae mandatum eſſe . (Conf. *J. Alb. Fabricius* in exercit. crit. de religione Eraſmi cap. 4. § 1. Exſtat in ſylloge ejuſdem opuſcul. edit. Hamburg. 1738. a p. 357.)

Quod ſi noſtri vindicias erroribus atque haereſibus objectis ab adverſariis catholicis exhibitas ſerio percurreris , nihil in iis aliud plane adverteris , quam excuſationes ab erroribus , interpretationeſque

Sic ille quidem in citt. reſponſis ad cenſuras Bedae , atque Facultatis Sorbonae : ſic in apologia ad Jacob. Stunicam , ad Leum , ad Albertum Pium , ad Petr. Sutorem , ad monachos hiſpanos anonymos , ad ceteros demum id genus adverſarios . Proſtant ejuſmodi apologiae , quas contulere poſſis , ap. tom. 9. edit. 1706.

Novi equidem , *Martinum Lydium* in apologia pro Eraſmo ad t. 10. oper. a col. 1761. ut Heroem ſuum ad caſtra ejus Lutheranica traducat , complures ei ſectae ſuae errores adpingere : e. c. in fidem & opera ; in Purgatorium ignem : in cultum Sanctorum , eorumque feſta & imagines ; in confeſſionem auricularem ; in virginitatem & coelibatum ; in ſtatum monaſticum ; in Primatum Petri ; in ceremonias eccleſiaſticas ; in jejunium , delectumque ciborum ; ac nonnullos alios plane Lutheranicos ; eoſque ſingulos ceu excerptos ex commentariis Eraſmianis obtrudere lectori .

Et vero Eraſmum ab iiſdem nominatim abhorrere ipſe multo pridem teſtatus eſt in Apologia adverſus Monachos quoſdam hiſpanos tom. 9. oper a col. 1015. & in reſponſione ad Albertum Pium a col. 1123. ubi ab iis omnibus , quos illi eidem objecerant , ſcripta ſua particulatim vindicat , proteſtatus paſſim animum & ſenſum ſuum dogmatis atque inſtitutis Eccleſiae Romano-catholicae conſtanter inhaerere .

Quin immo & Luthero , Lutherique ſectae , & Sacramentariis bellum Eraſmus perpetuum indixit , nec ſemel illud proteſtatus eſt , authore *Morerio* in Eraſmo , *nunquam ero magiſter erroris , neque dux tumultus* ; nec item raro , ſi qua fides *Natali Alex.* ad Sec. XVI. c. 5. ar. 1. , Eccleſiae judicio ſe , libroſque ſuos ſubjecit .

Adde vindicias in eiſdem apologiis & alias ab Eraſmo editas adverſus graviſſimos ſibi adfictos errores in S. Triadem , ac deſpectum indecorum in Virginem Matrem Deiparam . Quocirca calumnioſe recenſeri videtur inter Atheos , Arianos , Macedonianos , & hoſtes inverecundos in Matrem Virginem . Lege rurſum pro Eraſ-

Digitized by Google

„ tius dicimus perpetuum eſſe fidelibus certamen cum ſua ipſorum „ diffidentia. (x) Hirco-cervum ſibi fingit, fide ac infidelitate „ conſtans; ſecuritate ſimul, quam fidei notio importat, ac incer- „ titudine. 3.° „ Docent certe haec exempla (quae adduxerat de „ fide Sarae, Rebeccae, Iſaac) errores ſaepe fidei eſſe permixtos: „ ſic tamen ut primatum ſemper teneat illa, ubi vera eſt. „ (y) „ Nec minus quidem portentoſum id monſtrum, quod fide conſtet „ cum erroribus permixta. 4.° „ Commentum hoc (quod Scholaſtici docent de fide implicita) veram fidem non modo ſepelit, „ ſed penitus deſtruit. Hoccine credere eſt, nihil intelligere, mo- „ do ſenſum tuum obedienter Eccleſiae ſubmittas? „ (z) At ipſam tamen fidem implicitam idem alias lubenter amplectitur. 5.° „ Ju- „ ſta fidei definitio nobis conſtabit, ſi dicamus eſſe divinae erga „ nos benevolentiae firmam, certamque cognitionem, quae gratui- „ tae in Chriſto promiſſionis veritate fundata, per Spiritum ſan- „ ctum & revelatur mentibus noſtris, & cordibus obſignatur „ (a) Quaſi dicat, integram fidei notionem in eo ſitam eſſe, ut certo credam me ſalvum futurum. Id quod ſaepius ad nauſeam ingeminat. 6.° „ Sine ſpe fides non eſt. „ (b) Immo fidem dico fir- „ mam eſſe & efficacem fiduciam „ (c) 7.° „ In fidem non illumi- „ nantur, nec Evangelii efficaciam vere ſentiunt; niſi qui prae- „ ordinati ſunt ad ſalutem „ (d) Quaſi dixerit, non niſi electis & praedeſtinatis fides infunditur.

Tum 8.° „ Hoc interim tenendum eſt, quantumvis exigua ſit „ ac

raſmo Matri Virgini addicto *Canis.* cit. l. 5. c. 10. § *Sunt.*

Praeterea *Raynaldus*, & idem olim adeo rigidus Eraſmi cenſor, haec tandem ad an. 1536. n. 47. de illo fert „ poſtre- „ mis vitae annis haereſim, cui antea „ nimium faverat, damnavit, ſcriptiſ- „ que oppugnavit, adeo ut qui antea im- „ piis libellis vitam monaſticam exagita- „ rat, Carthuſianum quemdam defectio- „ nem a pio inſtituto meditantem, his „ monitis in priore vitae monaſticae con- „ ſilio confirmare niſus ſit, ſeque ad vi- „ tae monaſticae felicitatem anhelaſſe te- „ ſtatus fuerit „ &c.

Epiſtolam ſubinde refert ex *Surio*, qui in comment. rerum in orbe geſtar. ad an. 1536. p. m. 223 edit. colon. 1574. fidem facit quod ea epiſtola ejus manu ſcripta ad quemdam Carthuſianum *fuit apud nos*. Hanc porro reperire non licuit in volumine ſpiſſo epiſtolarum Eraſmi. At quis Surio haec teſtanti fidem non adhibeat? Mirum ne eſſet eam ab editore anglicano epiſtolarum Londini ſub an. 1642. & ab recentiore alio Lugduno-Batav. 1706. ſuppreſſam eſſe?

„ Sleidanus quidem (verba ſunt laudati *Surii*) libenter adferre ſolet in ſuis „ commentariis, ſi quid habeat Eraſmus „ quod poſſit facere contra catholicos, „ cetera vel ſilet, vel floccipendet. „ Nec aliud ipſe dixerim in rem noſtram de Editoribus epiſtolarum, proculdubio Proteſtantibus.

Jam ex hucuſque pro cauſſa Eraſmiana indicatis liquido conficitur, Eraſmum, virum alias moribus integerrimum, Erroribus quidem multis nominibus adcenſendum eſſe; at catholicis tamen, minime vero haereticis; quidquid ſupra ſcripſerimus ad Tom. I. p. 81. art x.

(x) Ibidem ſect. 17.
(y) Ibidem ſect. 31.
(z) Ibid. ſect. 2. ſqq.
(a) Ibid. ſect. 7. ſub fin.

(b) L. 3. c. 3. ſect. 5.
(c) Harmon. in ep. ad Rom. 10. 10.
(d) L. 3. c. 2. ſect. 11. ſub init.

„ ac debilis in electis fides, quia tamen Spiritus Dei certa illis ar„ rha eſt ac ſigillum ſuae adoptionis, nunquam ex eorum cordibus „ deleri poſſe ejus ſculpturam. „ (e) Videlicet electi a fide nequeunt unquam excidere. 9.° „ Homo ſola fide juſtificatur .... Fa„ temur quidem cum Paullo non aliam fidem juſtificare, quam il„ lam caritate efficacem: ſed ab illa caritatis efficacia juſtificandi „ vim non ſumit. Immo non alia ratione juſtificat niſi quia in „ communicationem juſtitiae Chriſti nos inducit. „ (f) Haereſiarchae nihil hoc paradoxo familiarius. 10.° „ Retutanda eſt quae in „ ſcholis volitat nugatoria fidei formatae & informis diſtinctio. I„ maginantur enim eos credere quidquid cognitu neceſſarium eſt ad „ ſalutem, qui nullo timore Dei, nullo pietatis ſenſu tangun„ tur „ (g) Falſo utique exſiſtimans, veram fidem a caritate & bonis operibus divelli non poſſe.

Item 11.° „ Fideles poſſunt ac debent abſque ulla dubitatione „ credere ſe eſſe juſtos, atque adeo in gratia ad mortem uſque per„ ſeveraturos; immo & ſe certiſſime ſalvandos eſſe „ (h) En tibi apicem & quintam, ut ſic loquar, eſſentiam Calviniſmi, ut nempe populo credulo perſuadeatur, ſe plane ſecurum eſſe de ſua ſalute, quamvis nec Deum eſſe credat, nec ſcripturam veracem exſiſtere (i) 12.° „ Quod tradunt Scholaſtici caritatem fide ac ſpe priorem eſſe, „ merum eſt deliramentum: quandoquidem ſola eſt fides, quae in „ nobis caritatem primum generat. „ (k) Noſtri tamen Theologi caritati fidem & ſpem neceſſario praemittendas cenſent. 13.° „ Fides „ praecipuum eſt ejus (Spiritus ſancti) opus (l) Atque adeo „ cer„ tum eſt in Lege & Prophetis primum locum tenere fidem, & „ quidquid ad legitimum Dei cultum pertinet, inferiore loco ſubſi„ dere dilectionem. „ (m) Fides Calvino caritate nobilior: verum ſi potior quam Calvino fides *Apoſtolo* 1. Cor. 13. 53. *fides, ſpes, caritas, major autem horum eſt caritas*.

Haec ſumma ſyſtematis de fide theologica, quod Haereſiarcha concinnavit in famoſis Inſtitutionibus religionis chriſtianae, primum editis, reor, an. 1536. (n) ac deinceps quantum ad potiſſima ejus capita acriter, impudenterque vindicare auſus eſt in actis Synodi Tridentinae cum antidoto, excuſſis an. 1547. (o) a centuris, quibus ſancta haec Synodus (p) ea ceu erronea, tacito authore, jure quam optimo proſcripſit, atque anathematis profligavit. Hinc vero tot iti-

(e) Ibid. ſect. 12. & in harmon. in Matth. 13. 20.

(f) L. 3. c. 11. ſect. 13. ſqq. 19. 20. & alias.

(g) Ibid. c. 2 ſect 8.

(h) Ibid. ſect. 4. & 38. ſqq. & l. 4. c. 17. ſect. 2.

(i) Conf. *Gualter* in tab. chron. Sec. xvi, ubi de errorib. Calvini, errore 6.

(k) L. 3. c. 2. ſect. 41.

(l) L. 3. c. 1. ſect 4. ſub init.

(m) L. 2. c. 8. ſect 53.

(n) Denotari videtur in epiſtola nuncupatoria inſtitutionum ad Franciſcum I. Galliae Regem, Baſileae ſubſcripta a Calvino Calendis Auguſti 1536.

(o) Ad ſeſſ. 6.

(p) Seſſ. 6, in capitibus & canonibus.

itidem Calvino adverſus univerſam Chriſti Eccleſiam pertinaciter reluctanti adſcribendi errores, quotquot ii ſunt articuli dogmatici fidem theologicam ſpectantes a Patribus Tridentinis tota ſeſſione 6. expoſiti ac definiti. Eos quippe omnes, qui ſuis erroribus non conſonant, foediſſime convellit proſcinditque arrogantiſſime Tridentino-maſtix in antidoto virulentiſſimo. (q)

Porro illud Parentis ſyſtema, cum Lutherico penes fidem ſaltem juſtificantem & ſalvificam plane conſonum, vulgo amplexi ſunt, ardenterque tuiti ſcholae calvinianae Doctores tum veteres cum *Theod. Beza* (r) tum recentiores cum *Petro Molinaeo* (s) *Samuele Mareſio* (t) *Wendelino* (u) *Guil. Ameſio* (x) *Zanchio* (y) *Andr. Riveto* (z) *Chriſtoph. Wittichio* (a) *Joſua Placeo* (b) *Paraeo* (c) *Henric. Altingio* (d) *Trelcatio* (e) *Perkinſio* (f) *Roberto Baronio* Scoto (g) *Franc. Gomaro* (h) *Sibrando Lubberto* (i) quibus adde complures ejuſdem ſcholae *Confeſſiones*, e. g. Helveticam, Polonicam, Gallicam, Belgicam, Anglicanam, Bohemicam, Scoticanam (k) recentiſſimi denique cum *Franc. Turretino* (l) & *Benedicto Picteto* (m) (*)

(q) Iſtud, ſi liceat, conferas ad ſeſſ. 6. ubi de fide.

(r) In brevi explicat. totius chriſtianiſmi c. 8. p. m. 19. edit Genev. 1570. ac de haeretic. a Magiſtratu puniendis, ad primum argum. p. 102. & alias ſaepe.

(s) In theſib. de juſtificat. & fide juſtificante par. 2. thes. 12.

(t) In ſyſtemate, loco 11.

(u) In Theol. chriſt. l. 2. c. 24.

(x) In medulla theolog. l. 1. & 2. & In Bellarmino enerv. ubi de juſtificat.

(y) Tom. 4. Theol l. 1. c. 12.

(z) Diſp. de fide juſtificante.

(a) In Theol. pacifica c. 11.

(b) In theſib. de juſtif.

(c) In Bellarmini librum 1. de juſtif. c. 8.

(d) De loc. commun. par. 1.

(e) In inſtitutione locor. commun.

(f) In armilla aurea c. 16. alias.

(g) In philoſophia Theologiae ancillante, exſercit. 3.

(h) Diſput. 25 & 26. de juſtificat. hominis coram Deo & diſp. 26. de mater. & forma juſtificat & diſp. 27. contra erroras Pontificiorum de juſtificatione. Exſtant in tom. 2. ejus oper.

(i) Ap. *Gaulter.* ad Sec. XVII. in collat. error. c. 7. ex *Conrado VVorſtio*.

(k) Ubi agitur de juſtificatione ac de fide apud citatum totles *corpus & Syntagma confeſſionum fidei*.

(l) Inſtitut. theol. elencticae par. 2. loco 16. quaeſt. 7. 8. 10.

(m) In Theol. chriſtiana l. 10. & alias.

ADNOTATIO.

(*) PRofecto Scriptores Calviniani doctrinae de fide ſalvifica & juſtificante ab ſuo Calvino propoſitae, quae Theologiae Proteſtanticae ferme caput praecipuum eſt, diſcutiendae ac illuſtrandae perplurimum operae impenderunt. Varias iidem inſtituunt quaeſtiones circa ejus fidei notionem, indolem, dotes, quas perſpicue ac ſincere more ſuo congerit *Ludov. Leblanc*, Sedanenſis Academiae Profeſſor, in theſib. theolog ac ubi de fide juſtif. a p. m. 191. & cum doctrina ſcholae Romanae deinceps adcurate, ſapienterque comparat p. 222. ſqq.

Et hac quidem comparatione inſtituta, ſcite adnotat doctus Leblanc in pleriſque de hac fide quaeſtionibus multum eſſe logomachiae & verbalis contentionis; quoniam eiidem ſaepe vocibus diverſos tribuitur a contendentibus viciſſim ſenſus. Quibus porro videtur, Calvinicolas ſaptentes ducis ſui effata erroris a ſuis interpretationibus haud parum emolliiſſe ac reformaſſe.

Adtectant nihilominus iidem ut plurimum vulgatiſſima ſectae in hoc genere dogmata fovere animo, calamoque propugna-

XIII. *Fauſtus Socinus* exſiſtimavit in lege veteri fidem juſtificantem, ſeu neceſſariam ad juſtificationem referri duntaxat ad Deum, mini-

pugnare. Adeo ut & ipſe Leblanc acerrimas, juxta ac modeſtiſſimas eo loci vindicias inſtituat adverſus ſcriptorem, qui eum ceu deſertorem dogmaticae opinionis ſcholae ſuae inſimulaverat.

Enim vero plura in hoc negotio Scholae ſuae dogmata cum laude deſeruit *Leblanchius*, quemadmodum & alia *Jacobus* ille *Arminius*, Veter aquinas Batavus, natus 1560. in academiis Leydae ac Genevae Profeſſor Theologiae, & fato functus 1609.

Hic enim *Arminianorum*, alias *Remonſtrantium*, Author, Franciſci Gomari, hujuſque adſeclarum *Gomariſtarum*, alias *Antiremonſtrantium*, antagoniſta perpetuus, inter alios articulos, quos deſcriptos habes in ejus commentariis Lugduni Batavorum editis 1629. hos adſcruit, quos ſubjungimus.

,, I Fides juſtificans non eſt, qua ,, quis credit ſibi propter Chriſtum remiſ- ,, ſa eſſe peccata: illa enim fides ſequitur ,, ipſam juſtificationem, ſeu remiſſionem ,, peccatorum, quae eſt effectus fidei ju- ,, ſtificantis. II. Fides juſtificans non eſt ,, qua quis credit ſe electum eſſe.

,, III. Omnes homines non tenen- ,, tur credere ſe electos eſſe ,, Haec ad p. 950. ubi de fide. IV. ,, Sententia quae ,, negat vere fideles & regenitos vel exci- ,, dere poſſe, vel re ipſa excidere a fide ,, totaliter & finaliter, nunquam fuit ab ,, Eccleſia, ab ipſis Apoſtolorum tempo- ,, ribus ad haec noſtra ſecula pro catholica ,, habita; neque quae contrarium adfir- ,, mat pro haeretica aeſtimata; immo ,, vero adfirmans ſemper plures in Chriſto ,, adſtipulatores habuit quam negans. ,, Ubi de perſeverantia Sanctorum p. 962.

V. ,, An quis fidelis certus eſſe poſſit ,, ſe a ſide non defecturum citra ſpecialem ,, revelationem? An fideles eredere tene- ,, antur ſe a fide non defecturos? Adfir- ,, matio utriuſque quaeſtionis nunquam ,, pro catholico dogmate habita fuit in ec- ,, cleſia Chriſti: nunquam etiam negatio ,, utriuſque iſtius quaeſtionis haereſis ju- ,, dicata eſt ab Eccleſia catholica ,,

VI. ,, Perſuaſio, qua quis fidelis ſibi ,, certo perſuadet ſe a fide deficere non poſ- ,, ſe, ſaltem ſe non defecturam a fide, ,, non tam ſolatio ſervit adverſus deſpe- ,, rationem ſeu dubitationem fidei & ſpei ,, adverſam, quam ſecuritatis ingeneran- ,, dae, quae ſaluberrimo timori, quo ,, ſalutem noſtram operari jubemur, & ,, qui in hoc tentationum loco magnopere ,, eſt neceſſarius, directe adverſatur. ,,

VII. ,, Qui exſiſtimat ſe fide deficere ,, poſſe, ideoque metuit ne deficiat, ne- ,, que deſtituitur ſolatio neceſſario, neque ,, propterea animi anxietate torquetur. ,, Sufficit enim ſolatio praeſtando & anxie- ,, tati excludendae ſcire ſe nulla vi Sata- ,, nae, peccati & mundi, nullaque car- ,, nis propriae adſectione aut imbecillita- ,, te a fide defecturum, niſi ipſe ultro vo- ,, lens tentationi cedat & ſalutem ex con- ,, ſcientia operari negligat ,, Ad eandem p. 961. ubi de certitudine ſalutis.

Haec quidem iis, aliiſque locis doctrinae catholicae, praeclariſſimaeque adverſus calvinianam doctrinam capita, certaminum, aerumnarumque plurium victor, tutatus eſt Arminius, quemadmodum & alia haud abſimiliter catholica circa Praedeſtinationem Dei ac libertatem hominis: qua propter ab albo ſcholae calviniſticae expunctus eſt, ac novae Arminianae, quae ingenti ſenſim numero crevit, adolevitque apud Batavos, creatus Parens. Atque utinam in reliquis doctrinae dogmaticae propius nobis adceſſiſſet, minuſque faviſſet Socinianiſmo!

Scholae Arminianae Anteſignani referuntur prae primis *Simon Epiſcopius*, Amſtelodami ortus 1585. denatuſque 1643. *Stephanus Courcellaeus*, Genevae natus 1586. & Amſtelodami extinctus 1658. *Hugo Grotius*, in lucem emiſſus 1585. Hofmanno in Lexico, ſui Seculi phoenix, & Roſtochii vita functus 1645. *Philippus Limborchius* Amſtelodami in lucem editus 1633. 19. Jun. ac denatus 1712. 30. April.

Quod autem ii omnes, alias theologicis ſcriptis editis famoſi Doctores apud ſuos, Arminii, quae recitavimus, de fide dogmata retinuerint & propugnarint, quis in dudium verterit prudens? Ac de ſuo quidem ſpeciatim ſenſu dubitare non ſinit doctiſſimus *Grotius* in expoſitione ad cap. 2. Jacobi, in diſcuſſione Riveriani apologetici & ſaepe alias, tum *Limbor-*

chius

minime ad Chriſtum Dominum, ad quem illa refertur in lege gratiae, quae plane continet fidem in Chriſtum, ſive in Deum per Chriſtum juſtificandis animis neceſſariam. (*n*) Quaſi vero in lege veteri fides aliqua in Meſſiam vel Chriſtum Mediatorem non fuerit ad ſalutem ſimpliciter neceſſaria. Item docuit, quod forma atque eſſentia fidei in Chriſtum ſit, ejus praeceptis obedire (*o*) atque adeo fidem in adſenſu mero ſitam non eſſe. (*p*)

chius in theol. chr. l. 5. ubi de fide ſparſim.

Plane ſi *Hofmannum* Calvinicolam Scriptorem audias, in lexico univ. art. *Arminius* apud Calvinianos Doctores in ſynodo Dordraci convocata 1618. decretum eſt, articulos Arminianorum de „ Sanctorum defectibilitate, a Verbo Dei „ alienos eſſe. „ Ceterum pſeudoſynodi decretum merito irridere poſſint Arminiani, ſi animum adtendant ad doctrinam & canones Tridentinae Oecumenicae ad ſeſſ. 6. De cauſſa Arminianorum plura alias. Interim recole *Pluchetum* in Arminio.

Sed en tibi rurſum *Leblanc*, qui ubi de certitudine juſtificationis par. 1. & 2. p. 284. ſqq. amare, ſed & perurbane queritur de noſtratibus Doctoribus, quod eum *Bellarm.* & *Becano* ſupponant vel expreſſe adfingant Scholae ſuae Calvinianae Doctoribus, quod communi adſenſu teneant, omnes & ſingulos homines poſſe & debere certa fide credere ſibi fuiſſe remiſſa peccata & ſe coram Deo juſtos eſſe; tum in ejuſmodi perſuaſione fidem veram & ſalvificam conſtituendam eſſe tanquam in ejus actu proprio atque praecipuo; atque adeo impios ea fide, & quidem ſola coram Deo juſtificari, licet alioqui vitiis indulgeant, nec ſtudeant bonis operibus.

Ut ſuos Author ab iis criminationibus vindicet, operam ſtrenuam navat. At quo tamen pacto? Nempe veritates iis oppoſitas erroribus pene demonſtrandas adgreditur, diverſas in hoc negotio noſtratum ſententias perſpicue ac fideliter, more ſuo exponit, & ex iis demum Doctoribus pro certitudine habenda de adcepta juſtificatione per fidem ſalvificam ſibi adſciſcit *Catharinum*, & *Canonicos Colonienſes* in enchir. quod addiderunt Synodo Colonienſi ſub Hermano Epiſc. (deinde in haereſim prolapſo) tit. de juſtificat. de quo *Vazq.* in 1. 2. diſp. 200. c. 2. n. 6.

Quid tum vero? Nec noſtrates Theologi diſſentiunt in dogmatis hac de re Tridentino ſeſſ. 6. conſtitutis, uti Calviniani, nec ſingularem Catharini opinionem probant, nec dubitant Canonicos Colonienſes quantum ad illud caput Erronibus adcenſere.

Quod inſuper Calvinus omnes adoptarit errores Tridentini dogmatis adverſos, liquet ad evidentiam ex ejus virulento antidoto in Seſſionem 6 & ex aliis inſtitutionum locis mox adlegatis. Anne a Magiſtro diſcordarint expreſſe diſcipuli in hocce doctrine capite fere praecipuo? Optare videtur Leblanchius ut credamus; qui vero in aliis quaeſtionibus Doctorum ſuorum teſtimonia copioſiſſime congerit ac interpretatur, heic omnia reticet, nec ullum e ſuis profert, ſi excipias unum Petrum Molinaeum, Petri Molinaei filium pro opinione quadam, in praecipuum rei ſcopum parum conducente.

Et vero quod Calvini ſententias ejus poſteri vulgo, additis quandoque temperamentis, defenderint cum *Beza*, *Riveto*, *Ameſio*, *Gomaro*, *Sibrando Lubberto*, pluribus, ſi otium eſſet, liceret oſtendere.

Ex iis itaque ſerio perpenſis ſuſpicari mihi fas ſit, Leblanchium noſtrum momentis, quae ſancto dogmati favent, convictum, eis manus dediſſe, ſuumque adſenſum conſecraſſe; ea tamen arte, eoque ingenio mentem ſuam palam explicuiſſe, ut potius videretur incautis ſcholam ſuam vindicare, quam noſtram protegere, aut non impetere.

(*n*) In fragmentis de juſtificatione, quae extant in biblioth. fratr. Polonorum, t. 1. p. 619. ſq.

(*o*) Ibid. p. 622. ſub init.

(*p*) Id exponere & probare adgreditur ibid. ſub titulo „ Quare fidei, quae eſt „ adſenſus merus, tribuatur ſalus? „ At mihi tamen rem inexplicatam relinquit.

Bina haec de fide juſtificante capita, quae rurſum alias Socinus promovere ſatagit (q) ejus diſcipuli conſtanter retinuerunt cum *Volckelio*, *Smalczio*, *Schlichtingio*, *Oſtorodo*, *Crellio*. *Stegmanio*. Eos citatos & pluribus perſtrictos habes apud *Abrahamum Calov*. Socinomaſtigent (r) Anne vero infantes credere poſſint? Socinianis ridiculum hoc videtur & ſomnio aegrotantium ſimillimum dicitur *Socino*, ejuſque adſeclis *Moſcorovio*, *Czechovicio*, *Smalczio* (s) Et vero quod credant, non actu, ſed habitu per fidem habitualem baptiſmate ſuſceptam, certum omnino eſt, quod multis ibidem comprobat *Calovius*; atque oppoſitum proculdubio erroneum.

XIV. *Michaël Bajus* haec ſcriptis tradidit „ Abſurda eſt eorum „ ſententia, qui dicunt hominem ab initio, dono quodam ſuper„ naturali & gratuito ſupra conditionem naturae ſuae fuiſſe exalta„ tum, ut fide, ſpe & caritate Deum ſupernaturaliter coleret. „ (t) Ubi palam recoquitur, etiam reſpectu habito ad ſupernas fidei, ſpei & caritatis virtutes, vulgare illud & erroneum hujus Doctoris ſyſtema de integritate primi hominis naturae humanae conditioni debita. (u) (*)

Ultra modum is Doctor neceſſitatem fidei theologicae ad quodvis opus moraliter bonum extulit ſub duabus illis theſibus „ omnia „ opera infidelium ſunt peccata „ (x) „ Et Philoſophorum virtu„ tes

(q) In certis theſibus de juſtificat. ad p. 603. itemque in comment. de Servatore Chriſto par. 4. c. 9. & ſaepius.

(r) In anti ſocinian. t. 2. p. 231. ſq. & rurſum p. 239. ſqq.

(s) Ap. cit. *Calov.* p. 244.

(t) Eſt prop. XXIII. ex proſcriptis in decreto adverſum theſes vulgo Bajanas, collecta ex cap. 7. libri 1. de prima hominis juſtitia & de virtutibus impiorum, quem primum vulgaverat Bajus an. 1566.

(u) Recole *ſuperius*. dicta Tom. III. p. 130. ſq.

ADNOTATIO.

(*) *BAjus* idem in apologia Pio P. V. oblata, & illi ſubſcripta Lovanii 8. Januar. 1569 ad praefatam theſim ſic diſſerit „ Haec non ſunt ver„ ba libelli (quem mox citavimus, ex „ quo theſis collecta eſt) ſed commenta „ alicujus aemuli, cui diſplicuit, quod „ ſolidis rationibus conarer oſtendere, „ quod adhaerere Deo ſic ad integritatem „ naturae humanae pertineret, ut neceſ„ ſario homini, qualis conditus eſt, ma„ lum eſſet Deo non adhaerere. „

Et vero Bajana eadem ſententia utrobique ex integro proſtat. In citato ſiquidem libelli capite, ubi de juſtitia naturali primi hominis diſſerere pergit Author, haec ſunt verba „ uni quis forte tam ab„ ſurde ſentiat, ut putet ſtatim initio „ creationis rerum non tantum hominem „ dono quodam ſupernaturali & gratuito „ ſupra naturae ſuae conditionem fuiſſe „ exaltatum ut fide, ſpe & caritate Deum „ ſupernaturaliter coleret; ſed etiam ſec„ peutem „ &c.

Quod itaque integram ſententiae Bajanae ſubſtantiam ſpectat, theſis illa proſcripta ab citato libelli cap 7 haud *male collecta & truncata* eſt, uti *Gerberonius* in ſuis Bajanis p 93 ad marginem deſcriptae propoſitionis perperam adnotavit. Ut mittam, Apologiſtam heic ipſum, quem ibi latius procuderat, errorem paucis rurſum confirmare aduiti.

(x) Eſt inter proſcriptas XXV.

Digitized by Google

„ tes ſunt vitia „ (*y*) Ac iſta quidem doctrina *Bajanis* quaſi theſſera eſt . Quippe qui non modo docent, ita re ipſa comparate ad infideles contingere , verum etiam ſpectatis viribus naturalibus eorum aliter contingere non poſſe, quia enim abſente fide ſuperna , deficit illis poteſtas antecedens & ſufficiens ad opus aliquod bonum agendum , atque omnibus modis adeſt, cogitque peccandi neceſſitas. Has quidem theſes protulit *Bajus* (*z*) neque vero in memorata apologia revocavit ; immo ulterius teſtimoniis Patrum & Scholaſticorum confirmaſſe videtur . De iis plura nos alias . Interim conſuli poteſt *Ripalda* . (*a*)

XV. *Janſenius Iprenſis* doctrinae Bajanae ſectator perquam fidelis, haec docuit, promovitque in ordine ad fidem . 1.° Mera fidei abſentia ſufficienter vitiat opera infidelium . (*b*) 2.° Abſque fide nulla vera virtus, aut verae virtutis operatio. (*c*) Heinc 3.° Philoſophorum virtutes ſunt vera vitia, non niſi virtutis imagine palliata & larvata (*d*) 4.° Arbitrium ante fidem non eſt liberum ad faciendum bonum . (*e*) Heinc 5.° omnia opera infidelium ſunt vera & propria peccata. (*f*) 6.° Fides eſt directrix neceſſaria cujuſvis intentionis honeſtae (*g*) 7.° Fides , quae non per amorem veritatis, ſed per timorem ſupplicii operatur, laudabilis non eſt, ſed culpabilis (*h*) 8.° Fides, qua creditur prout oportet , nequit abſque caritate ſaltem inchoata & imperfecta reperiri . (*i*) 9.° Ante fidem nulla praecedit in homine gratia , ſed fidei initium eſt omnis gratiae & bonae voluntatis initium (*k*) 10.° Ante fidem non ſolum nequit homo operari bonum , ſed nec ullam habere cupiditatem boni . (*l*) Haec ille in gratiam & illuſtrationem Syſtematis Bajani, quod late propugnare videtur in ſuo *Auguſtino* (*m*) Et vero quam enormiter haec a Theologia ſana diſtent, nemo non videt.

XVI *Paſchaſius Queſnellus* famoſus Janſenii interpres, plura in fidem theologicam aut temere , aut erronee pronunciaſſe viſus eſt hiſce theſibus in Conſtitutione Clementina *Unigenitus* proſcriptis. Nimirum 1.°„ Nullae dantur gratiae niſi per fidem . „ (*n*) 2.°„ „ fides eſt prima gratia & fons omnium aliarum „ (*o*)

Utraque theſis *falſa* quidem eſt ; quippe gratia ad initium fidei neceſſaria , fidem praecedit, nec a fide exoritur. Tum *captioſa* ;

(*y*) Eſt Prop. xxvi.

(*z*) In l. de virtutib. impiorum c. 5.

(*a*) In comment. advert. Bajan. diſp. 20.

(*b*) De ſtatu naturae lapſae l. 4. c. 3. a p. 226.

(*c*) Ibid. c. 15 a p. 619.

(*d*) Ibid. c. 8. per tot & alias ſaepius

(*e*) Ibid. l. 3. c. 7. a p 451

(*f*) Ibid. l. 4. c. 1. col 542. & ſaepiſſime.

(*g*) Ibid. l. 3. c. 17. a col. 5 . 2. alias.

(*h*) Ibid. l. 3. c. 8. & 9. ſparſim .

(*i*) De ſtatu naturae purae l. 1. c. 12. a col. 735.

(*k*) De grat. Chriſti l. 3. c. 11. a col. 311.

(*l*) Ibid.

(*m*) Praeſertim de ſtatu nat. lapſae l. 4 c 25. ſeq .

(*n*) Eſt Propoſitio xxvi. Queſnello adſerta in Obſervat. moral in Luc. 8. 48. t. 2. edit. 1693. & in Hexaplis t. 4. a p. 64.

(*o*) Eſt Prop. xxvii. in 2. Petri 1. 3. t. 4 ejuſdem edit. p. 421. & in Hexapl. t. 4. a p. 6.

ſa ; utraque namque innuit, nullum infideles nanciſci gratiae influxum, ſubindeque neceſſario in quibuſque actionibus male agere : ſiquidem abſque fide, ex ſyſtemate Queſnelli, nulla donatur gratia ; atque adeo non niſi ex principiis cupiditatis dominantis, quod quaſlibet eorum actiones inficit, ipſi agunt. Et hoc quidem ſenſu utraque pariter *haeretica* eſt. En tibi Semipelagianiſmum redivivum; exinde ſiquidem liquido conſequitur, quod in infideli initia fidei, ſanctae cogitationes, pii motus, vocatio ad fidem ,. omnes denique generatim diſpoſitiones, quae in fidem perducunt, gratiae ſupernae non ſunt, ſed a natura profluunt.

3.° „ Fides juſtificat quando operatur ; ſed ipſa non operatur „ niſi per caritatem „ (p) Plane *falſa* haec penes utrumque membrum : ſcilicet penes primum, quoniam ſaepe operatur fides quin juſtificet tanquam principium proximum juſtificationis ; quo nempe duntaxat pacto fides *Tridentino* (q) juſtificare dicitur, quum videlicet peccator fide influente, atque ſola adtritione inſtructus peccata deflet, ac confitetur ad ſacrum poenitentiae tribunal ; quocirca non juſtificat fides quandocumque operatur. Penes alterum vero propter eandem rationem ; tunc enim, uti ſaepe alias, non operatur fides per caritatem, ſed per adtritionem, aut aliam virtutem.

4.° „ Omnia alia ſalutis media continentur in fide tanquam in „ ſuo germine & ſemine : ſed haec fides non eſt abſque amore & „ fiducia. „ (r) At multa tamen ſalutis media fidem praeveniunt, eamque in nobis progignunt, e g. vocatio ad fidem, pia ad libere credendum adfectio, & alia, quae proinde in fide tanquam in germine ac ſemine non continentur. Deinde eſt fides abſque amore ſeu caritate in peccatore fideli, ac ſine fiducia in fideli, qui de venia peccatorum deſperat. Huc advoca *Tridentinum* ſeſſ. 6. can. 28. & *Propoſitionem* XII. ex damnatis ab Alexandro P. VIII.

.5.° „ Dei bonitas adbreviavit viam ſalutis, claudendo totum in „ fide & precibus, „ (s) Eſto heic Queſnello ſermo ſit de fide caritate formata, nihilo ſecius a vero plurimum aberrat, atque *haereſi favet*, ubi a via ſalutis, prout ſonat propoſitio, bona opera excludit. Ut praeteream, etiam heic tacite rejici gratias omnes ſupernas, quae fidem in via ſalutis antecedunt.

6.° „ Fides, uſus, augmentum & praemium fidei, totum eſt „ donum purae liberalitatis Dei „ (t) τὸ *purae* erroneam reddit theſim, quia enim a libero fidei exſercitio quamlibet rationem meriti evertit, immo praemium non juſtitiae, quam ſuapte natura praefert meritum, ſed purae liberalitati Dei perperam adſcribit. Revocandum heic *Tridentinum* ad ſeſſ. 6. cap. 16. & can. 3. Nonnullis quidem

(p) Prop. LI. in Act. 13. 39. t. 3. ejuſdem edit. p. 142 & in Hexapl. t. 1. a p. 406.

(q) Seſſ. 6. cap. 8.

(r) Prop. LII. in Act. 10. 43. ibid. p. 114. & in Hexapl. t. 4. a p. 262.

(s) Prop. LXVIII. ſub eiſdem ferme vocibus in Act. 2. 21. ibid. p. 15. ſq. & in Hexapl. t. 4. a p. 296.

(t) Prop. LXIX. in Marc. 9. 22. t. 1. ejuſdem edit. & in Hexapl. t. 2. a p. 334.

dem theſis haec, quae minus cautis adprime ſana videri poſſit, ratione voculae *purae* merito *falſa*, *captioſa*, *haeretica* notatur. (*)

XVI. *Anonymi* varii opiniones multiplices fidem theologicam concernentes prodiderunt, & theoreticas & practicas, quas e Vaticano Pontifices Romani merito profligarunt. Nimirum 1.° „ Homo nullo unquam vitae ſuae tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei & caritatis ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium „ (*u*) ... 2.° Ab infidelitate excuſabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili „ (*x*) ... 3.° „ Fides non cenſetur cadere ſub praeceptum ſpeciale & ſecundum ſe „ (*y*) ... 4.° „ Satis eſt actum fidei ſemel in vita elicere „ (*z*)

Tum 5.° „ Si a poteſtate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri ut Deo & fidei glorioſum conſulo; tacere ut peccaminoſum per ſe non damno „ (*a*) ... 6.° „ Voluntas non poteſt efficere ut adſenſus fidei per ſe ſit magis firmus, quam mereatur pondus rationum ad adſenſum impellentium „ (*b*) ... 7.° „ Heinc poteſt quis prudenter repudiare adſenſum, quem habebat ſupernaturalem „ (*c*) ... 8.° „ Adſenſus fidei ſupernaturalis & utilis ad ſalutem ſtat cum notitia ſolum probabili revelationis: immo cum formidine, qua quis formidet, ne non ſit loquutus Deus „. (*d*).. 9.° „ Non niſi fides unius Dei neceſſaria videtur neceſſitate medii, non au-

A D N O T A T I O.

(*) Propoſitionum Author *Queſnellus* in Proteſtatione contra errores ſibi adſictos de an. 1717. §. 9. a p. 183. excuſat & in ſenſum ſanum & catholicum interpretatur propoſitiones 1.° & 2.° loco deſcriptas. Rurſumque eas, una cum ceteris heic propoſitis in Hexaplis ad loca mox citata pluribus tueri molitur ceu ſacris literis, & Patrum traditioni adprime conſentaneas.

Tanta vero molimina malis avibus concepta invicte refutant, penituſque ſubvertunt Interpretes Oppugnatores propoſitionum, prae ceteris alias laudati *Lafontenius*, *Viva*, *Biſſ us*, *Deſirantius*, quorum utinam ſimiles haberemus Interpretes in reliquos errores, quos toto in opere ex inſtituto noſtro producimus. Eos, ſi vacar, conſulas.

Sed iis tamen minime commotus *Serryus* ille, Theologiae ſupplieis ad Clementem P. XII. Author, pro immunitate ipſarum omnium theſium queſnellianarum circa fidem, quas hocce articulo notavimus, impenſe laborat toto ferme capite 9. ubi de virtutibus theologie.

Incaſſum vero, quod pluribus demonſtrat ejus Antagoniſta *Vanden Dyck* ubi agit de eiſdem theſibus a Serryo ſub larva demiſſae poſtulationis vindicatis. De utroque *ſuperius* egimus primum in Tom. II. p. 330.

(*u*) Eſt Prop. 1. ex damnatis ab Alexandro P. VII. 7. Sept. 1665. In hanc propoſitionem, quemadmodum & in ceteras hoc Articulo ſubſequutas multa ſatis nos commentati ſumus in *Theologia morali dogmatica* alias citata, quae latet adhuc in ſcriniis. Ad clariorem earumdem cognitionem, ſimul & Authorum, qui eas effutierunt, conferri poſſunt *Interpretes* dogmatico-morales, qui de iiſdem ſingulis pro dignitate ſcripſerunt, ut puta *Viva*, *Torrecilla*, *Fuente Hurtado*, *Cardenas*, *Vidal*, *Piſanus*, *Bonuccius*, *Gutierre Ildeph. Hurtado*, *Milante*, alii.

(*x*) Prop. IV. ex proſcriptis ab Innocentio P. XI. 2. Martii 1679.

(*y*) Prop. XVI. in eodem Decreto.

(*z*) Prop. XVII. ibidem.

(*a*) Prop. XVIII. ibid.

(*b*) Prop. XIX. ibidem proſcripta.

(*c*) Prop. XX. ibid.

(*d*) Prop. XXI. ibid.

autem explicita Remuneratoris„ (*e*)... 10.° „ Fides late dicta ex teſtimonio creaturarum, ſimilive motivo ad juſtificationem ſufficit „ (*f*) ... 11.° „ Abſolutionis capax eſt homo, quantumvis laboret ignorantia myſteriorum fidei, & etiamſi per negligentiam, etiam culpabilem neſciat myſterium ſanctiſſimae Trinitatis, & Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti „ (*g*) ... 12.°, ſufficit illa myſteria ſemel crediſſe.„ (*h*)

Praeterea 13.° „ Neceſſe eſt infidelem in omni opere peccare „ (*i*)... 14.° „ Omne quod non eſt ex fide chriſtiana ſupernaturali, quae per dilectionem operatur, peccatum eſt.„ (*k*)... 15.° „ Quando in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides, & etiamſi videantur credere, non eſt fides divina, ſed humana.„ (*l*) Vides itaque uno velut intuitu quot, quantiſque telis aetatis recentioris homines & fidem & fidei exſercitium impetiverint; ſed quae tamen ſummi Eccleſiae Praeſules opportunis mucronibus cumulate retuderint.

XVII. *Faex omnium nequiſſima Deiſtarum impiorum recentium* (*m*) dum religionem, ſeu Theologiam quamlibet a Deo revelatam abjecit ceu impoſſibilem aut inutilem, & omnem pariter fidem theologicam Deo coelitus revelanti ſubnixam e medio ſuſtulit.

En tibi haereſeos impiiſſimae ſyſtema, quod quidem prout ab ſuis ſectatoribus in liberculis peſtilentiſſimis exponitur atque defenditur, ad tria potiſſima capita revocatum rurſum & clarius hoc loci exponendum duximus.

Primum videlicet: lex naturae tanta conſtat perfectione, ejuſque praecepta ſingula quibuſque etiam rudibus tam obvia ſunt & evidentia, ut ad vitam recte inſtituendam omnis revelatio inutilis & ſupervacanea ſit, nec niſi ad lites procreandas adcommodata: quocirca revelatio, quantumvis eſſet externa duntaxat promulgatio ejuſdem legis naturalis, Deo indigna eſt.

Secundum: lex naturae adeo integra eſt, ut pereant quaelibet officiorum ſuorum principia unicuique hominum innoteſcant; adeo ut nihil revelatione doceri poſſint in rebus Religionem, moreſque ſpecantibus, quod ratione non adſequantur: inde vero plane conſequitur, quodcumque ſupra rationem eſt, idem & contra rationem eſſe.

Tertium: lex naturae adeo completa eſt & immutabilis, ut ejus praeceptis ulteriora nulla poſſint adjici mandata poſitiva, quae nempe omnia hoc ipſo contraria ſunt bono publico, & conſtantia divina minus digna: ſubinde Religio revelata cum chriſtiana, tum ju-

(*e*) Prop. XXII. ibid.

(*f*) Prop. XXIII. apud ipſum decretum.

(*g*) Prop. LXIV. ibid.

(*h*) Prop. LXV. in eodem decreto.

(*i*) Eſt Prop. VIII. ex confixis ab Alexandro P. VIII. 7 Decembr. 1690.

(*k*) Prop. XI. ejuſdem decreti.

(*l*) Prop. XII. ibid.

(*m*) Eos *ſupra* commemoravimus ad Tom. V prolus. de erroribus in rem ſupernaturalem a p. 46.

judaica, quae praeceptis poſitivis abundant, nec divinae ſunt, nec hominibus non pernicioſae.

At haec tamen ſyſtematis portentoſi fundamenta ſtraminea pluribus ſtrenuo marte convellunt, ſubruuntque Theologi Chriſtiani ſub Religione revelata enutriti atque edocti. (*u*) (*)

Tom.VI. D Abe-

(*u*) E multis aliquos *ſupra* recenſuimus in Tom. V. p. 50. ſq.

ADNOTATIO.

(*) CL. V. *Valſechius* olim inter noſtrates Antideiſtas laudatus ad cit. Tom. V. p. 50. Adnot. III. *fanatiſmi* aut *furoris* (quod reddit heic *Paciaudius* in verſione latina commentarii italici Valſechii) eos plurimos inſimulat, qui dedita opera Concordiam fidei & rationis inſtituunt, promoventque; adlatis nimirum ſapientum ethnicorum ſententiis ceu apte conſonis fidei ſacroſanctae dogmatibus.

Hoc enim vero argumentum, inquit Author, Deiſtae perlubenter adripiunt, immo inculcant, acriterque urgent: quo nempe oſtendant, ſatis eſſe rationem naturalem ad detegendas veritates ſaluti maxime neceſſarias; atque adeo revelationem ſupervacaneam eſſe.

Addit, propter pruriginem hanc intemperantem conciliandi myſteria fidei cum ſententiis paganorum notari Petavio Steuchum Eugubinum, Voſſio Hieronymum Floravantium, Balto Dacierum, pleroſque alios Moſhemio, Cleſſelio, aliis.

Ceterum id genus argumentum ita ſimpliciter & univerſaliter propoſitum nec laudo quidem, nec probo. Principio enim primores eccleſiae veteris Patres, ut puta *Quadratus*, *Ariſtides*, *Juſtinus*, *Tatianus*, *Clem.* Alex. *Tertull. Origen. Athenag. Lactant. Minut. Felix*, *Euſeb. Cyril.* Alex. *Auguſtin.* concordiam illam ex ſententiis Paganorum petitam integris paginis, immo & commentariis oſtenderunt, & illuſtrarunt.

Nec alios quidem, quos imitarentur, duces & authores hoc in negotio habuerunt Recentiores, qui hanc provinciam ſuſceperunt cum *Eugubino*, *Mutio Panſa*, *Galeo*, *Huetio*, *Teoph. Raynaudo*, *Hug. Grotio* cum *Clarkio* ejus ſcholiaſte, *Voſſio*, *Floravantio*, *Giraldo*, *Pfannero*, *Jaquelotio*, *Damin. de Colonia*, *Petro Silvano Regis*, aliis. Ecquis autem horum ſtudia & labores ejuſmodi argumento adcurate muniendo & illuſtrando carpere ac floci pendere jure auſit, nulla uſus exceptione?

Quanti vero pretii ſit, & quantum decoris revelatae Religioni hoc adferat ſtudium conciliandi fidem cum ratione, quis ſatis explicare valeat? Da mihi rationem fidei ſuffragantem, & viam illico ſternis ad obediendum lubenti animo fidei; & difficultates, quae ſaepe in via fidei magnopere arduae occurrunt, aut ſolvis, aut emollis; & decantatam fidei cum ratione repugnantiam ſubvertis ac diſſipas; & Myſteria alias ſubobſcura & impervia obſequio rationabili credibilia reddis, immo credenda ſuades, adeo ut qui ſubinde non credat, pene nefas ſit infidelitatem excuſare ſuam.

Quod ſi Concordiam hanc, armoniam & conſenſionem inter fidem & rationem certo praeſtent documenta ſapientum ethnicorum indubitata (qualia paſſim videris apud veteres Patres praememoratos) ipſa quidem fidei, ſeu Religioni ſupernaturali pereximium decus, ſummumque triumphum ferent; quod ſaepe Patres eleganter ingeminant, ubi pro congruentia ſanctorum dogmatum cum recta ratione ad ritus aut effata Paganorum provocant: quo nempe fucatam eorum religionem jugulent, noſtraeque verae trophaea parent, exemplo *Apoſtoli*, de quo ſcite *Hieronym.* ep. 70. ad Magnum, alias 84.
„ didicerat enim a vero David extorquere
„ de manibus hoſtium gladium & Goliae
„ ſuperbiſſimi caput proprio mucrone
„ truncare. „

Conferri poſſunt hanc in rem *Lactant.* inſt. l. 7. c. 7. *Tertull.* in apologet. ſparſim, *Hieron.* mox cit. *Colonia* de rel. chr. Paganor. veter. teſtimoniis comprobata, in praefat. *Huet.* in qq. alnet. l. 2. ubi prae ceteris de regulis hujuſce diſciplinae pertractat methodice.

Eſto quidem nonnulli ex Interpretibus Concordiae, confingendae conciliationis oeſtro abrepti; veri metas turpiter praetergreſſi reperiantur: ut puta *Philip*

Piet-

Abeant jam vero errores. Adſerta dogmatico-ſcholaſtica velitationibus ſubcedant noſtris.

Picinellus in conſenſu ſcriptor ethnicor. cum ſingulis pene verſiculis ſacri Codicis, *Eugub* in per. philoſ. *Dacierius* in vita Platon. *Panſa* in oculo ethnicae & chriſt. philoſophiae, idemque *Huet.* interdum in dem. ev. nec raro in eadem Concordia.

Verum ex praepoſteris pauciorum profeſſorum naevis quis aequo judicio diſciplinam univerſam exprobret, immo & ſtudium in eam Concordiam, quae votis omnibus percupienda eſt, & quoad ejus fieri poſſit enixe procuranda?

Neque vero Deiſtae hac abuſi Concordia hilum proficere poſſunt. Siquidem, ut author eſt *Thom.* p 1. q. 1. a. 1. O. „ ad ea etiam. quae de Deo ratione humana inveſtigari poſſunt, neceſſarium „ fuit hominem inſtrui revelatione divina, quia veritas de Deo per rationem „ inveſtigata a paucis & poſt (alias *per*) „ longum tempus & cum admiſtione multorum errorum homini proveniret; a „ cujus tamen veritatis cognitione depen„ det tota hominis ſalus, quae in Deo „ eſt.

Id quod S. Doctor pluribus exponit & illuſtrat l. 1. cont. gent. integro cap. 4. ac eum deinceps ſequuti fuſius diſputarunt Interpretes Anti-Deiſtae cum ipſo eodem *Valſechio* l. 2 c. 1. n 3. ſqq. *Hookio* tom. 1. par. 2. ſect. 4. a. p. m. 311. *Cerbon.* de theol. rev. t. 1. q 1. ar. 3. aliis. Multis itaque nominibus (quod Authores memorati late probant) neceſſaria fuit humano generi vel earundem veritatum naturalium ad religionem ſpectantium, quas alias mens humana ſe ſola utcumque adſequi poſſit, revelatio. Ergo ratio Deiſtarum, obtendentium inutilem fieri revelationem ex adcurata conciliatione rationis naturalis cum fide, profecto nulla eſt.

Quid? quod ejuſmodi conciliatio erga pleraque Myſteria rationi minus obvia, non niſi ex umbris leviſſimis ab humana ratione excogitatis reperiri poteſt. Erga alia vero abſtruſiora e. g. erga veram Dei O. M. libertatem, vel ne quidem umbram, aut umbrae imaginem reperire fas eſt ad inſtituendam optatiſſimam fidei cum ratione Concordiam. Et vero certo alias conſtat de revelatione eorundem myſteriorum.

Maneat igitur in laudem & utilitatem fidei & Religionis revelatae, Doctoribus noſtris impenſe quoad ejus fieri poſſit ſecundum leges verae critices eam Concordiam curandam eſſe ac promovendam: tum laudandos magnopere Authores huic Concordiae inſtituendae perdite intentos, eſto quidquam humani aliquando paſſi deprehendantur; illos vero notandos & corripiendos, ut par eſt, qui regulis critices abjectis, pro veritatibus evanida obtrudunt molimina; quid enim laudis aut utilitatis ex hujuſcemodi imaginationibus ſacrae Religioni proveniat? Nihil omnino demum hanc Concordiam, quanta quanta illa ſit, Deiſtarum inſomniis favere; quidquid cit. Valſech. minus caute trepidaverit ubi non erat timor.

§. I.

Fidei actualis Partitiones & ad eam Praeambula.

QUAESTIONES DOGMATICO-SCHOLASTICAE.

7 QUAESTIO I. Quotuplex eſt haec Fides? ADSERO. Multiplex. Partitur 1° in internam, quae eſt proprie fides, & externam, quae eſt ſignum ſenſibile internae. 2.° in univerſalem, vel catholicam quantum ad perſonas, & materiam omnibus communem, ac particularem quantum ad materiam, perſonam, & revelationem privatam. Et haec inſuper ſubpartitur in fidem miraculorum, quae ſingillatim datur ad operationes; ac in fidem prophetiarum, quae ſiſtit in cognitione. 3.° in explicitam comparate ad illam rem, quae in

ſe

ſe ipſa creditur, & implicitam comparate ad rem quae in alia explicite credita virtute, vel confuſe continetur. Hanc quidem partitionem acriter inſectatur *Calvinus* (*o*) ceu commentum catholicorum ad confovendam ignorantiam, quo catholicos reddat odioſos. At immerito tamen; nobiſque praeſtat univerſos Doctores noſtros audire, quam unum Calvinum. (*p*)

8 Tum 4.° in fidem formatam aut vivam, ſeu conjunctam cum gratia ſanctificante & caritate, qua gaudent Chriſtifideles juſti, & in fidem informem vel mortuam, hoc eſt ſejunctam a caritate, quae reperitur in chriſtianis peccatoribus. Haec autem partitio jure optimo admittenda eſt cum ſchola quavis catholica; quidquid Novatores cum ſuis Luthero & Calvino immerito obganniant. (*q*) Conſtat enim ex 5. *Galat.* quod *fides per dilectionem operatur*. En fidem vivam. Tum ex *Jacob.* 2. quod *ſicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt*. En fidem mortuam. Quibus adcinunt nitide *Tridentini PP.* (*r*) poſt *Auguſtin.* (*s*) Quid? quod optime intelligitur quod fides, aut adſenſus erga veritates a Deo revelatas a caritate ſejuncta ſit; illa ſiquidem eſt in mente, haec autem in voluntate; illa item prior eſt caritate, & hujus fundamentum: quid autem repugnet, poſſe abſque aedificio fundamentum ſubſiſtere?

OBJECTIONES.

9 *Obj.* Quarta fidei partitio minime admittenda. Nam 1.° ſic colligitur ex ſacro Codice: e.c. *Rom.* 10. habetur *corde creditur ad ſalutem*: unde fides eſt donum Dei & Spiritus Sancti nos per eam illuminantis, ut ſit noſtrae adoptionis teſtis: fidem ergo habere non poſſumus, niſi per eam donum ſanctificationis recipiamus. Alia itidem teſtimonia evincunt caritatem cum fide ſemper eſſe conjunctam. Sic enim ex *Rom.* 1. *juſtus ex fide vivit*: tum ex 1. *Timoth.* 5. *ſi quis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidem negavit, & eſt infideli deterior*; nec non ex 1. *Joan.* 2. *qui dicit ſ noſſe Deum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt*. 2.° conſentiunt PP. ac prae ceteris Hieronymus, inquiens (*t*) *nudari fide animam fidelem quum a Deo recedit per peccatum*; & Auguſt. apud quem (*u*) *quis eſt qui non credit? qui non ſic vivit, quomodo praecipit Chriſtus*. 3.° caritas & virtutes morales infuſae amittuntur pereunte gratia: cur ergo non item fides? 4.° fides mortua eſt nulla fides, non ſecus ac homo mortuus eſt nullus homo verus: ergo. Haec ferme Calvinus.

10 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ea teſtimonia intelligenda ſunt de fide & initium noſtrae juſtificationis, ſed & cauſſam proximam atque formalem.

(*o*) Inſt. l. 3. c. 2. ſect. 1.

(*p*) Conf. *Thom* 2 2 q 2. a 2. *Suar.* de fide d. 6. ſ. 3. *Lugo* de fide d. 8. a n 15.

(*q*) Eam *Lutherus* ſup cap. 3 ad Galat. vocavit ſatanicam & peſtilentem, & *Calvinus* l. 3. inſt. c. 2. ſect. 8. inſulſam, nugatoriam, putidam; quippe quae e medio tollit falſam opinionem, qua contendunt, fidem eſſe per ſe non modo radicem & initium noſtrae juſtificationis, ſed & cauſſam proximam atque formalem.

(*r*) Seſſ. 6 cap. 7 & can. 28.

(*s*) L. 1. de baptiſ. contra Donatiſt. c. 8. & de Trinit. l. 15. c. 18. & ſerm. 90. alias 14 ex Sirmondianis.

(*t*) In prooem. ad lamentat. Hierem.

(*u*) In epiſt. Joan. tr. 10.

fide formata; qua nempe animis inhaerente, corde creditur ad ſalutem, & juſtus ſpiritaliter vivit; & qua deinceps abſente, fidem quis negare dicitur, atque infideli eſſe deterior, quoniam fidem cum caritate ac bonis operibus non conjungit; tum eodem ſenſu reputatur mendax qui jactat ſe fidem habere, ſeu noſſe Deum, dum ejus mandata non ſervat, is etenim de numero eorum eſt, *qui confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant*. Porro ſi es etiam informis donum Spiritus ſancti eſt, non autem per gratiam ſanctificantem, ſed per auxiliantem, diſponentem utique animum per fidem, ſpem, alioſque actus ad juſtificationem & adoptionem.

11 Ad 2. idem ferme dixeris. Nec enim aliud volunt laudati Patres, quam fidem a caritate ſejunctam non eſſe vivam ac perfectam, qualis eſſe deberet, quocirca nihilo ad ſalutem obtinendam proficere cuiquam, perinde ac ſi nullam haberet. Fide itaque formata nudatur fidelis quum peccat lethaliter, neque fide formata & perfecta credit qui, eſto fide praeditus ſit, mandata Chriſti non exſequitur. Ad 3. *N. Con.* Quia fidem pereunte gratia in homine fideli ſubſiſtere habemus ex ſacra Pagina, ex Tridentino & Patribus (x) non ita vero permanere ſine gratia caritatem & alias virtutes morales infuſas. Ad 4. *N. A.* & paritatem. Fides etenim informis per ſe ſe & quantum ad ſubſtantiam vera fides eſt, cui nempe notio verae, ſupernaeque fidei omnino competit, ſecus ac homini mortuo ratio veri hominis conveniat. Dicitur autem mortua quatenus deficiente caritate, eſto fides vera ſit, nihil per ſe ſe prodeſt ad vitam & ſalutem ſupernam animi obtinendam. (y)

12 QUAESTIO II. Quae Praeambula ad fidem ſimpliciter requiſita? Adsero. Duo ſunt, nempe judicium moraliter certum, & evidens de eo quod res credi poſſit & debeat, ac voluntas, vel pia adfectio credendi. (z) Quoniam fides eſt libera & merens; at non per ſe ipſam, quum ſit actus mentis: ergo per actum voluntatis; qui fidem imperet: at inſuper ad iſtum actum voluntatis praelucere debet judicium, adſerens, eſſe fide dignum id, quod creditur, immo debere credi, nec poſſe non credi abſque temeritate: ergo. Eſt itaque neceſſarium ejuſmodi judicium, quin ſufficiat tantum probabile, ut perſpicuum eſt ex proſcriptione theſium 20. & 21. in decreto Innoc. XI. alias enim poſſet quis imprudenter imperare firmiſſimum fidei adſenſum, ſe nimirum exponendo prudenti periculo errandi. Deinde eſt aeque neceſſaria pia adfectio, qua nimirum eget intellectus ad adſenſum in ſe ipſo firmiorem, quam mereatur pondus rationum ad eum impellentium, ut innuit proſcriptio theſis 19. ejuſdem decreti Innocentiani. Idem docuerunt *CC. Araus*.

II.

(x) Ubi eos mox adpellavimus pro Adſerto.

(y) Alia a Luthero objecta nullo negotio ſolveris cum *Bellarm.* l. 2. de juſtif. cap. 4.

(z) Ex *CC.* & *PP.* cum *Th.* cit. q. 2. a. 4 ap. & cum *Suar.* d. 6. ſ. 6.

II. (a) *Tolet.* VI. (b) *Trid.* (c), & *PP.* alii cum *Aug.* ajente (d) *multa poteſt facere homo non volens, credere autem non poteſt* (ſcilicet cum merito) *niſi volens*.

OBJECTIONES.

13 Obj. Judicium tantum probabile de credibilitate myſterii, ſeu de exſiſtentia revelationis ſufficit ad actum fidei ſupernae. Nam 1.° ſunt actus fidei tantum probabiles, quia ex Matt. 14 *modicae fidei quare dubitaſti?* & ex Marc. 9. *credo, Domine, adjuva incredulitatem meam.* Ubi Chryſoſt. *Si credis, quomodo dicis, adjuva incredulitatem meam: dicamus igitur; quod multiplex eſt fides, introductoria ſcilicet & perfecta* &c. 2.° pia affectio credendi eſt actus voluntatis, & virtus moralis, ſicuti commiſeratio Paulli indigentis, & adoratio Chriſti ſub hac Hoſtia conſecrata; poteſt autem quis magno cum merito ſubvenire Paullo, & Chriſtum adorare ex judicio tantum probabili de Paulli indigentia, & de hujus Hoſtiae conſecratione: pariter ergo. 3.° poteſt voluntas efficere, ut adſenſus fidei ſit per ſe magis firmus, quam mereatur pondus rationum, impellentium ad adſenſum: ergo & poteſt efficere, ut ex judicio tantum probabili de exſiſtentia revelationis, conſurgat adſenſus fidei de eadem revelatione metaphyſice certus. 4.° infidelis habens opinionem probabilem ſuae ſectae, & probabiliorem noſtrae Religionis, tenetur elicere actum fidei de noſtris Myſteriis (e); at opinio probabilior non excedit limites probabilitatis: ergo. 5.° judicium de exſiſtentia revelationis, innixum tantummodo teſtimoniis parochi, parentis, magiſtri, quo credunt rudes, pueri & feminae, eſt tantum probabile.

14 ℟. *N. Adſ.* contra Ripal. & Adſeclas. Ad 1. prob: ibi ſermo eſt de fide late ſumta pro fiducia, vel de ſola naturali voluntate & conatu credendi, qui exiguus erat. Quod ſi ſermo fuerit de propria fide, ideo haec illis adpellatur nominibus, non quia, dum ipſa eſt, prudenti formidini ſit locus, ſed quia ſatis robuſta non eſt ad reſiſtendum facile tentationibus. Ad 2. *D. Conſ.* poteſt pia affectio ſubſiſtere cum judicio probabili de honeſtate credendi, *Eſto*: de fide revelationi praeſtanda, *N.* Adducti actus, ceterique virtutum moralium non debent imperare adſenſum firmiſſimum de re praecognita per judicium illuminans, uti pia affectio. Quid? quod praemiſſa ut certa infallibilitate actus fidei, quum huic obſit judicium probabile, & obeſt piae affectioni, quippe quae eſt principium per ſe ad eum actum influens, & efficaciter movens. Porro judicium probabile de conſecratione hujus Hoſtiae ſufficit, ut Chriſtum ſub ea utcumque adoremus, non vero ut abſolute credamus: quoniam actus voluntatis, qualis eſt adoratio, non fertur in rem proxime, & prout eſt in ſe, ſed prout ab intellectu proponitur; virtus an-

(a) Can. 5.
(b) Cap. 14.
(c) Seſſ. 6. cap. 6.
(d) Tr. 26 in Joan
(e) Ex proſcriptione theſis IV. decreti Innoc.

autem intellectus, qualis eſt fides, fertur in rem proxime, & prout re vera in ſe eſt. Idem dic relate ad indigentiam Paulli cui ſubvenis.

15 Ad 3. *C. A.* quia adſenſus fidei eſt metaphyſice certus; ac rationum pondus illud eſt, quod ſecum adferunt credibilitatis ſigna, quae ſolam moralem certitudinem de exſiſtentia revelationis inducunt. Et *N. Con.* quia voluntas colluſtrata judicio tantum probabili, illum adſenſum imperaret imprudenter, & cum formidine prudente errandi. Ad 4. *D. Ma.* tenetur, quatenus obligatur eum actum elicere cum ſola opinione probabiliore noſtrae Religionis, *N.* quatenus obligatur quaerere prius judicium credibilitatis moraliter certum, *C. Ma.* & *Mi.* Et *N. Con.* Dummodo ſic inquirat, plane ab infidelitate excuſabitur, non quidem ob ductum ſuae opinionis, ſed ob abſentiam ſufficientis propoſitionis ad credendum. Ad 5. *N. Adſ.* Ejuſmodi judicium, quo indubitanter illi credunt, eſt eis moraliter evidens evidentia reſpectiva, ut dicunt, & ſufficiente (*f*) Neque vero divina illuſtratio ſupplet in ipſis evidentiam moralem abſolutam, quia per eam illuſtrationem non eis adparent ſigna credibilitatis, quae per ſe evidentiam moralem abſolutam pariunt. (*g*)

§. II.

Fidei Adtributa.

16 QUAESTIO Unica. Quae ſint ejus Adtributa intrinſeca, ut vocant? ADSERO. Eſt I. *Supernaturalitas.* Ex ſaepe dictis. (*h*) II. *Veritas.* Quia ex *Trid.*(*i*) ea eſt certitudo fidei, cui nequaquam poſſit ſubeſſe falſum; alioqui ſiquidem nutare poſſet, ac corruere totum fidei noſtrae fundamentum (*k*). Quare nequit habitus fidei infuſae influere in adſenſum falſum, vel non nitentem revelationi verae, ſed ſolum adparenti, ac prudenter exſiſtimatae. (*l*)

17 III. *Obſcuritas*, vel inevidentia. Quia fides ex 11. *Hebr.* vocatur *argumentum non adparentium*, & 1. *Cor.* 13. *Videmus nunc per ſpeculum in aenigmate.* Unde *Aug.* (*m*) *quid eſt fides, niſi credere quod non vides?* Et *Bern.* (*n*) *fides eſt voluntaria quaedam praelibatio nondum propalatae veritatis.* Quare ſi quis haberet evidentiam tum rei, tum ejus revelationis, quae dici ſolet evidentia in adteſtante, adſenſus ille non eſſet actus fidei; ſed actus theologicus. Quia non eſſet obſcurus. At poteſt tamen idem individuus actus eſſe fidei divinae, ſcientiae, opinionis, & fidei humanae in eandem materiam, ſcilicet diverſis ex rationibus adtactam. Sic enim Dei exſiſtentia, aliunde naturaliter evidens, debet fide divina credi. Et ſtat quidem opti-

(*f*) Recole ſcripta *ſuperius* ad Tom. V. p. 76. n. 45.

(*g*) Conſuli poſſunt *Rhod.* heic d. 2. q. 2. ſ. 4. §. 1. & 2 *Card.* & *Viv.* ſuper theſes IV. XX. XXI. praecitati decreti Innoc. *Platel.* heic par. 3. c. 1. a n. 58.

(*h*) Conſentiunt vulgo *TT.* ap. & cum *Suar.* d. 6. ſ. 5.

(*i*) Seſſ. 6. c. 9.

(*k*) *Suar.* cit. n. 2.

(*l*) Lege *Suar.* d. 3. ſ. 13.

(*m*) Tr. 40. in Joan.

(*n*) L. 5. de Conſid. c. 5.

optime claritas rei, quae revelatur, cum obſcuritate rationis formalis, propter quam creditur. Alioqui nequiiſſent Apoſtoli credere fide divina Chriſti reſurrectionem, quam utique ſenſibus percipiebant. (*o*)

18 IV. *Certitudo duplex*: ea ſcilicet, quam importat connexio actus cum re, quae adprehenditur revelata; atque ea deinde, quae nota eſt perſonae credenti, eamque de ſe ipſa adeo certam, ſecuramque reddit, ut omnem ab ea formidinem, ſaltem prudentem expellat penitus; quocirca ejuſmodi certitudo vulgo dicitur firma mentis in rem coelitus revelatam adhaeſio. Jam vero prima, quae in actu fidei reperitur certitudo, metaphyſica eſt, quoniam actus neceſſario verus eſt, & cum re credita conformis; ſecunda vero ſolummodo moralis eſt, quippe quae credenti non eſt nota phyſice aut metaphyſice, ſed duntaxat moraliter. Ex hac duplici certitudine (aliis exploſis terminorum involucris) primam adpoſite vocaveſis certitudinem *connexionis*, & alteram *adhaeſionis*. (*p*)

19 Haec nihilominus utraque certitudo tanta eſt, ut major ſit in actu fidei ſupernaturalis, quam in actu ſcientiae naturalis, etiam metaphyſice certo (*q*). Quia certitudo fidei deſumitur ex altioribus cauſſis, quibus nititur, ſcilicet ex prima veritate, & ex lumine infuſo, quo intellectus tenacius redditur ſecurus, quam lumine naturali: quare ſaepe corrigimus lumen naturale per lumen fidei. Ac inſuper quatenus fides pendet a voluntate, nititur ſpeciali auxilio, quod efficax eſt ad certitudinem excellentiorem praeſtandam. Ideo ex *Tob. 3. certum habeat omnis, qui credit in te*. Et ex *Rich. Vict.* (*r*) *quotquot veraciter fideles ſumus, nihil certius tenemus, quam quod fide credimus*. Et ex *Aug.* (*s*) *facilius dubitarem me vivere, quam vera eſſe quae credidi*. Nec diſſimilia diſces ex 2. *Petr.* 1. 19. & 1. *Joan.* 5. 9. *Baſil.* (*t*) *Chryſ.* (*u*). Unde nunquam per ſe ſe poteſt quis prudenter repudiare adſenſum, quem habet ſupernaturalem. (*x*)

OBJECTIONES.

20 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Poteſt plane habitus fidei influere in adſenſum falſum, qui ſubinde ſit actus fidei. Nam 1.° ſi ruſtico eodem modo proponatur per Parochum e. g. incarnatio Spiritus S. ac Filii, & obligatio utramque credendi, eodem modo utramque credit; nam ſi tunc neget incarnationem Spiritus, peccat haereſeos peccato, non ſecus ac ſi Filii incarnationi diſſentiatur. 2.° fide credimus, ſub hac Hoſtia Chriſtum deliteſcere; at haec fides poteſt falſo ſubeſſe ob abſentiam verae materiae, poteſtatis, aut intentionis in miniſtro conſecrante. 3.° actus fidei influere poteſt ad modum praemiſſae in adſenſum falſum, quum poſſit adjuvari ad concludendum aliquid

(*o*) Favet *Suar.* d. 3. ſ. 8. a n. 17. cum *Dur. Con.* aliis contra aliis.

(*p*) Haec pluribus illuſtrat cit. *Suar.* p. 6. ſ. 5. a n. 6.

(*q*) *Suar.* cit. n. 10. cum *Th. Mol.* &c.

(*r*) L. 1. de Trin. c. 2.

(*s*) L. 7. Confeſſ. c. 10.

(*t*) In Pſ. 118.

(*u*) Hom. 12. in ep. ad Hebr.

(*x*) Ex prop. 20. proſcripta ab Innoc.

quid falſum, e.c. in hoc ſyllogiſmo, *ubi eſt duplex natura eſt duplex perſona; at in Chriſto eſt duplex natura: ergo & duplex perſona*: pariter ergo habitus fidei poteſt influere in adſenſum falſum. 4.° fides, qua antiqui credebant Chriſtum naſciturum, perduravit in multis, Chriſto jam nato; tunc autem falſum erat, Chriſtum naſciturum.

21 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* Habitus fidei limitatam habet vim, ſcilicet ad actus reſpicientes veram revelationem: unde tunc ruſticus ex influxu habitus fidei, credet fide divina incarnationem filii, & fide humana incarnationem falſam Spiritus; & imperata quidem a voluntate aliqua naturali, non a pia adfectione credendi, nam haec eſt eſſentia ſua efficax, ſeu connexa ſaltem phyſice cum actu fidei divinae. Ad prob: ſic tunc diſſentiens non commiteret haereſim formaliter, quia non diſſentitur Myſterio revelato, ſed ex conſequenti, quatenus nempe animo paratus eſt ad diſſentiendum revelatis, ſimillimo modo propoſitis. Teneretur et vero credere falſam incarnationem propter aliquam adplicationem regulae divinae legis.

22 Ad 2. *D. Ma.* fide abſoluta credimus, *N.* conditionata, ſic tendente, *credo, Chriſtum eſſe ſub hac Hoſtia, ſi ſit rite conſecrata, qualem eſſe prudenter exſiſtimo*, *C.* Haec, & aliae id genus conditiones ſubintelliguntur virtute in pleriſque virtutum actibus. Et *N. Mi.* de fide conditionata.

23 Ad 3. *C. A.* (y) Minime quippe repugnat, quod cauſſa ex ſe verum intendens, per adcidens, ex prava mentis adplicatione, & ob concurſum alterius concauſae vitioſae concurrat partim relate ad effectum vitioſum, ſeu ad actum falſum. Siquidem Deus concurrit cum creatura ad actum malum, & facultas progrediendi cum crure vitiato ad claudicationem. Porro illa concluſio exigit per ſe ſyllogiſmi praemiſſas, quae tamen, ex ſe aliunde indifferentes ad eam concluſionem, ipſam duntaxat inferunt, & exigunt ob adcidentalem concurſum ex munere praemiſſarum. Et *N. Con.* ob rationem primae prob. adjectam. Ad 4. *N. Ma.* ob rationem minoris. Chriſto nato, ſolum poterat eſſe fides de eo, quod Chriſti nativitas foret utcumque promiſſa. (z)

24 Obj. *ſecundo* contra 111. Adſ. Obſcuritas non eſt adtributum intrinſecum fidei. Nam 1.° poſſunt conſiſtere materia & ratio formalis fidei, ſecluſa obſcuritate. 2.° poteſt quis aliquid aſſerere propter Dei auctoritatem, & revelationem evidenter cognitas. 3.° habitus fidei poteſt elicere adſenſum evidentem circa ſuam materiam, e. g. circa Dei exſiſtentiam: ergo etiam circa rationem formalem relate ad eam exſiſtentiam. Quandoquidem PP. cum Greg. (a) potius

(y) Cum *Suar.* d. 6. ſ. 5. n. 4. *Rip.* t. 1. d. 56. per tot. *Del.* d. 4. ſ. 7. a n. 110. *Suar.* cit. *Del.* d. 4. a n. 90. *Con.* d. 10. dub. 4. per tot. *Rip.* cit. d. 2. q. 1. ſ. 4. §. 2.

(z) Conf. *Th.* heic q. 1. a 3. per tot.

(a) Hom. 26. in Evang.

tius videntur exigere obſcuritatem erga materiam, quam erga rationem formalem.

25 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* poſſunt conſiſtere in ſtatu apto ad fidem difficulter exſercendam, qua ſcilicet mens captivam ſe prodat, *N.* ſecus, *C.* Ad 2: illa adſertio eſſet actus fidei altioris ordinis, qualem adtribuunt nonnulli Chriſto, Deiparae, multis Prophetis viatoribus, ipſiſque Coelicolis, quippe qui cum evidentia in adteſtante praeſtant Deo obſequium, etſi non merentes, credendo ejus teſtimonium. Sed illa tamen fides differt ſpecie a noſtra communi fide viatorum, de qua eſt quaeſtio. Ad 3. *N. Con.* Actus evidens penes materiam, eſſet inevidens penes rationem formalem: quare aliqua intercederet obſcuritas: at evidens in adteſtante, eſſet penes utrumque evidens; quare nullam includeret obſcuritatem. PP. exigunt obſcuritatem erga materiam, non abſolutam, ſed reſpectivam, quatenus actus eſt adſenſus materiae evidenter cognitae propter rationem formalem obſcure propoſitam. (*b*)

26 Obj. *tertio*. Nequit adſenſus fidei conjungi cum ſcientia, aut evidentia circa ſuam materiam, prout a ratione formali diſtincta concipitur. Nam 1.° in Patria, ubi eſt viſio Dei, fides propria non permanet. 2.° ex oppoſito fieret, quod idem actus eſſet ſimul liber & neceſſarius; naturalis & ſupernus; clarus & obſcurus: quae plane repugnant. 3.° fieret etiam, quod fides atque haereſis in idem Myſterium conjungi poſſent in eodem intellectu: quod nimis abſonum. 4.° ex Hebr. 11. fides eſt *argumentum non adparentium*.

27 ℞. *N. Adſ.* Poteſt mens moveri ex multiplici ratione formali ſeorſim ſufficiente, & adaequata per eundem actum; quemadmodum poteſt idem actus voluntatis, e. g. auditio Sacri ex ratione multiplici, ſcilicet religionis, obedientiae, voti. Ad 1. prob: non permanet, quia minus conſentanea eſt ſtatui beato, cum quo tamen poſſet naturaliter conjungi, Deo ſcilicet loquente Beatis per revelationem obſcuram id ipſum, quod palam intuentur in Deo.

28 Ad 2: ille actus virtute multiplex ob multas formalitates, eſſet ſimul liber ac merens ex capite fidei, & neceſſarius ab evidentia, quam ſcientia importat: ſupernus item ex ratione fidei, & naturalis ratione vitalitatis: demum clarus aliqua, non omnigena claritate, ſcilicet reſpectu ſingillatim habito ad rationem ſcientificam; & obſcurus aliqua, non omnigena obſcuritate, nempe comparate ad revelationem obſcure propoſitam. In his nulla quidem repugnantia.

29 Ad 3. *N. A.* Fides, & haereſis in idem Myſterium ſunt adſenſus, & diſſenſus de eadem re, per quos utique ſimul judicaret intellectus, idem eſſe verum, & falſum, quod repugnat ab intellectu fieri, etiam per diverſa media: at nullo ex capite repugnat, quod per duplicem adſenſum, unum altero clariorem ex diverſis

Tom. VI. E ratio-

(*b*) Conſule ſis cit. *Suar.* d. 3. ſ. 8. n. 27. *Del.* d. 2. a n. 12. *Amic.* heic d. 2. ſ. 5. *Valentiam* heic t. 3. d. 1. q. 1. pun. 4. §. 1.

rationibus judicet intellectus rem exſiſtere. Ad 4. *D A. non adparentium* ex capite fidei, *C.* ex altero capite ſcientifico, *N.* Fides eſt de non viſis formaliter, etſi poſſit eſſe de viſis materialiter, ut ajunt, aut ſaltem inſimul per alium evidentiae actum. (*c*)

30 Obj. *quarto* contra partem 2. Adſ. IV. Non eſt major certitudo adhaeſionis in actu fidei, quam in actu ſcientiae naturalis. Nam 1.° adhaeſio in actu fidei ſolum eſt moralis, & in actu naturali evidente eſt phyſica, ſeu metaphyſica. 2.° ſaltem aeque repugnat falſitas actui adſerenti prima principia, ac fidei actui.

31 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. Conſ.* non eſt phyſice, aut metaphyſice major, *C.* quia haec major certitudo ſolum deſumitur ex vi removendi formidinem cum deliberatam, tum indeliberatam: non eſt major praelatione mentis ex imperio voluntatis, *N*, quia haec ſumitur a firmiore prudente adhaeſione actus ad veritatem revelatam. Hanc autem habet adſenſus fidei, quia ita prudenter ſuae adhaeret rei, ut prudenter contemnat quidquid ei vel phyſice, vel metaphyſice adpareat adverſari. Ad 2. *Eſto A.* Et *N. Con.* Voluntas poteſt imperare adſenſum firmiorem, quam ſit firmitas in actu ſcientifico, ad quam mens ab evidentia rei determinatur. (*d*)

32 QUAESTIO Adpendix. Quid ſit, & in quo conſiſtat Analyſis, ſeu reſolutio fidei, quae videlicet ea ratione nobis deſervit ut de ipſa fide adcuratam rationem reddamus? ADSERO I. Eſt reſolutio, vel mentis regreſſus, quo fidei adſenſus ad ſua principia reducitur, & veluti reſolvitur in continuam ſeriem rationum, a quibus gignitur, adſcendendo ab ultima, donec deveniatur ad primam, in qua demum quieſcat intellectus.

33 II. In negotio fidei triplicem nos ſtatum conſideramus. Primus reſpicit fidei initium, ſitum in propoſitione ſignorum credibilitatis: ſecundus ejus progreſſum, qui fit per piam adfectionem credendi: tertius ejuſdem finem, aut conſummationem, quam importat adſenſus erga veritatem revelatam. Fides itaque in 1.° *ſtatu* conſiderata, ultimo reſolvitur in ſigna credibilitatis. Quia haec impellunt tanquam vera ratio formalis, in qua ultimo fundatur judicium credibilitatis. Deinde conſiderata in ſtatu 2.° reſolvitur ultimo in honeſtatem, propter quam voluntas per piam adfectionem imperat adſenſum fidei. Quia haec adfectio ultimo fundatur in honeſtate quae relucet in captivando intellectum in obſequium divinae authoritatis revelantis. Tandem in 3.° ſtatu conſiderata, ultimo reſolvitur in divinam authoritatem & ravelationem, ita ut Myſterio adſentiatur quis propter authoritatem & revelationem, iis vero propter ſemet ipſas adtactis. Quoniam adſenſus ultimo in iis fundatur, quin ulterius progredi poſſit intra limites fidei propriae atque perfectae. (*e*) *OB-*

(*c*) Conſ *Suar.* cit. ſ. 9. a n. 28. *Val.* cit. §. 2. *Del.* d. 2 a n. 53. & 82. & 98. & 115. *Plat.* cit. a n. 64. ad 82.

(*d*) Pluribus haec elucidant cit. *Suar.* d. 6. ſ. 5. a n. 9. & 13. *Del* d. 6. a n. 45. *Rhod.* de fide q. 3. ſ. 3.

(*e*) Faveut. *Gut. De la ſal* heic d. 4. a n. 12. & 87. *Rhod.* d. 2. q. 1. ſ. 3.

OBJECTIONES.

34 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Licet haec de triplici fidei reſolutione vera eſſent, incidimus tamen in circulum vitioſum, dum credimus authoritatem infallibilem Scripturae propter authoritatem infallibilem Eccleſiae, iſtamque viciſſim propter authoritatem infallibilem Scripturae. *Secundo*. Qui audiat, te credere Sanctiſſimae Euchariſtiae myſterium propter Dei revelantis authoritatem, ac inſuper iſtam credere propter ſe ipſam, quin aliud reponas; minime quieſcet, quum iterum poſſit quaerere, cur credas Dei authoritatem; ac deinde unde tibi conſtet fuiſſe revelatum myſterium: ergo ultima reſolutio, in qua quieſcat intellectus, non eſt authoritas, & revelatio. *Tertio*. Divina authoritas, & revelatio non ſunt per ſe ex terminis notae: ergo nequit intellectus illis proxime, & ultimo adſentiri propter ſe ipſas.

35 ℞. Ad *primum*. *N. Adſ.* Credimus authoritatem ſcripturae propter authoritatem eccleſiae, non quidem prout haec conſtat nobis ex ſcriptura, ſed ex ſignis, aut notis verae eccleſiae, quae porro fidem gignunt in primo ſtatu conſideratam; atque hujus deinde credimus authoritatem propter authoritatem ſcripturae, quae eſt ipſa Dei revelatio, atque adeo ratio formalis fidei conſummatae, ſive in ſtatu tertio adceptae. Adde quod eccleſiae proponentis authoritas nullatenus induit rationem formalem credendi ex dicendis; tum quod eadem debet eſſe ratio formalis credendi utramque authoritatem. Quum ergo unam hoc modo probamus, alio alteram, idem minime per idem probamus; atque adeo abſque ullo circulo, quem vitioſum dicunt. Ad *ſecundum*. *D. A.* minime quieſcit intra terminos fidei in ſtatu tertio adceptae, *N.* quia haec non habet aliam impulſionem intrinſecam, quam ſuam rationem formalem: intra terminos fidei vel in ſtatu primo, vel in ſecundo adceptae *C.* quia haec rationibus aliis formalibus gaudet. Ad *tertium*. *N. Con.* Licet non ſint per ſe notae, poſſunt per ſe primo adtingi: & plane ad hoc ipſum ut ita adtingantur, proponuntur per judicium credibilitatis.

COROLLARIA.

36 I. Ex iis planum erit vitare circulum. Quare rogatus 1.°, cur judicas, Myſterium eſſe credibile? dicitur: quia ſigna, & argumenta ſuadent evidenter Myſterii revelationem. Rogatus 2.° cur vis illud credere? dicitur: quia honeſtum, & neceſſarium eſt captivare intellectum in obſequium Dei loquentis. Rogatus 3.° cur illud credis? dicitur: quia Deus, quem aliunde certo exſiſtimo ſumme veracem, & ſapientem, illud revelavit. Ac ita quidem totum fidei negotium brevi, & ſolide confectum eſt.

37 Quod ſi rurſum a doctore cogaris explicatius regredi ab ultimo fidei termino uſque ad primum, ſic reſpondeas. Ideo mens mea adhaeret huic veritati, quod ſit a Deo revelata: ideo ſcio eſſe revelatam, quod eam tanquam a Deo revelatam eccleſia pro-

ponat: ideo adhaereo eccleſiae propoſitioni, quod ejus infallibilitas in ſcriptura contineatur: ideo adhaereo ſcripturae, quod ſit Dei verbum: ideo certus ſum, eſſe Dei verbum, quod ad id tam evidentibus ſignis credibilitatis adducar, ut plane ſtultus ſit, qui ejuſmodi notis non moveatur.

38 II. Hic ille famoſus eſt circulus, quem nobis feſtive irridentes, *Pontificium* declamant vulgo Reformati cum *Paraeo* (*f*) & Arminiani cum *Limborchio* (*g*) Verum enim vero ſatis ille ſuperque ex diſputatis exploſus eſt. Quin immo ille idem nobis imputatus circulus in imputantes merito regerendus eſt ubi pro teſtimonio Eccleſiae, quo nobis Scripturae auctoritas innoteſcit, privatum internum ſubſtituunt divini Spiritus teſtimonium, quod menti Scripturae auctoritatem ex caracteribus eidem impreſſis perſuadet.

39 Siqnidem ex eorum doctrina, eſſe talem Spiritum certo nullus intelligere poteſt, niſi ex Scriptura, & Spiritus ſuggeſtio etiam ad Scripturam ceu lydium lapidem exploranda eſt: praecognoſci ergo debet Scripturae auctoritas priuſquam certus quis eſſe poſſit, teſtimonium, quod in corde ſentit, Spiritus ſancti teſtimonium eſſe; alias ad Enthuſiaſmum via panditur. Jam ſi illi quaerantur unde cognoſcant Scripturam eſſe divinam? repondent: ex teſtimonio interno Spiritus ſancti; & ſi rurſum premantur: unde intelligant, teſtimonium illud, quod in corde ſentiunt, divini Spiritus inſtinctum eſſe, reſpondebunt abſque dubio: ex Scriptura. En itaque *Circulum Calviniſticum*, quem in ipſum Paraeum, objicientem noſtratibus Pontificium ingenioſe retorquet *Becanus* (*h*) citato. *Limborchio* teſte laudante & conſentiente. Rurſum alias de hoc in nos contorto circulo. (*i*)

§. III.

De materia Fidei.

40 QUAESTIO I. Quaenam ſit materia proxima fidei? Adsero. Generatim eſt omnis veritas a Deo revelata in Verbo ſcripto & tradito contenta, itemque quidquid deinceps Deus revelare dignetur. Quia enim omnis ejuſmodi veritas adficitur abſque dubio ratione formali divinae fidei, ſcilicet authoritate Dei loquentis; & eſt per ſe ſe proxime adtingibilis per actum fidei. Et hoc quidem ſenſu *ſupra* (*k*) jure praeſtituimus, myſteria ſuperna eſſe materiam, in qua verſatur religio certo vera. Quod autem Deus ſit materia primaria, novit optime *Aug.* quum ajebat (*l*) fidei *primum & maximum officium eſſe ut in unum Deum credatur*. Nec ullus, puto, rem adeo perſpicuam audeat in dubium vertere.

QUAE-

(*f*) In Theol. ubi de Eccleſia.
(*g*) In Theol. chriſt. l. 1. c. 4. §. 13. ſqq.
(*h*) Lib. de circulo Calviniſtico.
(*i*) In Theol. polemica fundamentali, ubi de Eccleſia.
(*k*) Ad Tom. V. p. 75.
(*l*) Civ. l. 4. c. 20.

41 QUAESTIO II. Qua ratione Myſteria ſuperna in Symbolis eccleſiaſticis, quibus credendorum ſumma continetur, tradantur? Symbolum, omiſſo multiplici hujuſce nominis etymo (*m*) in praeſentiarum nihil aliud eſt ex *Auguſt.* (*n*) quam *breviter complexa regula fidei, ut mentem inſtruat, nec oneret memoriam, paucis dicitur, unde multum adquiratur*, hoc eſt ſumma brevis praecipuorum myſteriorum, quae fide ſancta credenda ſunt, fidelibus ceu ſignum profeſſionis ſuae propoſita. Et triplex quidem ejuſmodi ſymbolum circumfertur, nimirum Apoſtolicum, quod incipit *Credo in Deum*, Nicaenum, alias etiam Conſtantinopolitanum (quia nempe quod C. Nicaenum concinnavit, Conſtantinopolitanum II. tantiſper auxit) cui initium *credo in unum Deum*, Athanaſianum cum exordio *Quicumque vult*.

42 Adsero jam. Percommode ac ſufficienter traduntur in ſymbolis ceu materia neceſſaria atque praecipua noſtrae fidei; quidquid in ſymbola ceu penitus ſupervacanea invehatur *Lutebrut*, quoniam, inquit, ad credendum ſcriptura ſufficit abſque additione ſymboli. Atque adeo convenientiſſimum fuit ſymbola haec ab eccleſia proponi & uſurpari. (*o*) Siquidem myſteria, quae materiam ſubſtantialem praeſtant fidei, in unoquoque ſymbolo in finem ſuum, & in ſingulis deinceps tribus in omnes fines ſimul adceptos percommode ac ſufficienter continentur. Nimirum Apoſtolicum ad inſtructionem ſubſtantialem quorumcumque fidelium inſtitutum eſt; Nicaeno-Conſtantinopolitanum ad refutationem haereſum; Athanaſianum ad uberiorem myſteriorum explicationem. (*p*) (§)

OB-

(*m*) Quod videre poſſis ap. *Ger. Jo. Voſſium* de trib. ſymbolis diſſ. 1. §. 1. *Gottum* de verit. demonſtr. chr. relig. tr. 2. de authorit. libror. rel. chr. c. 6. n. 3. 2. *Rufin.* in expoſit. ſymboli ſub init. *Iſidor.* de eccl. offic. l. 2. c. 22. *Innocent.* P. III. de myſter. Miſſae l. 2, c. 49. *Nat. Alex.* ad Sec. I. diſſ. 12. & alios.

(*n*) Serm. 213. alias 119. in tradit. ſymboli 2. ſub init.

(*o*) Si *Suarezium* audias in tr. de fid. d. 2. ſ. 5. n. 3. poſtrema haec Adſerti particula fide ſancta eſt.

(*p*) Plura in hanc rem excipere poſſis ex *Rufin.* comment. in ſymbol. ad Laurentium, *Aug.* ſerm. 181. de temp. *Alenſi* p. 3. ſummae p. 69. memb. 2. *Thom.* 2. 2. q. 1. 2. 6. & 8. *Suar.* cit. *Amic.* de fide d. 1. 2. n. 63.

OBSERVATIO.

(§) UBI de ſacroſanctis eccleſiae ſymbolis comparate ad Myſteria ſuperna ſermo eſt, omiſſis aliis, quae plena manu dabunt Tractatores de ſymbolis, ut ſcholae hodiernae morem geramus, diſquirendum nobis eſt in Authores ſymboli Apoſtolici ac deinceps Athanaſiani; de aliis quippe compertum omnibus eſt ab Synodo Nicaena I. & Conſtantinopolitana II. fuiſſe condita.

Ergone, ut a primo exordiamur capite, ſymbolum, quod vulgo Apoſtolicum audit, authores habuit eosdem Domini Apoſtolos? Negant quidem acriter omnes ad unum, quos viderim, Proteſtantes cum *Chamiero* de controv. relig. l. 9 de canone c. 10. *Ittio* in Baron. ad an. 44 §. 6. 7. *Voſſ.* cit. diſſ. 1. §. 2. ſqq. *Lavater* & *Parker.* utruque in l. de deſcenſ. Chr. ad inferos ap. cit. Voſſ. §. 8 *Turreti* in theol. t. 3 loco 18. q 30. § 6 *Sam Baſnag.* in annal. an. 42. §. 18. ſqq *Burman.* theol. t. 2. l 7. c. 2. *Budde.* theol. l. 1. c. 1. ſub § 32. p. 41. & alias: ac e noſtris noviſſime unus, quem ſciam, *Dupinius* in bibliot. t. 1. ubi de operib. Apoſtolor. p. 29. ſq. rurſumque

in

OBJECTIONES.

43 Obj. In hiſce ſymbolis haud elucet ſufficientia doctrinae. Nam 1.° ex Hebr. 11. 6. primum omnium oportet credere Deum exſi-

in vindiciis contra *Petitdier* c. 4. §. 1. ad biblioth. quibus mihi ferme praeiviſſe videntur ubi authorem ſymboli neſcire adfectant, & *Eraſm.* praefat. in paraphr. S. Matthaei, & *Calvin.* inſt. l. 2. c. 16. ſect. 18. & *Graeci Praeſules* ap. C. Florentin. ex act. ejuſd. C. par. 2. collat 13. & *Polid. Virgil.* de invent. rer. l. 5. c. 12. & *Laur. Valla* l. 4. invect. contra Poggium.

Ii vero quamvis conjecturas & argumenta negantia pro parte ſua congerant multa, prae primis Voſſ. & Baſnag., at ne vel unum quidem ex veteribus, aut etiam ex antiquitate forſan univerſa ad uſque Seculum XVI. teſtem producere poſſunt, qui expreſſe ſymbolum abjudicarit Apoſtolis: quocirca contra totam antiquitatem illos pugnare dixeris.

Symbolum quippe Apoſtolis diſerte vindicaſſe feruntur *Iren.* l. 1. c. 10. *Tertull.* l. de praeſcript. c. 13. 31. 37. una cum l. de vel. virg. c. 1. *Lucif.* Calaritan. l. 2. adv. Conſtantium Imp. & l. de non conveniendo cum haeret. *Ambroſ.* l. 1. epiſt. 7. ad Siric. P. *Coeleſtin.* P. I. epiſt. ad Neſtor C. *Epheſin.* in relatione ad Theodoſ. Imp. de Neſtorii depoſitione, *Leo* M. epiſt. 13. ad Pulcher. & alias ſaepiſſime, quod notavit Queſnell. ad ejus opera diſſ. 14. §. 1. *Hieron.* epiſt. 61. ad Pammach. *Rufin* Aquilej. ac *Iſidor.* proxime citt. *Caſſian.* de Incarnat. l. 6. c. 3. 4 *Chryſol.* ſerm. 57. ſqq. in ſymbol. Apoſt. *Venant.* *Fortun.* praef. expoſit. ſymboli, *Maxim.* Taurin hom. de tradit. Symboli, *Ether.* & *Beat.* l. 1. contra Elipand. *Hincmarus* Remenſ epiſt. ad Presbyt Parochiae Remenſ. n. 5. ap. Harduin. in collect. CC. t. 5 col. 416. *Joan Diacon.* epiſt. ad Senarium, quam edidit Mabill. in Muſ Ital t. ... p. 69. edit. Pariſ. 1724 *Ordo Romanus* in praefat. ſymboli recitandi ante adminiſtrationem baptiſmi ap. *Hittorp*

Tum alii Scriptores veteres, ut puta vulgatus *Clem* epiſt ad Iacob. fratr. Domini, vulgatus *Ambroſ.* ſerm. ult. de jejunio Eliae, vulgatus *Auguſt.* ſerm 115. de tempore. Ut taceam reliquos noſtratum ferme omnes, ni fallor, ubi in hancce quaeſtionem incidunt, qui deinceps hac duce majorum traditione in eandem ſententiam, quidquid adverſarii juniores obſtrepant, religioſe conceſſerunt.

Ratum itaque prudenti cuicumque viro ſit, Apoſtolos eo collecto ſymbolo regulam fidei, non ſcripto, ſed eloquio, communique conſenſione eccleſiae tenendam tradidiſſe: & quidem vel ſub iis, vel ſub illis loci, temporis, modi conditionibus (quae plane omnes nimium obſcurae ac incertae ſunt) illam concinnaſſe

Qui tamen ſecus opinantur, plura opponunt cum citt. *Voſſio, Baſnag. Dupin.* e quibus haec praecipua ſunt. 1.° mirum porro, nec librum ullum canonicum, nec PP. Nicaenos quum ſymbolum condere adgreſſi ſunt nec ſcriptorem unum aliquem per IV. priora ſecula ſacerrimi hujus Apoſtolorum foetus meminiſſe 2.° credi nequit apud varias eccleſias hoc ſymbolum mutationes & additamenta ſubſtinuiſſe, ſi pro foetu apoſtolico habitum ſit: et vero tum ſymbolum Romanum, Aquilejenſe & Eccleſiarum Orientalium haud paucis diſcrepabant, ut videre eſt ap. *Uſſer.* in opuſc. de ſymbolis, ac prae ceteris in apoſtolico deſunt articuli de deſcenſu Chriſti ad inferos, de eccleſia *catholica*, de vita aeterna, de communione Sanctorum.

Tum 3.° Nihil ſane dignius & magis canonicum, ac ſymbolum fidei univerſae a toto Apoſtolico coetu concinnatum; igitur in canonem ſacrarum ſcripturarum referri debuit; illud quippe Apoſtoli inerranter Deo adſtante, ſine dubio concinnarint, non ſecus ac alia, quae ſcriptis mandaſſe novimus. 4.° Patres veteres qui adferuntur pro foetu apoſtolico, intelligi ſolum debent loquuti de ſymbolo, quod vulgo nomen Apoſtolorum praeferebat, eorum quippe nullus ante Rufinum adſeruit perſpicue, Apoſtolos illud in communi exaraſſe: quin immo Rufinus adſertum ſuum ceu nudam opinionem, quae falſo ſubeſſe poteſt, commentario expoſuit.

Ad haec vero reponimus 1.° non omnia, quae geſta ſunt ab Apoſtolis, & ab ipſis inſerenda fuerunt ſcriptis ſuis canonicis; alias de authoritate ſacrarum traditionum actum eſſet: nec Patres deinde Nicaeni unum aliquod commemorarunt ſymbolum; at vero quod aliquod unum a pri-

exſiſtere ac remuneratorem eſſe: at neutrum exhibent ſymbola. 2.° Ss. Euchariſtiae myſterium videtur maxime neceſſarium ad credendum,

primis ſeculis conditum in uſu fuerit apud catechumenos & fideles, fatentur Proteſtantes cum Calvino, Baſnag. Voſſ. Budd. tum quod ſingulae ferme privatae eccleſiae ſuum haberent, ac profiterentur, adſerit Dupin: demum e iv. prioribus ſeculis adſertores nobiſcum habemus quos ſupra indicavimus, ab Irenaeo adusque vulgo Ambroſium, vulgato Clemente adjecto.

Tum 2.° ejuſmodi mutationes & additamenta argumento ſunt, quod idem ſymbolum apoſtolicum apud eccleſias quae illud mutarunt aut locupletarunt, obtinuerit; quia enim reliquos ex eodem articulos retinuerunt: quum autem non ſcripto, ſed voce traditum illud ſit ab Apoſtolis, non mirum mutationes, additionesque ſubiiſſe, quum ipſum ſub uno dictatum idiomate vel ſyriaco, vel graeco, permultisque intermediis teſtibus, qua rudibus, qua perdoctis, in diverſa idiomata vertendum, retinendumque fuerit ſub nomine ſymboli apoſtolorum.

Item 3.° ſymbolum voce ac praedicatione perſonaliter in omnes terras deportandum erat ab Apoſtolis; quocirca licet materiam maxime neceſſariam praeſeferret, ſcripto mandari non oportuit; quippe ſcriptura in ſupplementum praeſentiae perſonalis adhiberi conſuevit.

Demum 4.° quod plerique ſaltem ex veterrimis, qui adduci ſolent, Patribus loquuti ſint de ſymbolo, quod re ipſa putarint ab apoſtolis traditum eſſe, maxime fit veriſimile ex eorum orationibus, iſtarumque contextibus heinc inde rite & adcurate perpenſis, tum ex commentatione omnium ferme poſterorum noſtratum, qui Patres in eum ſenſum loquutos eſſe haud temere intellexerunt. Exinde vero minime putamus ſententiam noſtram eſſe articulum fidei, dicimus tamen, eam certam eſſe, tanta utique traditionis authoritate ſuffultam; atque adeo certam, ut adverſariorum objectiones quantumcumque ſubtiles, ei revincendae impares ſint.

Quae paucis delibavimus fuſius perſequuntur alii: e. c. *Rufin.* cit. *Nat. Alex.* ad ſec. 1. diſſ. 12. *Gotti* de verit. rel. chr. t. 1. tr. 2. c. 6 *Bona* rer. liturg. l. 2. c. 8. §. 1. cum not. Rob. Sala, *Matthae. Petitdier* in animadverſ. in biblioth. Dupinianam t. 1. c. 2. §. 2. *Jo. Franc. Madriſius* diſſ. de ſymbolo fid. *Jo. Blanchin.* enarrat. pſeudo-athanaſiana in ſymbolum, *Henric. Vicus* de deſcenſu Chriſti ad inferos, *Gazzaniga* in prael. th. t. 4. diſ. 3. n. 129. poſt cit. *Suarezium* tr. de fide d. 2. ſ. 5. alioſque de ſchola Theologos.

De vocula *Filioque* olim adjecta ſymbolo *ſupra* diſputavimus Tom. II. p. 478. ſq. in Obſervat. Ea recole ſis.

Quod praeterea ſymboli vulgo Athanaſiani authorem ſpectat, tot, tamque praeclari atque eruditi viri hoc argumentum illuſtrarunt, ut illud pene exhauſiſſe dixeris. Nihilo ſecius facilius definiri poſſe videtur quis ille non fuerit, quam qui fuerit reipſa. Porro ex antiquioribus cohors propemodum innumera ſymbolo authorem magnum Athanaſium vindicant. Sic enim (ut veterrimos mittam, quos habes ap. *Montfauc.* proxime laudandum) *Thom.* 1. p. q. 1. a. 10. ad 3. & q. 10. a. 2. & q. 29. a. 3. & q. 36. a. 2. & alias, *Legati* Conſtantinopolim a Greg. P. IX. ad Graecos cum Latinis conciliandos ap. Bzov. ad an. 1233. *Otho Friſingenſ.* in chron. l. 4. c. 27. *Man. Caleca* l. 2. contra Graec. c. 20. p. m. 173. *Durand.* rat. div. offic. l. 4. c. 25. *Beleth* div. off. c. 40 *Eugen.* P. IV. in inſtruct. ad Armenos, *Gennad. Scholar.* in l. pro C. Florent. ſect. 1. c. 1. ſuffragantibus Eccleſiis non modo Latinis, ſed etiam Conſtantinopolitana, Serviana, Ruſſica, Bulgarica, Moſcovitica ap. *Jo. Cazanov.* epiſt. 1. ad Calvin.

Tum ex recentioribus *Suar.* proxime cit. *Baron.* ad an. 340 n. 11. ſqq. *Bellarm.* de ſcript. in Athan *Poſſev.* adpar. in Athan. *Serar.* in diſſ. ſingulari, *Macedo* theol. poſit. ſchol. coroll. 4. *Bona* l. de d. v Pſalmod. c. 16. *Annat.* adpar. ad Theol. l 4. ar. 17 *Jo. Bapt. Deſbois* in addit. ad Bellarmin. de Chriſto l. 2. c. 25. Ex noviſſimis demum *Graveolaſius* diſſ ſingul. gallica de an. 1730. *Jo. Andr. Tipaldus* in duce ad veram Chriſti eccl. par. 2. art. 4. de an. 1754. quibus, neſcio quo conſilio, adſectare videtur adcedere *Merat.* in Gavant. t. 2. p. 386. col. 1. ſub fin. de an. 1738

Ait autem haec ſententia cum *Baron.* quod Athanaſius inter illa cum Euſebianis diſſidia Romae commorans an 340. fidei ſuae profeſſionem eo ſymbolo concinnavit latio

dum, & unum quidem eſt ex difficillimis; at nihilhominus in ſymbolis non proponitur.

℞. *N.*

latine, recitavitque coram Julio P. eique adſidentibus; ſed ipſum tamen deinceps in ſcriniis privatis diu delituit. Nonnulli vero cum *Duran.* ferunt illud Athanaſium exaraſſe Treviris, ubi poſt ſynodum Tyriam ſexſennio in puteo latitans exſulavit.

Sententiam probant 1.° ex conſenſu Doctorum veterum & eccleſiarum, quibus hucuſque ſymbolum ſub nomine Athanaſii pie ac religioſe receptum eſt. 2.° e nonnullis mſſ. pervetuſtis, quae reperta ſunt idem ſub nomine S. Doctoris referre. 3.° ex *Nazianz.* qui orat de laudib. Athan. loquens de ſymbolo, quod una cum quadam epiſtola Joviano Imp. miſit, ait, „ atque Imperatori donum vere regium ac „ magnificum offert „ 4.° ex *Auguſt* ajente in Pſ. 120. 6. „ de hoc ſolo Pater Atha- „ naſius Alexandrinus Epiſcopus ita pul- „ cre loqutus eſt; filius Dei a Patre ſolo „ eſt, non factus, nec creatus, ſed geni- „ tus „ quibus pleraque ſubdunt ſententiis ſymboli conſimilia, ex l. 5 de Trin. c. 8. ex enchir. c. 35. ſq. ex ſerm. 195.

Ceterum haec aliis facile diſpelluntur. Nam 1.° permulta hiſtorica narrarunt veteres, quae adcuratius junioribus expenſa, falſa cunctis deinceps habita ſunt; pluraque etiamnum apud libros eccleſiaſticos legimus, adſcripto Auguſtini, Chryſoſtomi, aliorumque Patrum nomine, quae ipſis Critici graviores communi conſenſione merito abjudicant.

Tum 2.° ejuſmodi codices aut nomen Athanaſii non praeferunt, aut non videntur ab antiqua manu conſcripti, aut non ſunt cum iis comparandi, in quibus ſymbolum non reperitur, ſive numerum ſpectes, ſive antiquitatem. 3.° cit. *Nazianz.* nullam ibi reſpicit privatam fidei confeſſionem, ſed duntaxat ſymbolum Nicaenum, quod ſimul cum epiſtola dogmatica miſit Athanaſius Joviano. Symbolum Nicaenum ab illo emiſſum teſtantur *Theodoret.* hiſt. eccl. l. 4 c. 3. & *Niceph.* l. 10. c. 42 4.° verba illa in textum Auguſtinianum illegitime intruſa ſunt; quippe quae in mſſ. quibuſque deficiunt, ſi credas Editoribus operum Auguſtini Lovanienſibus, & Maurinis; ac parallela illa ſententiarum aeque probare poſſunt, eas authorem ſymboli ab Auguſtino mutuatum eſſe.

Iis ita ſolutis, haec ulterius oggerunt in eandem ſententiam. 1.° ſymbolum viri latini foetum quis non credat? 2.° illud vel ne citatum quidem repereris apud opera genuina Athanaſii. 3.° non eſt cur Romae facta ſit profeſſio fidei coram Julio, quum nunquam de doctrina ſit adcuſatus S. Doctor: quod ſi Romae facta ſit, in ſcriniis pontificiis abſque dubio adſervata eſſ; cur itaque non comparuit uſque modo?

Tum 4.° conſcriptio ſymboli in puteo Trevirenſi fabuloſa eſt, nata ex Rufino, ajente in hiſt l. 1 c. 18. Athanaſium ſexſennio ſicca in ciſterna latuiſſe; quod quidem contigiſſe in Aegypto compertum eſt. 5.° Athanaſius epiſt. ad Antiochenſ. & alias teſtatur procul ſe fuiſſe a condenda nova fidei formula, contendens utique ſemper, ſymbolum Nicaenum ſuis omnibus numeris abſolutiſſimum eſſe. 6.° ſymboli verbis apertiſſime refutantur haereſes Eutychetis, Neſtorii, Monothelitarum, poſt Athanaſium ſubortae; quin & Patres, qui poſſent iſtas uno adlato ſymbolo penitus jugulare, hoc omnino tacuerant. Nec ipſum quidem citius reperias citatum quam apud certos canones Aeduenſes a Sirmondo editos, de an. 670. aliis 673.

Ergo ejuſmodi ſymbolum Athanaſio incunctanter abjudicandum, quae vulgatiſſima eſt inter Theologos & Criticos hodiernos ſententia, qui porro quae nos ſummis labris, ut ajunt, libavimus, pluribus illuſtrant.

E. c. *Jo Ger. Voſſ.* de trib. ſymbol. diſſ. 2. qua primus omnium, *reor*, hanc partem egregie promovit, *Godefr. Hermant* in elucidation. in vitam S. Athanaſ. ad l. 5. c. 7. *Queſnell.* ad opera S. Leon. diſſ. 14. n. 12. *Bollandiani* ad tom. 1. Maji in adpend. p. 757. *Montfaucon* in diatribe de ſymbolo *Quicumque* ad t. 2. oper. S. Athanaſ. p. 719 *Anthelm.* diſſ. ſingul. c. 1. *Petr. Pithoeus* l. de proceſſ. Spir. S. *Nat. Alexand.* ſec. IV. c. 6. ar. 8 §. 9 *Dupin* bibl. ad ſec. IV. in Athanaſ.

Tum *Heidegger.* t. 2. ſelect. diſput. diſſ. 18. *Oudin* de ſcript. eccl. t. 1 p. 345. *Tillem* t. 8. nota 34. *Lequien* diſſ. damaſcen. 1. n. 17 *Bertius* theol. l. 8. c. 8 *Juenninus* inſt. t. 6. diſſ. 4. c. 2. ar. 3. § 4. *Balleriniï* ad opera S. Leon. t. 3. in diſſ. 14. Queſn. §. 3. Cl. *Lazerius* in exercit. de antiq. formul. fidei, earumque uſu n. 4. *Gazzani-*

44 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Deum exſiſtere ſatis docetur in ſymbolo ſub initium, quum dicimur credere in unum Deum, vel in Deum Patrem omnipotentem; quippe qui ait Deum eſſe unum, aut eſſe Patrem, Deum exſiſtere plane fatetur. Deinde Deum eſſe remuneratorem ſatis perſpicue continetur ſub articulo de judicio futuro, ſeu de vita aeterna. Ad 2: myſterium Ss. Euchariſtiae ad mentem *Angelici* (*q*) ſub articulo de omnipotentia, ſeu de incarnatione comprehenſum eſt:, hoc tamen alus valde implicitum eſt, quum oporteat explicite credere illud, quod prae ceteris *myſterium fidei* antonomaſtice nuncupatur. (*r*) Cenſeo cum aliis TT. hoc ſub dogmate de Communione Sanctorum comprehendi. (*s*)

45 QUAESTIO III. Num materia, quam haec myſteria, una cum ceteris Dei revelationibus ſacro codice ac divina traditione contentis, fidei religionis revelatae ſuppeditant, ſubceſſu temporis creverit, aut interdum decreverit? ADSERO 1. Materia quantum ad ſubſtantiam myſteriorum Deum & Chriſtum ſpectantium, ad ſalutem omnibus neceſſaria, ſemper eadem fuit. Quo ſane reſpexit *Aug.* inquiens (*t*) *una eſt fides novi & veteris teſtamenti*; tum (*u*) *tempora variata ſunt, non fides*: ergo & ſemper eadem & invariata fidei materia. Immo & eadem fides ex ſententia vulgatiſſima in uſu explicate fuit in omni Eccleſiae ſtatu, ſaltem apud Patres ac praecipua capita. Eam quippe, quam habuit Adam, & ipſe tranſmiſit in filios, & inde ſubceſſione nuſquam intermiſſa conſervarunt fideles aduſque adventum Chriſti.

46 II. Materia univerſalis fidei omnibus palam propoſita & uni-

Tom.VI. F ver-

zaniga cit. t. 4 diſſ 3. n. 156. quibus ex parte aliqua adjicere poſſis *Merat* proxime cit. Problematice demum paucis quaeſtionem agitant *Antoine* tr. 1. ſect. 1. ar. 6 §. 2. & *Billuart* de fide digreſſ. 2.

Maneat igitur, Athanaſium nequaquam eſſe authorem ſymboli, tametſi antiquioris quam ut olim vulgatiſſima peritorum opinio tulerit. Quiſnam vero ejus fuerit author quis certo definierit, aut ſolide conjectarit? Illum quidem varie diſputantium opiniones fecerunt Euſebium Vercellenſem, Vigilium Tapſenſem Afrum, Anaſtaſium Sinaitam, Vincentium Lirinenſem, Anonymum Gallum ſub tempora Pipini, ſeu Caroli Magni.

At irrito tamen conatu; nam eas omnes ceu columnibus ſtramineis ſuffultas Critici vulgo, meritoque explodunt, nec una ex eis hucuſque communi gaudere peritorum ſuffragio viſa eſt.

Praeſtat itaque donec certum adfulgeat documentum in tenebris ignorantiae noſtrae animum continere, nec inutiliter terendo tempus oleam perdere: quia enim, ut ſcite loquamur cum laud. *Voſſ.* in titulo ad §. 24. „ neque tam id ſcire „ refert, quam optandum, ut ſimiliter „ omnes ſapiamus in myſterio hoc ſacro- „ ſanctae Trinitatis. „

De ceteris ſymbolis, aut fidei confeſſionibus vel libellis, quibus myſteria ſuperna proponuntur credenda, ſub varias aetates editis plura dabunt *Uſſer* opuſc de ſymbolis *Montfauc.* cit §. 4. *Queſnell* cit. tota diſſ. 14. cum adnotationib. Ballerinianis ad eam diſſ. *Lazerius* proxime laudatus, ut mittam quae *Concilia* paſſim perhibent.

(*q*) In 2. 2. q. 1. a. 8. ad 6.

(*r*) *Ap. Suar* de Sacram. d. 46. ſect. 2. ſub fin.

(*s*) Id ipſum ex inſtituto confirmatur *infra* Tom. VIII. tr. 3 l. 1. ubi de prooemialibus in Theologiam Euchariſticam.

(*t*) Civ. l. 18. c. 47.

(*u*) Tr. 45. in Joan.

verſaliter credenda, vel ſaltem non rejicienda, a ſeculo Apoſtolico uſque modo crevit ut plurimum quantum ad majorem ejuſdem materiae explicationem, minime quantum ad ipſius ſubſtantiam. Ratio I. partis, quia in praeſentiarum circa plures veritates olim in ſcripturis & traditionibus latitantes, Eccleſiae, quae Verbi Dei optima interpres eſt, definitiones aut explicationes exſtant. Ratio II. quia Eccleſia ut plurimum nihil nove definit pro materia fidei, quod non fuerit tacite revelatum, hoc eſt obſcure imbibitum ſub aliqua propoſitione revelata univerſali. (*x*)

47 Idcirco Eccleſia in ſynodo oecumenica coacta priuſquam hoc in negotio omnium graviſſimo quidquam definiat, ſcripturas ac traditiones adcuratiſſime conſulit. Diximus *ut plurimum*; quia nempe certum nonnullis videtur, quod definitiones nonnullae ab eccleſia, divino Numine adflata, proditae ſint, quin uſpiam ſub ulla univerſali revelata latuerint, e. c. Deiparae virginitas & immunitas ab omni culpa actuali, aliaeque perplurimae.

48 QUAESTIO IV. Num ſit materia fidei concluſio theologica, deducta ex aliqua praemiſſa revelata, quae poſſit ſubinde fide divina credi? ADFIRMO I. de concluſione illata ex duplici praemiſſa de fide. Quia eam concluſionem negans eſt formaliter haereticus: nam adſerit propoſitionem aliquam contra veritatem fide ſanctam. II. de concluſione illata ex una revelata, & altera metaphyſice, vel phyſice certa. Quia pariter eam negans teneretur negare praemiſſam de fide obſcuram, quum non poſſet negare alteram praemiſſam metaphyſice, vel phyſice certam.

49 III. De concluſione deducta ex una univerſali revelata, & altera ſingulari moraliter evidente, vel certa. Quia eſt moraliter certum, eam concluſionem contineri formaliter ſub univerſali revelata, adeoque quod ſit etiam revelata; moralis autem certitudo de revelatione ſufficit ad actum fidei. Hinc poteſt fide credi, Platonem fuiſſe a Chriſto redemtum, quoniam eſt fide certum omnes homines fuiſſe redemtos, ac eſt moraliter certum exſtitiſſe Platonem hominem.

OBJECTIONES.

50 Obj. contra III. Adſ. Haec veritas *Plato eſt a Chriſto redemtus*, deducta ex praemiſſis, *omnis homo eſt a Chriſto redemtus: at Plato eſt homo*, non eſt ſimpliciter materia fidei; atque adeo adſenſu abſoluto credi nequit. Nam 1.° adducta veritas univerſalis, *omnis homo eſt a Chriſto redemtus* non adſerit abſolute, ullum hominem eſſe a Chriſto redemtum, ſed tantum conditionate, ſcilicet ſub conditione, quod ſit homo: ergo. 2.° illa veritas univerſalis non revelat, Platonem eſſe hominem; alioqui non minus de fide eſſet, eſſe hominem, ac eſſe redemtum: ergo ne tacite quidem aut virtute revelat, Platonem eſſe redemtum. 3.° concluſio illa non de-

duci-

(*x*) Conſentiunt vulgo TT. ubi de fide cum *Suar.* d. 2. ſ. 6. & d. 3. ſ. 11. *Del.* d. 3. a n. 70 *Juen.* c. 2. ar. 2. *Gutier. De la ſal* d. 1. n. 52. *Berti* l. 23. c. 2.

ducitur per ſe, ſed tantum per adcidens ex majore revelata: ergo nec eſt magis revelata, quam ipſa minor, nec magis fide credibilis. 4.° ea concluſio nequit eſſe pluſquam moraliter certa, ea nempe certitudine, qua conſtat, Platonem fuiſſe hominem; atqui ſi fide certa ſit, debet eſſe metaphyſice certa. 5.° ſi concluſio non ſequatur debiliorem partem, ſed poſſit eſſe certior, quam altera praemiſſa, poterit quoque eſſe certa, & de fide, licet altera praemiſſa ſit tantum probabilis: quod plane repugnat.

51 ℞. *N. Adſ.* Revelatio univerſalis, quae ſecundum ſe, ac ſeorſim a certa notitia purificatae conditionis ducit ad conditionatum ſenſum, habita ejuſmodi notitia, ſufficit ad abſolutum: quare ad iſtum revelatio illa univerſalis ex ſe conditionata, perinde eſt, ac ſi eſſet abſoluta. Ad 1. prob. *D. A.* adſerit conditionate, certo purificata conditione, *N.* non purificata, *Eſto*; quoniam dici poteſt adſerere abſolute hoc ſenſu, quod complectitur abſolute omnes homines; quidquid ſit, an etiam hos aut illos quantum ad nos determinate complectatur.

52 Ad 2. *D. A.* non revelat explicate, ſub expreſſione, *Plato eſt homo*, *C.* virtute ſub expreſſione, *omnis homo eſt redemtus*, *N.* Omnis redemtus eſt quidem homo: unde nihil eſt, quod ſub aliqua expreſſione redemto conveniat, non autem homini. Et vero aliter de fide tenendum eſt Platonem eſſe redemtum, ac eſſe hominem; nam illud ex ſua propria expreſſione eſt proxime de fide, quia proxime deducitur ex propoſitione expreſſe revelata; hoc vero eſt ſolum remote de fide, utpote ex revelata ſolum remote deductum.

53 Ad 3. *N. A.* Etſi concluſio illa non deducatur, niſi intermedia minore non revelata, tamen deducitur per ſe, ac virtute continetur formaliter proxime in majore revelata; demonſtrante ſcilicet eam ſub minore moraliter certa contineri. Ad 4. *D. Ma.* prout innixa authoritati hominum, teſtantium, Platonem fuiſſe hominem, *C.* prout innixa authoritati Dei, teſtantis, omnem hominem fuiſſe a Chriſto redemtum. *N.* Sic enim pariter que eſt metaphyſice certum, Platonem fuiſſe hominem, ac fuiſſe redemtum. Et *C. Mi.* & *N. Con.* Difficultas haec communis eſt cunctis materiis, etiam expreſſe revelatis, quoniam non niſi morali certitudine nobis conſtat eas eſſe revelatas.

54 Ad 5: loquimur heic, non de concluſione formali, quae innititur ratione praemiſſarum, & ſemper ſequitur debiliorem partem, ſed de objectiva, ut dicunt, quae adtingi poteſt per alias, & alias rationes, a ratione praemiſſarum formalium diſtinctas. Et haec quidem concluſio etiam alias deducta ab altera praemiſſa tantum probabili, poteſt eſſe fide certa, dummodo aliunde proponantur ſufficienter Dei authoritas, & revelatio, ut propter ſe ipſas credi poſſint. (y)

QUAE-

(y) Plura in hanc rem dabunt qui nobiſcum ſentiunt cum *Del.* d. 1. ſ. 13. a n. 315. & *Suar.* d. 3. ſ. 11. a n. 5. & 12.

55 QUAEſTIO V. Quid de famoſà illa partitione articulorum fidei in fundamentales aut ſubſtantiales, & non fundamentales aut adcidentales? Porro Lutheri & Calvini ſectatores plurimi, e quibus Tolerantes & Indifferentes prognati ſunt, eos dicunt fundamentales, quos credere & neceſſarium eſt, & ſufficit ad ſalutem; eos vero non fundamentales, quibus nihil obſtante qualibet Eccleſiae vel Synodorum generalium definitione probe cognita, liberum cuique eſt diſſentire abſque jactura ſalutis, & ſalva quidem unitate fidei, atque religionis catholicae. At iidem tamen inter ſe mire diſſentiunt in adſignandis ejuſmodi articulis fundamentalibus, hos quippe nonnulli ad plura fidei dogmata amplificant, alii ad pauciora reſtringunt.

56 Adsero. Adſignatum inter articulos fidei diſcrimen commentitium eſt. Principio enim omnes articuli a Deo revelati, & qua tales ab Eccleſia inerrante ad credendum propoſiti ſunt aequaliter certi ac fide digni, utpote nixi Dei authoritate & fallere & falli neſcia: omnes itaque aequaliter noſtram ſibi adciſcunt fidem. Heinc igitur articulum adcidentalem qui negat, non minus authoritatem Dei contemnit, quam qui articulum ſubſtantialem inficiatur; quum ratio formalis credendi utrobique una prorſus eademque ſit.

57 Deinde vera fides ex Apoſtolo eſt una fides, quemadmodum unus Dominus & unum baptiſma; neque poteſt quis ſalvari abſque vera fide, ex *Marc.* 28. *qui non crediderit, condemnabitur*; atqui nequit ejuſmodi fides reperiri in tot ſectis de doctrina fidei diſſidentibus, immo ſe ſe mutuo anathematizantibus, eo quod, admiſſa quam confutamus diſtinctione articulorum, omnino diverſae ſint in profeſſione fidei: ergò ea partitio rejicienda. (5)

OB-

OBSERVATIO.

(5) VAria quidem ſyſtemata in gratiam hujuſce partitionis non ita pridem procuderunt ex ſchola Proteſtantium varii; ut puta, praeter alios, *Joan. Lockius* Anglus in celebri epiſtola de Tolerantia ad Theologum apud Remonſtrantes profeſſorem, & in Chriſtianiſmo rationabili, quem gallice vertit Petr. Coſte; tum *Claudius* in defenſione religionis reformatae; *Meſtrezatius* in tr. de Eccleſia; *Huiſſeavius* de reunione Chriſtianiſmi.

Tum *Petr. Jurius* Calvinicola in tr. de vero ſyſtemate Eccleſiae, ut in alio de unitate Eccleſiae & de articulis fundamentalibus; *Jo. Clericus* in diſſ. de eligenda inter diſſentientes Chriſtianos ſententia & in tr. gallico de incredulitate; famoſus demum *Petr. Franciſc. Courayer* noviſſime in praefat. ad ſuam verſionem gallicam hiſt. Conc. Trid. Paulli Sarpii.

Iis et vero, qui dum Eccleſiae Chriſti authoritatem in definiendis articulis fidei, quibus abſque diſpendio ſalutis diſſentiri nequeas, e medio tollunt, Noſtrates facto agmine obſiſtunt in controverſiis polemicis. Quin etiam Jurium, qui prae ceteris explicatius, acriuſque ſyſtema propoſuit ſuum, contendens utique ad eſſentialem Eccleſiae unitatem eos omnes pertinere qui veritates quae pro *fundamentalibus* ſtatuit, unice retinuerunt, nonnulli ex eiſdem pſeudo-reformatis pro merito exagitarunt cum *Elia Saurino* in examine Theologiae Jurii, & *Petro Baelio* in janua coelorum reſerata cunctis religionibus a celebri adm. viro Petro Jurieu.

Porro controverſia haec de praefata diſtin-

OBJECTIONES.

58 Obj. *primo*. Praemaximus eſt veritatum, quae divinitus revelatae ſunt, numerus: at nullus tenetur eas omnes credere; ſcilicet nec expreſſe, ut omnibus exploratiſſimum eſt, nec confuſe, vel implicite, ut ajunt, e. c. per actum *credo quidquid Deus revelavit*, aut, *credo quidquid Eccleſia credit*; nuſpiam quippe conſtat de obligatione ad actus id genus eliciendos: ergo quum alias certo teneamur ad credendum expreſſe nonnullos articulos, eos e. c. qui continentur in ſymbolis, poſſumus profecto adſenſum fidei omittere vel cohibere adverſum reliquos. Quocirca merito illi articuli dici poſſunt ſubſtantiales, reliqui vero adcidentales. Ergo praefata partitio jure tenenda.

59 ℟. *N. Mi.* penes 2. partem. Quia enim, niſi me omnia fallunt, ipſa chriſtiani nominis profeſſio ſua praxi perpetua inducit obligationem eliciendi quandoque praefatos actus, quibus generatim, confuſe, aut implicite credantur omnia divinitus revelata & qua talia propoſita ab Eccleſia; tumque obligationem gerendi animum perpetuo paratiſſimum ad non diſſentiendum ulli veritati revelatae, immo ad expreſſe adſentiendum quibuſque fluxu temporis ab Eccleſia propoſitis ceu divina fide tenendis. Et vero adverſarii noſtri non modo contendunt poſſe nos cohibere fidem erga articulos quos adpellitant adcidentales, ſed & ipſis expreſſe diſſentiri, quidquid contra definierit Eccleſia: quo quidem & hujus authoritatem labefectant, & fidei unitatem immerito exſcindunt. At procul dubio ex *Matt.* 18. qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.

60 Obj. *ſecundo*. Primos inter Chriſticolas fuit olim diſſenſio de nonnullis articulis fidei, e. c. circa obligationem legis moſaicae; nullus tamen eorum, qui ejuſmodi obligatione tenebantur, exſiſtimabatur ideo amiſiſſe ſubſtantiam fidei: ergo jam tum agnoſcebatur dari articulos adcidentales, quibus diſſentire liceret. *Tertio*. Chriſtianus in ſecta qualibet ſalvari poteſt, tametſi erret in multis fidei articulis, dummodo bona erret fide & Chriſtum redemtorem agnoſcat: ergo.

61 ℟. ad *ſecundum*. *D. Mi.* nullus &c. ante definitionem Concilii Apoſtolorum Hieroſolymitani, *C.* poſt eam definitionem, *N. Mi.* & *Con.* Ad *tertium*. *D. A.* ſi non erret in articulis neceſſitate medii ad ſalutem neceſſariis, ac deinde credat involute aut implicite quidquid credendum Eccleſia proponit, habeatque inſuper paratum animum

diſtinctione bina, involvit polemicae diſciplinae potiſſima capita, nimirum de authoritate inerrantis Eccleſiae in materia fidei, ac de judice controverſiarum in negotio fidei, quale n nos Eccleſiam inerrantem alias conſtituimus. Iis autem ad ſenſum catholicum praeſtabilitis, partitionem illam ab Heterodoxis conficiam nullo quidem negotio ſubverteris. De utroque capite nonnihil *ſupra* ediſſeruimus in Tom. I. p. 304. ſq. & p. 343. ſq., alia ediſſerenda ſuperſunt *infra* ubi de regulis fidei; plura in Theolog. noſtra polemica fundamentali.

mum ad abjiciendos errores ſuos ubi doctrina Eccleſiae ſibi proponatur, C. Haec tamen fruſtra expectaveris a Novatoribus, qui ſecundum dogmata ſectae ſuae veram Eccleſiam non audiunt, omneſque revelationes ad regulam proprii judicii exigunt. Secus, *N. A.* & *Con.* (z)

§ IV.

De ratione potiſſima ſeu formali Fidei.

62 QUAESTIO I. Quaenam illa ſit, ob quam videlicet proxime quis adſentitur materiae fidei? ADSERO. Eſt intrinſeca Dei ſcientis & veracis authoritas, ſimulque extrinſeca veritatis loquutio, aut revelatio. (a) Quia Deus, qui nec falli poteſt, nec fallere, non utcumque, ſed prout loquens, ac teſtificans, nos movet ad credendum. Quare teſtimonium Dei nobis propoſitum, vel revelatio non eſt pura conditio, ſed per ſe ſe pertinet ad formalitatem rationis potiſſimae, quum per eam Deus nos moveat ad adſenſum, non ut praeceptor docens ſimpliciter, verum etiam ut teſtis, & ratio credendi. Ideo Prophetae toties ingeminant, *haec dicit Dominus*. Et 1. *Joan.* 5. inducuntur fideles, ut credant, Chriſtum eſſe Filium Dei, *quia Spiritus teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas*. Quibus conſonant *PP* cum *Athan.* ajente (b) *oportet rationem iſtarum rerum petere ex revelatione divina & coeleſti*. Et ſane *Deus revelans*, cui innititur fides, peraeque manifeſto importat Dei revelationem, ac authoritatem. Hinc licet ſigna credibilitatis, & Eccleſiae propoſitio inducant ad credendum, e.g. veritatem Euchariſticam; at ratio potiſſima, ob quam fide creditur, eſt, quia Deus, qui ſummae authoritatis eſt, eam revelavit. (c)

OBJECTIONES.

63 Obj *primo*. Generatim ratio potiſſima fidei non eſt Deus revelans. Nam 1.° mentis caecitas, captivitas, difficultas, & meritum in ſua fide, in eo conſiſtit, quod abſque ulla ratione quis adſentiatur myſterio; ad eum plane modum, quo obedientia coeca eo perfectior eſt, quo minus id parendum rationem inquirit. 2.° pueri, & rudiores credunt fide theologica, quin habeant praeadvertam rationem potiſſimam, quippe quae illis fortaſſe nunquam in mentem venit.

64 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N A.* ſed conſiſtit in eo, quod ſeorſim ab omni alia ratione intrinſeca, credat myſterium, quia Deus revelavit, & adhaeſione quidem maxima. Obedientia coeca pro certo

(z) Lege *Nicolium* in libris de unitate Eccleſ. *Oderum* in analysi fid. cathol. *Joſ. Redlhamer* Soc. J. tr. de virt. theol. controv. 1. c. 5. § 1. *Genovefium* in theol. t. 1. in prolegom §. 12 *Gazzaria* tr. de virt. theolog. diſſ. 2. de fide c. 6. ubi Jurium late confutat.

(a) Favet *Suar.* d. 3. ſ. 2. cum *Th. Scot.* & vulgatiſſimo Scholarum conſenſu.

(b) Orat. quod unus ſit Chriſtus.

(c) Conf. *Platel.* t. 2. a n. 155.

to habet, ſuperiorem ex ratione prudenti praecipere, etſi illa ſubdito non innoteſcat. Ad 2: pueri, & rudiores, vel ex ipſo nomine Doctrinae Chriſtianae, quo utuntur, vulgo noſcunt veritates ſibi traditas eſſe certam Dei doctrinam, adeoque authoritate pluſquam humana, divina ſcilicet ſuffultam: quod quidem ſatis eſt pro eorum captu, & fide.

65 Obj. *ſecundo*. Revelatio non eſt vel partim ratio potiſſima fidei. Nam 1°. eſt pura conditio, & adplicatio divinae authoritatis ad actum fidei, quemadmodum cognitio bonitatis rei ad actum amoris, & promulgatio legis ad actum obedientiae. 2.° ſola Dei authoritas, non revelatio, diſtinguit credentem a non credente; uterque enim utramque adtingit, cum eo diſcrimine, quod credens ſuſcipit revelationem tanquam Dei impotentis falli & fallere loquutionem, non ita vero non credens. 3.° integra ratio potiſſima fidei eſt id, a quo fides ſuam haurit omnem certitudinem; hanc autem haurit a divina authoritate, qua nempe poſita, certo judico verum eſſe quod Deus loquitur; non a revelatione, quae ſecundum ſe nullam habet cum objecta re connexionem. 4.° actus fidei, quo credimus Dei exſiſtentiam, veritatem & revelationem, non habet iſtam pro ratione potiſſima; quia ſtultum eſſet credere alicujus veritatem, & exſiſtentiam, quia ipſe dixit; itemque credere dari revelationem, quia datur; id enim eſſet credere idem per idem.

66 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Cognitio non eſt quod amatur, nec propter quod amatur rei bonitas; at revelatio eſt quod creditur, & propter quod creditur veritas myſterii revelati. Deinde legis promulgatio eo duntaxat requiritur, ut innoteſcat ſubdito voluntas ſuperioris: quare eſt mera conditio, & adplicatio legis; at revelatio requiritur, ut myſterium fiat credibile, quia loquens illud teſtatus eſt: quare etiam de potiſſima ratione participat. Ad 2. *N. A.* & prob. adj.. Porro non credens non adtingit revelationem, prout eſt Dei impotentis falli, & fallere: quare neceſſaria revelationis adtingentia non eſt utrique communis.

67 Ad 3. *Eſto Ma.* Quippe fides non reſpicit ſolam rei certitudinem; alias quaelibet metaphyſica cum re connexio adſenſum fidei progigneret; immo reſpicit praeterea rem, qua revelata eſt. Et *N. Mi.* Revelatio prout adjuncta divinae authoritati, ſimul cum ipſa conſtituit connexionem abſolutam cum myſterio revelato, & cum veritate adſenſus fidei erga illud. Adſenſus autem innixus Deo aut ſapienti, aut veraci, non vero revelanti, non eſſet propriae fidei, prout hanc novimus ex Scripturis, & PP.

68 Ad 4. *N. A.* Relate ad haec omnia optimus eſt atque gratiſſimus Deo actus, quo intellectum devoventes, ea credimus, licet aliunde evidentia, quia Deus dixit. Quaelibet revelatio eſt quaedam ſuimet revelatio, quatenus Deus dum revelat myſterium, teſtatur virtute ſe illud revelare. Deinde quum revelatio eſt ſimul materia,

Digitized by Google

ria, & potiſſima credentis ratio, quatenus materia eſt, adtingitur uno modo, & alio quatenus ratio potiſſima: quare neque tunc creditur idem omnino per idem. (*d*)

69 QUAESTIO II. Quas Dei dotes per ſe ſe reſpiciat potiſſima fidei ratio in divina, quam adſertricem dixeris, authoritate, cui innititur? Adsero. Duplicem primam veritatem, in cognoſcendo ſcilicet & in dicendo, id eſt divinam ſapientiam, per quam nequit falli, ac veritatem (quam vulgo dicunt veracitatem) per quam nequit fallere. (*e*) Quia praeciſe poſitis ſumma ſapientia in Deo loquente, & veritate, ceteris quomodolibet deficientibus, redditur Deus ſumma dignus fide: ac iis quomodolibet abſentibus, ceteriſque poſitis, non eſt ita fide dignus. Hae itaque binae dotes formaliter, proxime ac ratione ſui reddunt Deum impotentem falli, & fallere. Quod quidem patet exemplo authoritatis humanae, quae major eſt, ob quam credatur, in viro ſapientiore, ſimulque veraciore.

OBJECTIONES.

70 Obj. *primo*. Praedicta ratio reſpicit in divina authoritate ſolam veritatem. Nam 1.° haec exigit per ſe conformare loquutionem ad judicium divinum; hoc autem eſt eſſentia ſua infallibile: ergo & exigit per ſe conformare loquutionem ad objectam rem prout eſt in ſe: adeoque reddit Deum impotentem falli, & fallere. 2.° ipſa exigit per ſe dictum divinum qua tale; hoc autem eſt eſſentia ſua conſentaneum, & menti loquentis, & objectae rei prout eſt in ſe.

71 ℞. *N. Adſ.* Si Deus eſſet verax, non autem ſapiens, ejus teſtimonium non eſſet nobis prorſus infallibile. Ad 1. prob. *D. Mi.* eſt ratione divinae ſapientiae, *C.* veritatis, *N. Mi.* & *Con.* Veritas quaecumque ratione ſui ſolum exigit conformare locutionem cum mente. Ad 2. *D. Ma.* quatenus dictum divinum praeciſe eſt conſentaneum rei pro ut eſt in mente, *Eſto*: rei prout, eſt in ſe. *N* Heic ſumi debent ſingulae Dei dotes ſecundum id tantum, quod ſingulae important ratione ſui, etiam abſtrahendo a ratione deitatis, quam dotes ſingulae praeferunt.

72 Obj. *ſecundo*. Praefata ratio reſpicit in divina authoritate ſolam ſapientiam. Nam 1.° haec excludit ratione ſui a Deo mendacium, quia excludit ab eo ignorantiam, ſine qua nec mendacium eſt, nec aliud peccatum, ex Scripturis, & PP., tum potentiam mentiendi, quia ratione ſui excludit a Deo quod ad mentiendum ſimpliciter praerequiritur, ſcilicet cognitionem de poſſibilitate ſui mendacii; quoniam ut Deus aliquid decernat, & agat, praerequiritur ſimpliciter ſcientia neceſſaria de poſſibilitate ſuorum actuum, & ope-

(*d*) Cupienti plura dabunt *Suar.* d. 3. ſ. 2 a n. 1. & 5. & ſ. 3. a n. 13. *Plat.* cit. a n. 15. & 23 *Del.* d. 1. a n. 119. *Con.* d. 9. dub. 4. a n. 41. *Rhod.* heic q. 1. ſ. 3. §. 4. *Arria.* heic d. 2. a n. 6.

(*e*) Conſentiunt *Suar* d 3 ſ. 4. n. 7. *Eſp.* heic q. 5. *Plat.* n. 156 *Viv.* d. & q 1. n. 9. *Del* d. 1. a n. 80. *Gut. de la Sal* d. 3. n. 27 *Caſpenſ.* tr. 15. d. 1. a n 11. & 16. &c. contra alios aliter ſentientes.

& operationum. 2.° ratio formalis fidei debet eſſe de linea veri, quum fides ſit virtus mentis in verum tendens; at ſola ſapientia eſt de linea veri, non autem veritas.

73 ℞. *N. Adſ.* Si Deus eſſet ſapiens, & non verax, non eſſet ſumme credibilis; nam etſi nequiret falli, fallere poſſet. Ad 1. prob: haec probat virtutes omnes voluntatis convenire Deo formaliter ratione ſolius ſapientiae. Deinde non excludit ſapientia mendacium; hoc enim eſto ſemper habeat ignorantiam, ſeu errorem practicum, dirigentem utiqua ad actum conſcientiae diſſentientem; non vero errorem ſpeculativum. Demum non excludit abſolute, ſed ſolum ex praemiſſa veritate cognitionem de poſſibilitate mendacii; quod etenim divina cognitio, *mihi eſt impoſſibile mendacium*, ſit vera, & alia, *mihi eſt poſſibile mendacium*, ſit falſa, pendet formaliter a veritate; hac quippe praeciſe abſente, nec ſapientia includeret primam cognitionem, quia eſſet falſa, nec excluderet ſecundam, quia eſſet vera. Ad 2. *D. Ma.* de linea veri tam in dicendo, quam in cognoſcendo, *C.* praeciſe in cognoſcendo, *N.* Et *D. Mi.* reſp. & *N. Con.*

74 QUAESTIO III. Quid eſt Dei revelatio, vel loquutio externa? Adsero. Eſt ſignum de genere intentionali, immiſſum a Deo ex intentione repraeſentandi non rem ſolam, de qua eſt ſermo Dei, ſed conceptum etiam divinae mentis circa illam, characteriſtice quoque notificans, ſe a Deo ſic ſpecialiter immiti. Haec autem cognitio, prout a Deo immititur, eſt loquutio; prout a creatura percipitur, eſt auditio. Saepe quidem loquutio eſt evidens, ſaepius obſcura. Et quoniam Dei loquutio modo fit interventu ſigni ſenſibilis & materialis, modo pure ſpiritaliter, ideo partitur in internam, & externam; imaginariam, & pure intellectualem. (*f*)

75 QUAESTIO IV. Quo pacto adtingi debeat ab actu fidei ejus ratio potiſſima? Adsero 1. Neceſſario adtingi debet formaliter, & in ſe, quin ſufficiat adtingi intrinſecam myſterii veritatem. Quia quilibet actus debet intrinſece adtingere rationem potiſſimam, ad quam pertinet, quin ſufficiat iſtam adtingere extrinſece, ſeu remote ac virtute. Id quod patet in actibus virtutum moralium, qui licet imperentur a caritate, cujus propterea rationem potiſſimam reſpiciunt extrinſece, non ideo ſunt actus caritatis theologicae. 11. Non opus eſt, ut adtingatur formaliter expreſſe, ſed ſatis eſt, ſi adtingatur tacite & confuſe. Sic enim fert ſenſus, & praxis Eccleſiae. Qui enim profitetur, *credo in Deum*, plane credit, quin aliud explicate requiri exſiſtimemus. (*g*)

OBJECTIONES.

76 Obj. *primo* contra 11. Adſ. Adſenſus fidei debet eſſe expreſſus erga ſuam materiam ex praecepto credendam: ergo etiam erga

(*f*) Plura laudat. *Del.* d. 1. a n. 193. *Pennafiel* heic d. 1. a n. 334.
(*g*) Lege cit. *Del.* d. 1. a n. 20. &

ga ſuam rationem formalem. *Secundo*. Si ad actum fidei non requiratur tendentia formalis expreſſa in rationem potiſſimam, nec tacita requiritur; adeoque ſufficiet pure extrinſeca, & virtute tantum. Siquidem fideles ſaepe credunt, omnino immemores divinae authoritatis revelantis: immo rarus eſt, qui recitando Symbolum e. g. advertat, ſe credere propter ejuſmodi rationem.

77 ℟. Ad *primum*. *N. Con.* Eſt praeceptum vel divinum, vel eccleſiaſticum, ut expreſſe illud credamus; nullum vero eſt, ut explicate hoc adtingamus. Ad *ſecundum*. *N. Adſ.* Nec evincit prob.; quoniam ex adſenſu de myſteriis fidei jam primo creditis a fidelibus ratione divinae authoritatis revelantis formaliter expreſſa, ſemper deinceps intercedit aliqua ejuſdem rationis cognitio, tenuis quidem, vixque perceptibilis, ſufficiens tamen, ut intellectus exinde re moveatur ad adſentiendum myſterio propter eandem rationem. Quod vero ipſis credentibus deficiat communiter animadverſio expreſſa quae diſcernatur, ex difficillima actuum internorum experientia provenit; tum etiam quia eis deficit ulterior animadverſio ſupra cognitionem directam. (*b*)

78 QUAESTIO V. Num ad rationem formalem fidei requiratur revelatio publica, an privata ſufficiat? Adsero. Quaelibet ſufficit, vel privata ſit, vel propoſita publice ab Eccleſia. Quia licet privatam non teneantur fideles omnes vulgo credere, tenetur tamen credere ille, cui fit, & ſufficienter proponitur: & ex eodem quidem habitu fidei, quo credit alia fidei myſteria (*i*). Quia revelatio privata aeque ac publica procedit a Deo infallibiliter loquente. Neque tamen Deo creditur, quia uni, vel omnibus voluit ſuum innoteſcere teſtimonium, ſed praeciſe quia teſtatus eſt.

79 QUAESTIO VI. Num propoſitio Eccleſiae ſit etiam ratio divinae fidei? Nego. Quia quod conſtituit eam rationem eſt ſolum Dei teſtimonium, cujuſmodi non eſt Eccleſiae propoſitio, quum haec ſit ſola adplicatio infallibilis illius. Porro rem prout ab Eccleſia propoſitam credimus, non quia eam proponit Eccleſia, ſed quia eam teſtatus eſt Deus, prout propoſita eſt ab Eccleſia. Haec tamen propoſitio de lege ordinaria eſt conditio neceſſaria ad credendum; unde *Aug.* alicubi, *Evangelio non crederem, niſi me catholicae Eccleſiae commoveret authoritas*: non autem ſimpliciter neceſſaria, quum haec conditio aliunde ſuppleri poſſit, uti ſuppleta eſt in primo Angelo, primo homine, Prophetis, Apoſtolis &c. (*k*)

80 QUAESTIO VII. Num qui neget unum articulum fidei ſuf-

(*h*) Legito *Del.* d. 1. a n. 19. & 87. & *Cardenas* ſup. decret. Innoc XI. diſſ. 11. a n. 64.

(*i*) Nobiſcum ſentiunt *Suar.* d. 3. ſ. 10. a n. 5. *Del.* d. 1. a n. 226. cum *Vega*, *Cathar.* *Con.* &c. itemque *Mun.* d. 3. n. 152. cum *Rip.* *Haun.* &c.

(*k*) Favet. praeclare *Amicus* de fide d. 2. a n. 73. quem conſulere ne pigeat, ubi nonnullas objectiones diluit.

Digitized by Google

ſufficienter propoſitum, fidem theologicam retineat adverſum alios? Nego. (l) Quoniam fides eſt donum ſupernum permanens indiviſibile: illud ergo ſi perdis relate ad articulum, quem imprudenter negas, & ipſum pariter relate ad ceteros articulos amittis; nec tum aliud tibi reſtat quam naturalis aliquis adſenſus habitualis in ea, de quibus non habes dubitare. Fide inſuper adſentimus Deo revelanti, quatenus revelata nobis credenda proponit Eccleſia; ſi quem ergo reſpuas articulum ab Eccleſia propoſitum, ceteros quos retinere te ais, non propter authoritatem Eccleſiae proponentis retines, ſed quia proprio judicio temere inniteris: quocirca in eorum computandus es numero, quibus jure reponebat *Aug.* (m) *qui in Evangelio quod vultis creditis, quod vultis non creditis, vobis potius quam Evangelio creditis.*

OBJECTIONES.

81 Obj. Adſertum hoc cum ratione pugnat. Nam 1.° Apoſtoli reſurrectionem Chriſti non crediderunt, quam ob rem ex *Marc.* 28. eis exprobravit Dominus *incredulitatem & duritiam cordis, quia iis qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt*; omnem nihilo ſecius fidem non amiſerunt. 2.° *Aug.* (n) agnovit in infidelibus veram de quibuſdam dogmatibus fidem; Judaeo quippe ad Eccleſiam adcedenti haec ajebat, *tene fidem reſurrectionis mortuorum ſicut tenebas, ſed tene jam Chriſtum reſurrexiſſe a mortuis, quod non credebas*; tum haeretico, *tene chriſtianum baptiſmum, ſicut tenebas, ſed agnoſce Eccleſiam Chriſti, cui maledicebas*; ſchiſmatici demum patientiam, qui ne Chriſtum neget, tribulationes patitur; laudat (o) ſubditque (p) eam fidem viribus liberi arbitrii tribuendam non eſſe, ſed gratiae ſupernae. 3.° negans unum articulum, non alios, minime diſſentitur Deo revelanti quaſi fallax ſit, aut inſipiens, ſed dubitat an Deus articulum illum revelaverit. 4.° poteſt quis eſſe obediens obſervando nonnulla Dei mandata, tametſi violet alia: ergo & fidelis eſſe poteſt nonnulla credendo dogmata, quamvis alia non credat. 5.° poteſt quis velut ex corde diviſo credere Deo, credendo videlicet tantum facilia, non autem difficiliora, quemadmodum id fieri poteſt in aliis virtutibus; ut quum e. c. reſtituit quis ex virtute juſtitiae quae facilius & minore cum moleſtia reddi poſſunt, aliaque retinet. 6.° qui uni diſſentitur articulo, eamdem credendi facilitatem, eamdemque perſuaſionem immobilem poſſidet erga alios, quos ante credebat: habet itaque divinam fidem.

82 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: infideles non fuerunt Apoſtoli, ſed infirmi ac tardi ad credendum, non quod revelavit Deus, aut Eccleſia inerrans propoſuit myſterium reſurrectionis, ſed quod ſibi nondum exploratum ſocii enarrarunt, quibus utique fidem temere denegarunt. Nec aliud quidem eis Dominus exprobravit. Ad 2: ad-

 lata

(l) Haec communiſſima Noſtratum opinio.

(m) L. 13. contra Fauſt. c. 3.

(n) L. de un. bapt. c. 5.

(o) Lib. de patient. c. 26.

(p) Mox cap. 27.

lata exempla haud leviter cuiquam probarent, Auguſtinum in oppoſitam abiiſſe ſententiam: nihilominus ita nonnulli explicant S. Doctorem, ut per fidem, quam praedictis infidelibus adſcribit haud fidem propriam intelligat & formalem, ſed materialem, inſpecta ſcilicet materia, quae creditur, non autem modo quo creditur, hic enim adſenſum revelationi divinae prout propoſitae ab Eccleſia prorſus excludit. Ad 3. *N. A.* Quum enim Deus revelarit credendum certo eſſe quidquid Eccleſia ceu revelatum proponit, plane conſtat, eum qui Eccleſiae non credit, non modo Eccleſiae authoritatem negare, ſed etiam authoritatem Dei, quippe qui inerrans eſſe in doctrina fidei teſtimonium Eccleſiae revelavit.

83 Ad 4. *C. A.* quia poſſunt praecepta obſervari ob diverſas rationes. Et *N. Con.* quia fides ſingulis inhaeret dogmatibus ob unicam rationem, nempe ob veritatem a Deo revelatam & propoſitam ab Eccleſia. Ad 5. *D. A.* poteſt ita credere fide quadam naturali & imperfecta *C*; ſupernaturali & perfecta, *N*; quia omnia myſteria cum difficilia, tum facilia creditu una eademque ſub ratione formali credi debent, & vi quidem unius virtutis indiviſibilis: juſtitia vero, aliaeque virtutes ſuos habent gradus. Quod ſi juſtitiam perfectam ames, hanc niſi omnia injuſte ablata reſtitueris, minime exſercueris. Ad 6. *D. A.* ea habet vi fidei ſupernae, *N*; vi cujuſdam habitus fidei naturalis, per inſtitutionem aut conſuetudinem comparati, *C.* Hac enim fide inſtructi haeretici tanta firmitate nonnulla credunt, ut, Auguſtino teſte, de Donatiſtis loquuto, martyrium adfectent, paratique ſint fundere pro illis ſanguinem. Et *N. Conſ.*

84 QUAESTIO VIII. Quouſque ſit infallibilis Dei revelantis authoritas, cui innititur ratio potiſſima fidei? Adsero I. Quatenus nequaquam poteſt mentiri, aut quid falſum loqui (*q*). Quia ex *Hebraeor. 6. impoſſibile eſt mentiri Deum*. Quod ſi poſſet modo aliquo mentiri, vacillaret fides, nec unquam prorſus ſecuri eſſemus de non mendacio in Dei dictis. Conſonant *PP.* cum vulgato *Dion.* ſcribente (*r*) *a veritate cadere, a Deitate eſt cadere*, & cum *Anſ.* (*s*) ajente, *Deum non fore Deum, ſi mentiretur*, mentiri ſiquidem aut dicere ſcienter falſum, eſt intrinſece malum, & cohoneſtari neſcium. Quod & idem cognovit *Ariſt.* inquiens, (*t*) *per ſe mendacium improbum eſt*. Nec enim daretur in audiente obligatio credendi, ſi deeſſet in loquente obligatio verba menti conformandi. (De hoc argumento alias) Heinc.

85 II. Quatenus nequit eodem pacto Deus uti reſtrictione pure mentali, quae ſcilicet nullis circunſtantiis, aut indiciis exterioribus ulla ratione manifeſtatur. Quia talis reſtrictio eſt verum mendacium; quamobrem nullatenus homini licet (*u*) Hoc autem non tollit

(*q*) *Viv* cit. q. 2. n. 18. *Man.* cit. n. 25. cum *Del. Haun. Ant. Per.* & communiſſima ap. & cum *Suar.* d. 3. ſ. 5. a n. 6.

(*r*) De div. nom. c. 3.

(*s*) L. *Cur Deus homo.* c. 12.

(*t*) Ethic. 4.

(*u*) Conſtat ex prop. 25. ab Innoc. XI. profligata.

lit quominus juſta de cauſſa uti poſſit aequivocatione, amphibologia, vel reſtrictione non pure mentali; quando ſcilicet verba ſubſunt adjunctis exterioribus, ita conſignificantibus, ut prudens auditor reſtrictonem interius retentam poſſit percipere, vel de ea ſaltem dubitare, aut ſuſpicari. (x) Quia id licet homini, quoniam ejuſmodi ſigna externa ſignificant verum, ac prout eſt in mente loquentis, tametſi obſcurius aliquando ob rationabilem cauſſam: ergo & Deo poſſibile eſt, adeoque quum ita loquitur fidem extorquet ab audiente. Heinc ſalvae ſubſiſtunt plures ſacrae Scripturae loquutiones. (y)

OBEJECTIONES.

86 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Deus mentiri poteſt. Nam 1.° conſtat ex Scripturis, quod multa earum loca inter ſe pugnent; quod Deus interdum nec promiſſis ſteterit, nec quae minatus eſt adimpleverit; quod nonnulli Spiritu S. adflati mentiti ſint; quod Deus aliquos deceperit, cum per ſe, tum per alios. 2.° poteſt Deus praecipere mendacium ei, qui putat invincibiliter ſe teneri ad mendacium, ut e.g. patrem a morte liberet; tunc autem Deo imputatur mendacium, qui enim praecipit mendacium, mentitur per alium, ſicuti per alium dicitur occidere qui homicidium praecipit. Et certe ſi tu cognoſcens malitiam mendacii, hoc Paullo invincibiliter eam ignoranti praecipias, tibi imputatur mendacium: ergo pariter in caſu. 3.° juſta de cauſſa potuit Deus non prohibere mendacium, aut prohibitum diſpenſare alicui creaturae, uti diſpenſavit Abrahamo homicidium, & Oſeae fornicationem, quae non ſunt minus intrinſece mala: ergo et potuit mendacium ſibi ipſi diſpenſare.

87 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob: quae in Scriptura ſunt antilogiae, quamoptime conciliantur apud PP. & DD. biblicos: quae ibi videntur mendacia, ſunt plerumque abſcondita myſteria: promiſſiones, & minae, quae non evenerunt, factae ſunt conditionate: quae aliquorum mendacia adparent, vera ſunt & ex circunſtantiis amphibologica: decepit Deus per ſe, aut per alios permittendo tantum, da eum modum, quo Pharaonem obduravit.

88 Ad 2: mendacium non dat ſpeciem actui voluntatis prout eſt in ſe, ſicut objecta res dat actui intellectus, ſed prout adprehenditur. Heinc ſi adprehendatur ut bonum morale, & cogens, denudatur ex adcidenti ſua morali pravitate intrinſeca; atque adeo poteſt a Deo praecipi indirecte ſua lege ſecundaria, quae terminatur ad mendacium aliter ac eſt in ſe, ſeu cognitum ut bonum; non vero directe, & abſolute ſua lege primaria, quae ſemper terminatur prohibens ad mendacium prout eſt in ſe, & qua tale cognitum a proferente. Quare tunc Deus directe tantum praecipit, ut rationis dictamini ſatisfiat, uti praeciperet in caſu ſimili erroris invincibilis

(x) *Viv.* ibid. n. 24. (y) Conf. *Del.* d. 4. ſ. 5.

bilis de pronuncianda blaſphemia. Deinde licet denominetur vere occidens qui quovis modo eſt vera homicidii cauſſa; at ſolum dicitur vere mentiens, qui per ſe, vel per alium ſigna loquutionis adhibet, cum ordinatione mentis ad audientem, & quaſi nomine ſuo, quae quidem in caſu Deus non adhibet; unde nec ipſi illud mendacium imputatur, nec per alium mentitur. Tandem, ſi expediat, & fieri poſſit, teneor ipſe detegere Petro praehabitum errorem, at non ita Deus, qui potius, errore praemiſſo, tenetur me dirigere ad actionem, quam tanquam bonam, & praeceptam adprehendo: quare tunc caſu mihi imputatur Petri mendacium, non Deo: eſto potuerit Deus nulla lege aut poſitiva, aut naturali non prohibere mendacium, hoc tamen ſemper intrinſecam retineret malitiam nullatenus diſpenſabilem (z). Neque vero Deus diſpenſavit ea directe, Abrahamo ſcilicet homicidium, & Oſeae fornicationem, ſed tranſtulit dominium illi in vitam filii, huic in corpus feminae. (a)

89 Obj. *ſecundo* contra II. Adſ. Non repugnat divina loquutio cum reſtrictione pure mentali. Nam 1.° Chriſtus ex Marci 13. de die judicii dixit, *neque Filius hominis ſcit*, quum tamen ipſe sciret: ac ex Joan. 7. rogatus de adſcenſu reſpondit, *non adſcendam ad diem feſtum hunc*, & mox adſcendit. 2.° perinde eſt loquutio amphibologica omnino indeterminabilis & imperceptibilis, ac loquutio cum reſtrictione pure mentali, quia utraque mendax eſt; at Deus ſaepe cum illa loquutus eſt in Scripturis, quarum nempe verus ſenſus nondum habetur poſt indefeſſum Patrum, & Doctorum ſtudium in eis exponendis: ergo & poteſt cum iſta loqui. 3.° poteſt quis ex jure reſervationis ſecretorum cordis, licite mentem ſuam partim aliis aperire, partimque ſibi retinere; hoc autem apte fit arte reſtrictionis pure mentalis: ergo haec ars Deo honeſta eſt. 4.° loquutio cum reſtrictione pure mentali non eſt Deo mendax; quoniam mentiri ſolum eſt intendere ſignificare quod loquens judicat eſſe falſum; at homo loquens cum reſtrictione pure mentali non intendit ſignificare quod judicat eſſe falſum, ſed quod judicat eſſe verum: ergo pariter Deus.

90 ℞. N. *Adſ.* Etſi ejuſmodi loquutio eſſet tantum materialiter (ut ajunt) mendacium, eadem tamen ſecum adfert incommoda, quae mendacium formale; per illam enim & occultatur omnino mens loquentis, & audiens inevitabiliter decipitur: quare ſi Deus loqui ita poſſit, ſummam fidem non merebitur. Ad 1. prob: illae, ac ſimiles Chriſti loquutiones fuerunt amphibologicae: per 1. intelligit ſcientia ad alterum communicabili; & per 2. loquitur de adſcenſu publico, de quo rogabatur: unde additur ibidem, *& ipſe adſcendit ad diem feſtum non manifeſte, ſed quaſi in occulto.*

91 Ad 2. N. *Mi.* Nulla eſt Scripturae loquutio, quae nequeat per-

(z) Ex diſputatis *ſupra* ad Tom. III. ubi de lege naturali p. 249.

(a) Plura *Suar.* d. 3. ſ. 5. a n. 2. & 8. *Con.* d. 10. dub. 1. a n. 19. *Plat.* cit. a n. 36. *Del.* d. 4. a n. 30. *Arria.* d. 1. a n. 74. *Val.* d. 1. a. 1. pu. 3. ſub 2. concl.

percipi, & determinari per infallibilem Eccleſiae declarationem. Obſcuritas vero in permultis Scripturae loquutionibus oritur tum a myſteriis, quae obvolvunt, tum e cauſſis, quae multae Deo ſubeſſe poſſunt, e. g. loquutionis commendatio; ne ſua claritate apud populum viteſcant; ut nos ſtudioſius dicta Dei examinemus, & a Deo exquiramus. Plerumque nihilominus ejuſmodi loquutiones quantum ad verum ſenſum percipi poſſunt, ſi quantum ad omnia adjuncta pie, ac ſerio perpendantur

92 Ad 3. *N. Mi.* Haec reſtrictio, quum ſit intrinſece mala, foret bonae cauſſae pejus patrocinium, uti eſſet occiſio volentis a me extorquere ſecretum cordis, quod jure poſſum celare. Sat huic juri proviſum eſt per alia media licita, e. g. per amphibologiam ex cauſſa. Ad 4. *N. Adſ.* & *Mi* prob. Quum verba prolata ſecundum omnem ſuam ſignificationem, quam ab hominibus adcipiunt, unice ſignificent quod loquens exſiſtimat falſum, & non aliquid verum, quia non ſignificant quod pure in mente reſtringitur; hoc ipſo quod loquens intendat ea ſic proferre, neceſſario intendit ſignificare primum; eſto per aliam voluntatem tenuem & inefficacem intenderet aliud ſignificare: adeoque mentitur. (*b*)

93 Jam vero ſi hucuſque de Virtute nobiliſſima diſputatis adcedere velis CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS circa fidem ipſam theologicam, illam plane ſatis ſuperque oſtendunt veterum Sophiſtarum plerique. Et illi quidem prae primis, qui deos adſenſu firmo credendos eſſe jubent; ut puta *Pythagoras* ejuſque auditor *Zaleucus*, *Euripides* Anaxagorae diſcipulus (*c*) *Plato* (*d*) cum ſua cohorte, *Cotta* Academicus (*e*) *Philetas* Cojus, Ariſtoteli ſuppar (*f*) *Aegyptii* Doctores (*g*) *Seneca* (*h*) Illi itidem, qui & pro diſciplinis adquirendis, & pro legibus obſervandis, & pro actis veterum memorandis dignoſcendis, certam abſque ulla ambiguitate credulitatem aut fidem praeſcripſerunt & in primores diſciplinarum Magiſtros, & in Legum Latores, & in viros ſummos actorum veterum adſertores. (*i*) *Sinas* addito, Confucii ſui dictis ſummam cernuos fidem adhibentes, quemadmodum & ſui Pſeudo-prophetae *Mahumedanos*. (*k*) In idem argumentum adjicienda quae mox e re lapidaria profana ſuperſunt exponenda. Itaque, ratione duce, potiori jure ſuperna fides praeſtanda loquenti Deo, quandocumque de loquutione certo moraliter conſtet.

Indicatam denique Concordiam opportuno gradu excipiant Monumen-

(*b*) Conf. *Con.* cit duh. 3. a n. 37. & 50. *Del.* d 4. a n. 63. *Platel* n. 40. *Viv.* in Trutina theſium Queſnellianarum a prop. 72. ad 86. *Arria.* cit.

(*c*) In Hecub. v. 800.

(*d*) De leg. l. 1.

(*e*) Ap. *Tulli.* de nat. deor. l. 3.

(*f*) Ap. *Simplic.* in Ariſtot. de phyſ. auſcult. l. 3.

(*g*) Ap. *Porphyr.* de abſtin. animal. l. 4 §. 10.

(*h*) De vita bea. c. 1.

(*i*) Conf. *Plat.* in Gorgia & de lego l. 11. *Calcid.* in Gorgiam, *Jamblich.* de myſt. Aegypt. ſect. 5. c. 26. *Simplic.* mox cit. in Ariſt. *Porphyr.* pariter cit.

(*k*) Haec omnia in fide *Huetii.* qq. alnet. l. 3. c. 1.

numenta e penu antiquitatis cum ſacrae, tum profanae deprompta in potiſſimam tantae Virtutis commendationem.

CLASSIS I.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro Fide theologica.
E RE MARTYROLOGICA.

1 *Verus pater noſter Chriſtus eſt &* mater Fides, *qua in ipſum credimus.*

S. Hierax M. uti *ſupra* ad Tom. V. p. 58.

Quam belle Hierax ſanctiſſimus, reſpondens Ruſtico Praeſidi, ab illo quaerenti, *ubinam gentium eſſent ejus parentes!* Fides profecto theologica chriſtianae religionis fundamentum eſt, & baſis unica, ea quippe ex *Apoſtolo* Hebr. 11. 1. *ſperandarum ſubſtantia rerum eſt*, & ex *Auguſt.* de Trinit. l. 2. c. 7. *domus Dei credendo fundatur.* Semen eſt ſpiritale, e quo ſuboriuntur virtutum omnium ſupernarum vita, ſplendor & decus. Eccleſiae filios, ab eadem *fideles* dictos, in ſinu ſuo lactat, nutrit, fovet, munit, obarmat, ut facinora illuſtria, quibus Deo placeant & cum Chriſto regnent, adgrediantur atque perficiant. Sic enim ea innutritos & ad ſummum gloriae faſtigium evectos *Paullus* cit. ℣. 4. ſqq. primores commemorat Patriarchas, ut puta Abelem, Henochum, Noëmum, Abrahamum, Iſaacum, Jacobum.

Haec autem omnia & longe multa, quae ſacer codex, Ss. Patres, Doctores catholici de dotibus fidei ſupernae pluribus ediſſerunt, verbo complexus eſt Hierax noſter quum dixit, fidem Chriſtianorum matrem eſſe. Hac plane doctrina imbuti SS. Martyres ſe, incaſſum quibuſque ſuppliciis contra nitentibus, in fide divina imperterritos ſtare proteſtati paſſim ſunt. Ex tanta ſublimium exemplorum ſegete in praeclariſſimam ſancti dogmatis confirmationem, ad ulteriora feſtinantes, perpauca ſeligimus.

2 *Immineant verbera, ſlent cruenta conſilia*: fides *noſtra (*) nec vinci poteſt, nec mutari.*

(*) quam cum omnibus fratribus iſtis meis profiteor.

S. Felix M. S. Felicitatis filius, reſpondens Publio Urbis Praefecto, illum hortanti ut diis immolaret (ex *Act.* quae adlegavimus ad Tom. V. in App. p. VI.)

3 *Chriſtianus ſum, & omnes qui mecum ſunt (*) & a* fide *Domini noſtri Jeſu Chriſti non diſcedimus. Fac quod vis. (**)*

(*) Scilitani Martyres, in paſſione ſocii.
(**) Videlicet cruciari nos jube acerbioribus, quae velis, tormentis.

S. Spe-

S. SPERATUS M. Scillitanus, ut vocant, adloquens Saturninum Proconſulem, ajentem Martyrum coetui, *ſpatium trium dierum tribuo vobis ut reſipiſcatis* (ex *Act.* uti ſupra Append. p. 111.)

4 Ἐγὼ Χριϛιανός εἰμι καὶ πιϛεύω εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριϛοῦ, ὃν οὗτος ἠρνήσατο ἐμέ οὖν κρούσατε.

Videlicet

Ego ſum Chriſtianus, & credo in nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti, quem ille (*) *negavit. Me ergo jam pro illo ferite.* (**)

(*) Sapricius a tormentis ad apoſtaſiam traductus.
(**) gladio, quibuſque cruciatibus, morte.

S. NICEPHORUS M. adloquens lictores, qui Sapricium Presbyterum, germanum olim Nicephori amicum propter confeſſionem Chriſti longo tempore, Praeſidis juſſu tormentis adfecerant, in magna Antiochia Syriae, ſub perſequutione Valeriani & Gallieni an. circ. 26.. (ex *Act.* Sancti, quae poſt Metaphraſt. Lipoman. Sur. reſtituta e cod. mſ. graeco dederunt Bollandiani ad d. 9. Febr. Martyri ſacrum, ac demum ex aliis mſſ. graecis vulgavit lat. graeca cit. Ruin. a p. 245. ſub hoc titulo, *Certamen ſancti, magnique Martyris Nicephori & contra injuriarum memoriam.*)

Hinc vero ediſcas primum, quanta fuerit Sancti fides & in fide conſtantia; quippe qui Saprici a fide apoſtaſiam in ſe ipſo tormentis quibuſlibet, ac morte propria vindicare ultro adgreſſus eſt. Quantum deinde valeat, immo neceſſaria ſit apud Deum noſtra erga proximos caritas: quoniam & Sapricius permultis jam exantlatis pro fide cruciatibus, morti proximus, quum tamen ſaepe rogatus injuriam neſcio quam condonare Nicephoro tenaciter abnuiſſet, derelictus a Domino, a fide tandem turpiſſime defecit; & alias Nicephorus, nihil tale de ſubeundo martyrio cogitans, quum tamen ex praecepto caritatis pro injuria illata etiam atque etiam a Sapricio exegiſſet veniam, providente mirabiliter Domino, de repente martyrii laurea coronatus eſt.

5 *Si nocentem me comprehendiſſes* (*) *haberet in me locum timor: nunc vero non formido minas tuas*, pro Chriſti fide *quidlibet pati paratus.*

(*) Theotecne Praeſes,

S. THEODOTUS M. quum graviſſimis torqueretur ſuppliciis reſpondens Theotecno, graviora minitanti (ex *Act.* Sancti, de quib. in Adp. p. XXVIII.)

Cetera id genus documenta, quae pene tertio quoque codice dant Acta ſincera Martyrum ap. citt. Bolland. & Ruin. miſſa facimus.

Digitized by Google

E RE LAPIDARIA SACRA.

6 ENNODIVS VATIS LVCIS REDITVRVS...

.....

SCISMATA CONIVNXIT DVDVM DISCORDIA LEGI
ATQVE FIOEM PETRI REODEOIT AECCLESIIS
POLLENS ELOQVIO DOCTRINAE NOBILIS ARTE
RESTITVIT CHRISTO INNVMEROS POPVLOS

.....

DEPOSITVS SVB D. XVI. KAL. AVGVSTAS
VALERIO. V. C. CONSVL. *A. C.* 521.

Ticini in Baptiſterio S. Michaëlis ap. Murat. p. 1862. 2.

Hoc Ennodii, praeclariſſimi Ticinenſis Epiſcopi & Scriptoris Epitaphium tradiderunt integrum cit. *Murat.* poſt *Sirmond* in vita Ennodii t. 1. oper. Sirmondianorum, ante col. 1365. & *Fabrett.* cap. 10. p. 733. n. 454. Ex iis vero Sirmondus teſtatur illud legiſſe verbis, quibus exſcriptum tradidit, itidemque Murat. ait, ipſum ad fidem marmoris expreſſum rurſus exhibere e ſchedis ſuis. Nihilominus inſignem videris diſcrepantiam inter utramque ſcriptionem quantum ad ortographiam, & nonnullam etiam quantum ad verba. Quin & Fabrettianum tranſumtum ab utroque laudato non ſemel diſſidet. Cuinam ergo fides integra exhibenda? Nulli quidem, ſed ſoli Marmori, quod oculis tuis obſervaveris. Adeo quippe in hoc rerum genere adcuratiorum etiam Authorum fallunt typi, ut raro aut nunquam ab iis tuto ſperare valeas exemplum ad amuſſim cum autographo conſentiens. Praeſtat itaque, me judice, in Lapidaria diſciplina haec minima minus curare ac inquirere, dummodo conſtet de fidelitate exſcriptionis quantum ad ſubſtantiam traducti Lapidis.

In hac autem textuum, quos in praeſentia memoramus, diſcrepantia, Muratorianam editionem elegimus potiſſimum, quoniam ea nobis videtur uſui ſcriptionis illorum temporum magis adcommodata,


Jam vero perſpicue habemus in noſtro Marmore theologicam fidem, quae non alia eſt, quam fides Petri, hoc eſt divina fides, quam Petrus Apoſtolus tanquam Paſtor ſummus & univerſalis gregis Chriſti eum docuit, ſuoque ſanguine confirmavit; hanc quippe Ennodius Eccleſiis reddidit, eademque populos innumeros Chriſto reſtituit.

Haec rurſum fides illa Petri, de qua *Petrus Chryſologus* in epiſt. ad Eutychen Presbyterum contra ejus errores, quae exſtat apud opera Chryſologi poſt ſermonem 176., in haec verba egregie diſſerit „ in omnibus autem hortamur te, frater honorabilis, ut his, „ quae a beatiſſimo Papa (*Leone*) Romanae civitatis ſcripta ſunt „ obedienter attendas: quoniam B. Petrus, qui in propria ſede & „ vivit & praeſidet, praeſtat quaerentibus fidei veritatem. „

Romae

Digitized by Google

7



Romae e cryptis ſubterraneis, uti ſupra in Tomo III. *Claſſe* I. *n.* 9. *p.* 21.

Porro τὸ FIDE CUSTITUTUS, hoc eſt CONSTITUTUS, varias excepit expoſitiones apud recentes Interpretes Lapidarios, puta *Mazzochium*, *Sabbatinium*, *Baruſaldum*, *Victorium* meum. Alii quippe intelligunt IN FIDE CATHOLICA VIXIT *Hilarus*; alii vero FIDELIS EXSTITIT. Ii rurſum verba explicant de *fide*, quam Hilarus baptiſmatis lavacro adcepit; illi autem de *fide*, qua Sacramento confirmationis roboratus eſt. Noſtram de iis ſententiam quum oportunior locus erit, ſi Deus adjuvet, aperiemus.

Utut vero ſit de interpretatione obſcuri textus noſtri Lapidis; at fatendum tamen omnibus eſt, eum ad fidem theologicam, quam hac Claſſe illuſtrandam ſuſcepimus, extra dubitationis aleam referri.

8 DEPOSITVS HERILA
COMES. IN PACE FIDEI
CATHOLICE. VII. KAL
AVG. QVI. VIXIT. ANN
PL. M. L. DN SEVERI AVG
PRIMO CONS

Romae olim in vinea PP. Auguſtinianorum extra portam Flumentanam ap. Donium p. 537. *n.* 65. *e ſchedis Biblioth. Vaticanae.*

Fabrettus cap. 10. n. 628. p. 757. quem exſcripſit *Zaccharias* in laud. ſaepius diſſ. cap. 5. p. 345., Titulum adfert ex coemeterio Valentini, & poſt τὸ PRIMO CONS, addit ET CONSVLATV HERCVLANI. V. C. At nonnihil inde difficultatis emergere video. Quoniam Imp. Fla-

Digitized by Google

Flavius Libius Severus Aug. primum Conſul proceſſit an. 462. etenim ſub hoc an. Hilarus Papa ſic epiſtolam ad Leontium Epiſcopum Arelatenſem ſubſcripſit, *D. N. Severo Auguſto Conſule*, & an. 463. epiſtolam aliam ad Epiſcopos diverſarum provinciarum Galliae ſic, *Gl. P. Severo Auguſto Conſule* (ap. *Labb.* in CC. tom 4. col. 1039. & 1043., adeinitque *Relandus* in faſt. p. 642.) unde Lapidis aetatem ex hoc capite clare perſpectam habemus.

Et vero collega in hoc Conſulatu apud faſtos caſtigatiores *Relandi* & *Muratorii* adſignatur *Imp. Flav. Leo Aug.* II., nullibi, quod ſciam, *Herculanus*. Quid ergo de ejuſmodi additione Fabrettiana, quam alias adoptare videtur idem *Reland.* p. 631. ubi totum Lapidem revocat ad an. 452 quo Conſulatum iniit Fl. Herculanus cum Aſporacio collega? Quid inſuper contra de ſententia *Muratorii* qui in theſ. Inſcript. t. 1. p. 409. 5. Relandum carpit, totumque Lapidem Fabrettianum rejicere jubet ad an. 462? Ecquis autem prudens non cenſeat, & Relandum erraſſe, quod rejecerit Conſulatum Severi ad an. 452. & Muratorium, quod Herculanum ad an. 462. Conſulem deſignari probarit? Nodum hunc, & exinde alios emergentes, niſi ſuppoſititium dixeris, atque adeo reſpuendum Fabrettianum additamentum, haud facile ſolveris.

Jam vero *fides catholica*, in cujus pace depoſitus eſt Herila Comes, non alia eſt, quam fides theologica, ſupernaturalis, chriſtiana, divina, quae quidem antonomaſtice *catholica* dicitur a graeco Καθολικυ, univerſalis, quippe illam vera & univerſalis Chriſti Eccleſia tenet, fovet, effert, profitetur; quo itidem ſenſu eadem Eccleſia nuncupatur catholica in Symbolo Conſtantinopolitano ac Athanaſiano, & in formula juramenti Maſtigratnum Novell. jusjurand. quod praeſt. ſolet; & chriſtiani Eccleſiae populi haud raro catholici ſalutantur.

Ergo IN PACE FIDEI CATHOLICAE. Videlicet Herila Comes ad mortem uſque retinuit pie & conſtanter fidem erga cuncta dogmata coelitus revelata. Idcirco IN PACE, hoc eſt in honore, atque in pacifica hujus fidei profeſſione, nullo innodatus anathemate eccleſiaſtico, cum pompa funebri chriſtiana DEPOSITUS eſt, reſurrectionem exſpectans.

Audi in rem noſtram catholicum Poëtam *Prudentium*, e quo formulam noſtri Lapidis pulcre depromtam dixeris, in Periſteph. hym. 4. de paſſione S. Hippolyti verſ. 24. ubi ſic cecinit,

Uſque ad martyrii provectum inſigne, tuliſſe
Lucida ſanguinei praemia ſupplicii.
Nec mirere, ſenem perverſi dogmatis olim
Munere ditatum CATHOLICAE FIDEI.

Et paucis interjectis verſ. 30. ſic rurſum,

Reſpondit: fugite o miſeri, exſecranda Novati
Schiſmata CATHOLICIS *reddite vos populis.*

Sed

Sed & Prudentio vetuſtior *Tertullianus* in l. 4. cont. Marcion. cap. 9. p. m. 702. edit. Pamelianae, voce eadem eleganter uſus eſt, ubi nuncupavit *Chriſtum Jeſum catholicum Patris Sacerdotem*, hoc eſt, ut ego quidem interpretor, ſacerdotem ſacerrimum, pium, religioſum, ſupercoeleſtem, divinum, univerſalem, qui nempe pro univerſo hominum genere ſe ſe obtulit ſacrificium.

Obtinuit denique vox eadem apud ethnicos Seculi primi chriſtiani Rhetores, ſi credas *M. Fab. Quinctiliano* l. 2. inſtit. oratoriar. c. 13. pene ſub fin. haec eloquenti „ mihi ſemper moris fuit, „ quam minime adligare me ad praecepta, quae καθολικὰ vocant, „ id eſt (ut dicamus quomodo poſſumus) univerſalia, vel perpe- „ tualia. „

Hoc deinceps ſenſu ſub Secula abinde paullo poſteriora apud noſtrates *Catholici* titulum nacti ſunt, qui univerſali quadam poteſtate aut regimine inſignes erant, ac prae primis in rebus eccleſiaſticis. Sic enim Primates ſuos dixerunt *Catholicos*, Seleucienſes, Hirenopolitani, Bagdatenſes, Armeni, Aethiopes, Jacobitae, Albani, aliaeque gentes. (Lege *Cangium* cum additionibus PP. Maurinorum art. *Catholicus*.) Quin etiam eodem quandoque titulo adpellati ſunt ſummi Praeſides in rebus ſecularibus: e. c. Viri Conſulares ac Proconſules, in Africa praeſertim, Judices, Praeſides, Fiſci regii, ex probatis Scriptoribus, quos ibidem adduxit *Cangius*, tum in Gloſſar. med. & infimae Graecitatis art. καθολικος, quem conſulas. Haec de univerſaliore apud omnes nominis notione.

Quod vero propius ſacram rem noſtram, pluribus illuſtrandam, ſpectat, catholica Herilae noſtri fides ea eſt, quam profitetur noſtra Chriſti Domini Eccleſia, a falſis eccleſiis aut ſynagogis diſtincta, quae antonomaſtice jure ſuo *catholica* ſemper audiit. Quid vero huic comprobandae theſi aggeram teſtes, & advocem *Optatum* Milevit. l. 1. *Iſidor.* l. 8. orig. c. 1. & alias, *Lactant.* l. 4. c. 30. *Auguſtin.* l. 3. cont. Creicon. & collat. 3. Carthag. cap. 101. & alibi ſaepiſſime, *Marium Mercat* lib. ſubnotat. cap. 9 §. 7. *Boëtium* lib de S Trinit? hos quidem omnes, & alios, brevitatis ſtudioſus, invitus taceo; ſed omnium tamen loco & nomine unum liceat producere *Vincent. Lerinenſem*. Hic autem in percelebri commonitorio I. ſub nomine larvati *Peregrini* edito, paſſim *catholicam* dicit & eccleſiam, & fidem noſtram.

En tibi opuſculi exordium „ Incipit tractatus Peregrini pro „ catholicae fidei antiquitate & univerſitate adverſus profanas om- „ nium novitates haereticorum „ Deinde *catholicam fidem* adpellat, aut *catholicam Eccleſiam*, vel ſaepius utramque ſimul ad cap. opuſculi primum, 3. 4. 5. 14. 16. 18. 20. 25 27. 32. 33. 36 37. 38. 39: tum in laciniis, quae ſuperfuerunt de commonitorio II. ap. Bibl. PP. Lugd. t. 7. p. 262. ad cap. antepen.

Sed & ipſum haec peregregie adloquentem tantiſper audire lu-

lubeat. Sic ille ad cap. 3. in „ ipſa item *catholica Eccleſia* magno-„ pere curandum eſt, ut id teneamus, quod ubique, quod ſem-„ per, quod ab omnibus creditum eſt; hoc eſt etenim vere, pro-„ prieque *catholicum*, quod ipſa vis nominis, ratioque declarat, „ quae omnia fere univerſaliter comprehendit „ tum ad cap. 25. „ ille eſt „ verus & germanus & *catholicus*, qui veritatem Dei, qui „ Eccleſiam, qui Chriſti corpus diligit, qui divinae religioni, qui „ *catholicae fidei* nihil praeponit .. qui .. ſtabilis, permanens, quid-„ quid univerſaliter antiquitus *Eccleſiam catholicam* tenuiſſe cogno-„ verit, id ſolum ſibi tenendum, credendumque decernit. „ Haec ille & paſſim ſimilia. Hoc autem pro re noſtra teſte locupletiorem alium ne quaere.

Idem praeterea Lerinenſis filios ſacroſanctae ejuſdem Chriſti Eccleſiae, ipſiuſque fidei profeſſores tertia quaque pagina antomonaſtice *catholicos* adpellat; uti & deinceps, quaſi ejus veſtigiis inſiſtens *Gregorius Turonenſis* in hiſt. Franc. l. 6. ad cap. 40. & quique praeterea ceteri noſtrates Scriptores ubi de ejuſmodi filiis & profeſſoribus, aut obiter, aut ex inſtituto verba faciunt; omnibus porro dudum praelucente *Paciano*, Barcinonenſi ſancto & perdocto Antiſtite, cujus, praeter alia, quae de nomine *catholicus* egregie diſſeruit in epiſt. 1. ad Sympronianum Novatianum, effatum hoc memoriae proditum eſt, *Chriſtianus mihi nomen eſt, catholicus vero cognomen: illud me nuncupat, iſtud oſtendit, hoc probat, inde ſignificor.*

Quin etiam (licet id fateri non audeat ibidem Pacianus) apud Luthericos gregales cum *Lomerio*, adteſtante *Pichlero* in curſu polem. ubi de Eccleſia, art. 5. §. 6. compellatio *catholicae* ab ipſis Apoſtolis primum profecta eſt.

Habemus ergo (ut rem noſtram dogmatice atque polemice tandem aliquando concludamus) ex antiquiſſima, nec unquam uſque modo interrupta traditione Patrum, eam eſſe *fidem catholicam*, quae credit aut apta proxime eſt credere veritates omnes, quas Deus revelavit, & Eccleſia Dei credendas propoſuit; eam deinde eſſe *catholicam Eccleſiam*, quae fidem praefatam tenet ac docet; eum denique virum *catholicum* eſſe, qui tanquam filius ejuſdem Eccleſiae fidem illam demiſſo obſequio profitetur.

Ex iis vero amice commonuerim noſtri aevi Proteſtantes, ceteroſque cujuſvis nominis Heterodoxos, ne nobis audeant de ſacerrimo *catholici* cognomine intentare litem, qualem ex *Auguſtino* & *Paciano* proxime laudatis olim verae Chriſti Eccleſiae intentaſſe novimus Cataphryges, Montaniſtas, Donatianos, Novatianos, alioſque id genus impios homines: indeque conſequenter nec ſuam fidem, quae plurimos abnuit verae fidei articulos, *catholicam* in poſterum nuncupent; nec *catholicam*, ſuam Eccleſiam aut ſynagogam; nec *catholicos*, ſuae falſae religionis & Eccleſiae alumnos: nec demum in patrocinium ſuae fidei advocent perantiquum hoc documentum de *fide catholica* Herilae Comitis. IN-

9 INLVSTRIS MERITI RECVBAT HOC MARMORE TECTVS
ECCLESIAE LEGISQVE MEMOR SEMPERQVE DICATVS
ARSACIVS DNO REDDENS LAVDABILE MVNVS
IN FIDE CATHOLICA CREDENS CONSISTERE VITAM. *&c.*

Hoc Epitaphium Arſacii, quem nonnulli Mediolanenſibus Epiſcopis adnumerant, obmuteſcente penitus Ughello, tradidit Gruter. p. 1167. 3. ex veteri illo codice bibliothecae Palatinae alias laudato.

Zaccharias in diſſ. cit. c. 5. p. 345. hocce documento ceu praeclaro atque indubio confirmare adnititur notam *catholicae*, quam vera Chriſti Eccleſia ſibi vendicat. Nec minori quidem jure poſſem ego eodem uti ad evincendum *fidei catholicae* titulum nuper propoſitum & illuſtratum. Ceterum quum ejus generis Epigrammata, ſi alias certo non innotuerint, quemadmodum nec iſtud, quod ſciam, innotuit, nobis interea ſatis dubia habeantur ex adſertis *ſupra* ad Tom. IV. p. 202. ſq. idem ipſum mere recitatum volumus ad fidem Zacharianam, quin ullam tamen exinde pro ſancto dogmate probationem conficere intenderimus.

10 ☧ SANCTISSIMAE . F. PAVLIAE . CVIVS . FIDES . ET . INTEGRITAS
IMMACVLATA DIE VITAE SVAE FVIT . QVAE VIXIT
ANNIS XXXII. MEN VII. D. PR. ID. MAIAS
IN PACE ☧

Romae olim in coemeterio S. Agnetis ap. Murat. p. 1921. 6. ex Boldetto.

En tibi commendat Epitaphium immaculatam ſanctiſſimae Pauliae fidem ac integritatem. &, me quidem interprete, non aliam, quam theologicam, hoc eſt catholicam & divinam. Nec enim digna laus eſſet Pauliae, eximia ſanctitate praenitenti, ab humana & naturali fide, ſeu potius fidelitate commendari.

11 I. FLAVIVS Ɔ SENILIS .
AELIAE . HAELIANAE .
COIVGI Ɔ BENE . ME
RENTI

Romae e coemeterio S. Agnetis olim effoſſus ap. Fabrett. p. 568. n. XLV.

Hoc plane ſymbolum ſanctae fidei, quam primaevi Chriſti cultores profitebantur, ſaepe titulis ſepulcralibus inſculptum, in Anchora; hanc etenim ipſi non modo in typum ſpei, fortitudinis, aliarumque virtutum chriſtianarum exprimere conſueverant, verum etiam catholicae fidei, quemadmodum cenſent *Fabret* cit *Aringh.* l. 6. c. 40. n. 3. *Gorius* t. 1. Inſcript. p. 208. n. 41. & ex parte *Boldet.* in obſerv. p. 340. Favetque *Chryſoſt.* inquiens in Pſ. 115. *ejuſmodi enim*

enim res eſt fides: eſt quaedam anchora, quae undique ſuſtentat mentem, quae ei adhaeret.

Ergo adpoſite *Anchora*, quae noſtros paſſim exornat Titulos, fidei anchoram ſignificat, ne videlicet, ex epiſt. ad Epheſ. 4. 14. *ſimus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in aſtutia ad circumventionem erroris*. Quid vero ceteros adducamus Lapides, anchoram in ſignum fidei praeferentes? Ex iis propemodum innumeris perpaucos indicare plurium inſtar ſatis eſto.

Anchoram itaque in ſuis Epitaphiis palam exhibent Populenia ap. cit. *Fabrett.* p. 590. Aemilia Cyriace ibid. p. 569. Susanna ibid. p. 591. Elarus ibid. p. 569. Faustina ap. *Boldet.* p. 339. Froitea ibid. p. 208. Festus ibid. p. 369. Olinpias ibid. p. 407. Cornelia Paula ap. *Aringh.* t. 2. p. 327. P. Aelius Eutyches ap. *Gor.* t. I. Inſcr. p. 208. Venusta ap. *Murat.* p. 1820. 1. Inde vero ad profana, quae ſacram fidem convincant, gradum facimus.

E RE LAPIDARIA PROFANA.

PRAEMONITIO POLEMICA.

Exemplis heic e Paganiſmo petitis levinſculas umbras, aut rudiores quaſdam imagines damus theologicae fidei: immo hanc adverſus Paganiſmum ſuis met armis invicte ac pene ad evidentiam vindicamus: prementes utique veſtigia eorum primaevae Eccleſiae Patrum, qui ex ethnicis ſuperſtitionibus veri longe ſimillima eſſe chriſtiana dogmata concludebant; ut puta *Juſtinus*, *Tatianus*, *Clemens Alexandrin. Athenagoras*, *Tertullianus*, *Arnobius*, *Lactantius*, *Euſebius*, alii.

Nimirum gentes illae divinam prae primis fidem, quae Religionis noſtrae eſt fundamentum, & qua non praevia res ſacras percipere nefas eſt, cachinnis ſubſannabant, paſſimque contumelioſis ſimplicitatis, ſtupidae credulitatis ac intolerandae vecordiae nominibus traducebant. Ego vero contra enixe contendo, ethnicam earum gentium fidem, ſeu indubium, invictumque adſenſum, quem ſuae ſuperſtitionis arcanis praebent (quo quidem titulo umbra quadantenus eſt noſtrae fidei) plane ſtultiſſimum eſſe, utpote nullo, quod ſit rationi conſonum, fundamento innixum; noſtram vero fidem, utpote perſtipatam ſignis propemodum infinitis (ea late referunt & propugnant *Polemici* cum *Bellarm. Bozio*, *Boverio*) quae ſummi Numinis loquutiones propalam teſtantur, certam, veram, infallibilem, unice ſanctam eſſe: atque adeo illam cuique rationis compoti eſſe improbandam, noſtram vero tenendam.

Mitto equidem e veteribus monimentis profanis ea pene innumera, quae demonſtrant univerſalem cujuſque gentis fidem erga ſuos mythicos deos, eorumque ficta colloquia, & commentitia geſta; quas nempe fabulas, majorum ſolummodo fama & inſtitutio-

tionibus eruditi, non unquam nativo lumine non reluctante, eo credebant animo, ut pro exſiſtimata eorum veritate ſaeviora proelia ſubirent, nec profundere ſanguinem infeliciter dubitarent.

Ea vero duntaxat pro cauſſa mea in medium profero, quae privatam plerorumque fidem, vel ab uno inani ſomnio, vel ab una leviſſima imaginatione pendentem exhibent: quam quidem ſi prudentem pagani duxerint, noſtram profecto fidem, tot, tantiſque ſummi ponderis argumentis ſuffultam, prudentiſſimam eſſe, tum rationi ac veritati maxime conſentaneam diffiteri nequeant. Quin immo, eorum opinione, praefata ſomniorum atque imaginationum commenta adeo certa ſigna erant deorum nutibus, monitis, aut imperiis loquentium, ut haec quam cito exſequutioni mandarentur, ſcalperenturque ad aeternitatem in Saxis: & nullo quidem e pagano populo repugnante, immo cunctis ad unum fictitium arcanum temere cooptantibus, ſollemnique plauſu tanquam quid divinum ſuſpicientibus & commendantibus.

Haec autem paganae fidei teſtimonia identidem occurrunt in Votivis Lapidibus, palam praeferentibus inſcripta deorum uni ſolummodo cuiquam loquutorum *viſa*, *monita*, *juſſa*, *praecepta*, *imperia*, quibus miſere ſomnians aut delirans ſe ſe adſtrictum ipſis illico votum ſolvere incunctanter credebat. Panciora haec plurium inſtar paganica fide perſoluta Vota ſubjicimus.

12

DEO . SERAPI
M. VIBIVS.
EX . VISO.

Apud Cimelia Fabretti, ipſo teſtante in ſuis Inſcript. cap. 6. p. 467.

Habes heic Votum ab Oneſimo pro ſalute Serapidi perſolutum EX VISO, ſeu ex praecepto illud emittendi votum accepto a Serapide per ſomnium, vel per quietem. Hanc nempe ſuperſtitionem expectandi a Serapide per ſomnium curationem valetudinis indicavit *Tullius* l. 2. de divin. inquiens, *an Aeſculapius, an Serapis poteſt nobis praeſcribere per ſomnium curationem valetudinis* . . . tum *Sueton.* in Veſpaſiano c. 7. *orantes opem valetudinis, demonſtratam a Serapide per quietem*. Ex iis vero laud. *Fabrett.* p. 469. col. 1. ſub. fin. monet colligi poſſe, alias omnes curationes a Serapide paganis acceptas, & relatas in multis Lapidibus apud *Gruter.* p. 84. & 85. & apud ipſum *Fabrett.* ibid. eodem pacto ſe habuiſſe, nimirum *ex viſo*, in ſenſu nuper expoſito.

Ego tamen id minime poſſe colligi autumo, vim enim illationis non video; ceteroqui vota omnia, quae & Serapidi & pluribus diis aliis ob acceptam ſanitatem perſoluta paſſim legimus, *ex viſo* ſeu praecepto eorundem numinum injuncta deberent intelligi: quod nemo prudens dixerit ubi de eo viſo, aut ſupercoeleſti monito men-

tio non habetur. Quid? quod quum ea ejuſmodi viſi, aut moniti divini conditio maxima eſſet apud paganos in adcipiente praerogativa, ſignumque eximium probitatis, aut meriti penes Deum monentem; facile credi poteſt, commonitum religioni ducere perhonorificum beneficium propalam evulgare una cum ſolutione voti; piaculo vero illud penitus reticere. Nobis itaque illa duntaxat e Votis paganis favere cenſeo, quae vel hanc, vel aliam ex adnotatis formulis expreſſam referunt.

EX VISO, ſeu EX VISV, hoc eſt ex juſſu numinis per quietem aut ſomnium praeferunt plura in ſaxis literatis Vota ap. *Gruter.* pag. 2. 12. p. 16. 16. p. 32. 5. p. 38. 2. p. 60. 2. p. 62. 9. *Murat.* p. 4. 1. p. 7. 2. p. 29. 2. p. 68. 5. p. 95. 2. p. 110. 4. rurſus *Fabrett.* p. 693. n. 143. *Thomaſin.* de donariis cap. 26. p. 186. 189. 190. ſemel, iterumque.

13

DIANAE SANCTAE
T. FLAVIVS . ARISTION
EX . MONITV . ARAM
FECIT

Romae in Muſeo Capitolino ſub titulo de Sacris & Sacrorum Miniſtris num. XIV. *Exſcripſi.*

14

ISIDI
SACRVM
EX . MONIT
EIVS . D . D
L. VALERIVS
MEMOR
VIVIR . AVG
L. D. P

Apud Maffei. in Muſeo Veronenſi p. 84.

Epigramma tanquam tum temporis Ataſte exſtans primum recitavit *Thomaſin.* de donariis c. 34. p. 216. legitque in penultima linea VI. VIR. ac in tertia EX MONIT; crediderim tamen, Maffejum illud quum exſcripſit in vulgus edendum, ob oculos habuiſſe. Multa in rem noſtram ibidem congerit *Thomaſin.* ex Galeno, Jo. Franc. Pico Mirandul. aliiſque ſcriptoribus, ſaxiſque pervetuſtis. Ipſe conſertor.

EX MOMITV, SOMNO MONITVS, vel etiam IOVI MONITORI. Occurrunt hae phraſes, ac iis ſimiles ap. *Murat.* p. 121. 8. rurſum ap. *Maffei.* p. 248. 1. *Thomaſinum* de donariis cap. 34. p. 216. & c. 7. p. 71. *Gruter.* p. 80. 2.

Ex-

15

SALVLS . AVGVSTIS
SANCTO AESCVLAPIO
EX IVSSO·
NVMINIS DEI
POSVIT
MVSTIVS . IF. FAB.
OLYMPVS ROMA· * *Romanus*.
MILES . COḤ . XI. * * *Cohortis* XI·
VRB· SVSSVLI

Extra Urbem in Villa praenobili ac celebratiſſima Em. Alexandri Card. Albani, in pulcerrimo Inſcriptionum profanarum conclavi. Exſcripſi.

16

IOVI . OPTVMO
MAXIMO . DO
LICHENO . T.
FLAVIVS . COS
MVS . IVSSV . DEI
FECIT

Romae olim in D. Alexii in Aventino, in arcula marmorea ap. Grut. p. 20. 6. ex Smetio.

IVSSV, EX IVSSV, EX PRAECEPTO, EX IMPERIO Dei, Deorum, alicujus numinis. Ejuſmodi formulas exhibent pleraeque votivae tabulae ap. ipſum *Grut.* p. 12. 5. p. 16. 12. p. 21. 3. p. 88. 7. p. 4. 12. p. 31. 10. p. 64. 9. p. 91. 2. *Murat.* p. 23. 10. p. 101. 3. p. 117. 6. p. 126. 1. p. 139. 1. p. 140. 5. p. 141. 6. p. 142. 3. p. 159. 4. p. 333. in folio adjecto, p. 354. 2. *Thomaſin.* de donar. cap. 22. p. 154. cap. 23. p. 164. *Maffei.* in Muſ. Veron. p. 84. 4. & 5.

Haec itaque brevitatis gratia digito duntaxat indicata paganicae fidei perſpicua documenta; e quibus diſcimus primum in confeſſo omnibus fuiſſe apud ethnicas gentes, pleraque arcana ſuos deos mortalibus interdum revelare; id quod de vero Deo impiis noſtri Seculi Pantheiſtis, qui religionem revelatam fateri dedignantur, perobſcurum & falſum eſt: deinde loquenti Deo, utpote ſumma authoritate pollenti, firmiſſimum illico animi adſenſum devovendum eſſe; ac en tibi praeclaram noſtri ſenſus ac dogmatis imaginem: poſtremo perquam temere ac ſtulte pro divinis *loquutionibus*, *viſis*, *monitis*, *juſſis*, *praeceptis*, *imperiis* leviſſima ſuarum mentium ſomnia, commenta, deliria duxiſſe; iis nempe, quae voluntas adpetebat ardentius, adcommodata: en autem craſſiorem, ac intolerandae credulitatis errorem in eis gentibus; ex quo revincuntur quidem, atque ad evidentiam convincuntur eſſe ipſis fide theologica credenda quae orthodoxae Eccleſiae revelavit Deus; quo-

quorum quippe revelationem argumenta graviſſima & propemodum infinita teſtatiſſimam faciunt.

Haec porro vera Dei olim multifariam loquentis viſa, monita, juſſa, praecepta, imperia, una cum documentis pro indubia ipſorum revelatione ſerio perpendant ethnici; ac ſperaverim confidenter, eos illico, ſua contemta credulitate, ad te, Deum meum, tuaeque Deitatis amplexus per ſemitas verae fidei convolaturos: quo plane fauſtiſſimis avibus de paganiſmo actum eſſet.

E RE LITURGICA.

17 Σε δυσωπῦμεν χριςὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν ... τῆς Πίςεως τ̃ ἀλήθειαν αὔξησον ... τῶν αἱρέσων κατάλυσον τὰ φρυάγματα.

Videlicet

Te obſecramus Chriſte Deus noſter ... Fidei veritatem auge ... haereſeon fremitus deſtrue.

E LITURGIA S. GREGORII ALEXANDRINA IN PRECIBUS EUCHARISTICAM CONSECRATIONEM SUBSEQUUTIS (ap. laud. *Renaudot.* in collect. liturgiar. oriental. t. 1. p. 106. ſq.)

Habes heic praecipuam theologicae fidei dotem, nempe Veritatem. Quum vero hujus augmentum hoc loci depoſcit Sacerdos per ſynecdochen loquitur, deprecans nimirum a Domino, ut numerus vera fide credentium augeatur; fidei quippe veritas, falſo ſubeſſe impotens, augmentum neſcit, eadem quippe in quibuſque fidei actibus eſt, aut nulla; omnes ſiquidem peraeque una eademque nituntur authoritate loquentis Dei, quin falſo ſubeſſe ullatenus poſſint; eſto animi adfectus erga ipſos intenſionem, remiſſionemque patiantur.

Habes inſuper Haereſes fidei hoſtes in fidem frementes, quos fremitus ut penitus comprimat Deus, exoratur a Presbytero. Porro apud antiquos vox *haereſis* a graeca αἵρεσις vulgo uſurpabatur pro opinione & electione cujuſcumque dogmatis, & in eundem peraeque ſenſum adcipiebatur vox *ſecta*. Sic enim *Tullius* in praefat. paradoxor. ſub init. *ea*, ajebat, *ſentit quae non ſane probantur in vulgus, & in ea eſt haereſi, quae nullum ſequitur florem orationis, neque dilatat argumentum.*

Sic itidem ſcholas Sadocaeorum & Phariſaeorum *haereſes* vocavit *Lucas* Act. 5. 17. & 15. 5. tum opiniones, quod mores ſpectat, diverſas, aut ſchiſmata Corinthiorum in ordine ad celebrationem Euchariſticae coenae *Paullus* 1. Cor. 11. 19. Sic rurſum *Tertull.* in bonam partem ſaepe numero *ſectam* uſurpavit, ut puta in l. de pallio c. 6. & l. ad Scapul. c. 4. & l. de cor. milit. c. 7. & alias; eumque ſectatus eſt *Cyprian.* in l. 3. teſtimoniorum, in praefat. ſub init. & l. de patient. ſub init. & epiſt. nunc 34. ſub. fin.

Ceterum vel a primis Eccleſiae Seculis vox *haereſis* pro dogmate adverſante principio alicui orthodoxae fidei apud noſtrates Theo-

Theologos uſurpata vulgo dignoſcitur; tum ſubinde vox *haereticus* pro defendente (aut ſimpliciter,aut contumaciter) idem pravum dogma, tanquam infenſo ſanctae fidei hoſte, penituſque profligando. Ita quidem *Juſtin.* apol. 1. n. 26. ſub fin. *Iren.* l. 3. c. 4. n. 2. *Tertullian.* l. de praeſcript. adv. haeret. per tot. & alias paſſim, *Cyprian.* de unit. Eccleſ. & epiſt. nunc 49. ad Cornelium & ſaepius, *Auguſtin.* 18. civ. c. 51. & epiſt. olim 162. modo 43. ac ſaepiſſime, ut reliquos priorum V. Seculorum Patres, idem ſuis ſcriptis adteſtantes mittam (Nonnulla in hanc rem praelibavimus in Tom. I. ubi de Anti-dogmate a p. 350. n. 192. ſqq. plura quam erudite & critice congeſta dabit Pater *Lorinus* in act. Apoſt. ad cap. 5. ℣. 17.)

Quod autem ejuſmodi *haereſes* ac *haeretici*, tanquam perduelles religionis, hoſteſque orthodoxae Eccleſiae infenſiſſimi juxta ac modis omnibus perniicioſiſſimi, toto orco auxiliante, perpetuis adverſum ſanctam fidem errorum flagitiorumque machinamentis frendeant, infremantque a primis Eccleſiae Chriſti cunabulis, manifeſtius eſt apud ſacros chriſtiani aevi Scriptores, quam ut ulla egeat probatione.

Hos itaque nequiſſimos maleferiatorum hominum fremitus ut funditus diſſipet, Deum una cum populo deprecatur Sacerdos eo tempore Sacrificii apud Gregorianam Liturgiam. Et merito quidem, necnon opportuniſſime. Quid enim antiquius & magis cordi Eccleſiae ſit, putaveris, quam opem & auxilium adverſum ſui, ſuaeque fidei ſaeviores hoſtes a Deo Domino exſercituum ſupplicibus precibus impetrare? Neque vero tempus iis expetendis ac impetrandis opportunius, quam quum Dei Filius Patri Deo in veram impetrationis Victimam incruento Sacrificio ſe ſe devovet.

Quod ſi mea me non fallit opinio, ſollemnis haec deprecatio potiſſimum fertur (aut aequum eſt ut feratur) adverſum eos haereſum fremitus, qui directa fronte Sacrificium & Sacramentum Euchariſticum doctrinae impiis erroribus, morumque perditiſſimorum ſceleribus oppugnarunt: quales dixeris e. c. a nocte Inſtitutionis Euchariſticae, aduſque aetatem Gregorio paullo recentiorem, qua Alexandriae Liturgia haec ejus nomine inſcripta primum obtinuiſſe creditur, 1.° nequiſſimos illos *Gnoſticos*, quorum infanda & propudioſiſſima inventa circa confectionem Euchariſtici Myſterii cum pudore atque horrore nobis retulit *Epiphan.* haer. 26. *Nazaraeos*, docentes, Chriſtum in Euchariſtia per figuram dumtaxat edi tanquam in Sacramento antiqui foederis, ex eodem *Epiph.* haer. 29.

Tum 3.° *Marcum* quemdam, Marcoſiorum principem, impertientem muliebri ſexui ipſammet Euchariſtiae conficiendae atque adminiſtrandae facultatem, referente *Iren.* l. 1. c. 9. 4.° *Montaniſtas*, conficientes Euchariſtiam ex infantium eam ob rem interpunctorum ſanguine, farina permixto, ap. *Auguſt.* haer. 26 5.° *Artotyritas* Euchariſtiam ex pane & caſeo componentes ex *Epiph.* haer. 49. &

Auguſt

Auguſt. haer. 27. 6.° *Encratitas*, authore Tatiano, Euchariſtiam ſolius aquae miniſterio celebrantes ex *Epiph.* haer. 46. 47. 7.° *Archonticos* a Sacramentis, Euchariſtia praeſertim, tanquam ab immani monſtro prorſus abhorrentes, teſte *Prateolo* in Archonticis.

Item 8.° *Manichaeos*, Gnoſticos quantum ad nequiſſimas obſcoenitates comparate ad Euchariſticam confectionem aemulatos ex *Auguſt.* haer. 46. & alias. 9.° *Donatiſtas* ſacra altaria evertentes, calices confringentes, ſuis tradentes edendum canibus Chriſti corpus, adteſtante *Optato Milev.* l. 2. & 6. 10.° *Arium* haereſiarchen adſerentem, Euchariſticum panem, corporeus quum ſit, ſaede per ſeceſſum emitti, ex *Humberto* Cardinali in l. contra Nicet. Pectorat. 11.° *Meſſalianos* docentes, nihil nobis Euchariſtiam prodeſſe, aut obeſſe, ex *Caſtro* art. *Euchariſtia*. 12.° *Pelagium* haereſiarcham odio vatiniano proſequentem ſacros quoſque habitus liturgicos, ab orthodoxis Presbyteris adſumtos in majorem, debitamque celebrando Myſterio reverentiam, ap. *Hieron.* l. 1. contra Pelagian. 13.° *Theodor. Mopſueſtenum* Epiſcopum, qui novam Liturgiam blaſphemiis oppletam, recitandam tradidit ex *Leont. Byzantino* l. 3. contra Neſtor. 14.° *Neſtorium* denique Theodori diſcipulum, ajentem, conſequenter ad ſuum impium dogma de duplici perſona in Chriſto Domino, ſub Euchariſtia veram quidem contineri carnem, non tamen Dei, ſed nudi hominis, juſti & ſancti, qui Dei templum ſit atque habitaculum. Lege *Garner.* in diſſ. de error. Neſtorii.

Jam vero ubi relatos audis doctrinae, morumque impiiſſimarum haereſum fremitus adverſum ſacroſanctum ipſum *Myſterium fidei*, nullus dubites, nec tempore, nec armis opportunioribus juxta atque efficacioribus poſſe illos ſtirpitus ſubprimi, quam effuſis ad Dominum ejuſmodi precibus in liturgica ejuſdem Myſterii celebratione.

18 *Super populum tuum Domine, quaeſumus, .. Fides ſancta ſuccreſcat, redemtio ſempiterna firmetur. Per &c.*

E SACRAMENT. vulgo LEONIANO AD MISSAM IV. IN JEJUNIO MENSIS DECIMI (ap. laud. *Murat.* de liturg. rom. veteri t. 1. col. 482.)

Opportune quidem in ſancto jejunio menſis decimi, ſeu Decembris expoſcit hac prece Eccleſia fidei ſanctae incrementum ſuper populum; nihil enim impetrandis a Deo magnis donis jejunio ac oratione praeſtantius, ut colligere eſt ex *Judith* 4. 8. & 2. *Machab.* 13. 12. *Matth.* 17. 21. *Marc.* 9. 29. *Luc.* 2. 17. & 1. *Cor.* 7. 5. Quod ſi S. Leo P. I. verus ſit author & opifex hujuſce deprecationis, facile putaverim; eum his verbis adludere ad haereſim Manichaeorum, acerrimam orthodoxae fidei hoſtem, ab Eccleſiae finibus exterminandam fide oppoſita: quipppe idem S. Pontifex zelo exaeſtuans in ſerm. 5. de jejunio decimi menſis haereſim illam, ſuoſque

que fautores vehementer exagitat; eoſque prodere ut corrigantur aut eliminentur, *opus fidei* vocat; ad patrocinium denique Petri Apoſtoli provocat, fidelibus ſpem facturus, *ut Eccleſia Dei... ab omni errore ſit libera*. Nihil autem praefata oratione iis magis conſonum; adeo ut fortaſſe ſuſpicari quis poſſit, uno tempore, eodemque adflante Spiritu, & ſermonem & precem lucubraſſe Leonem.

Jam vero quod ſpectat jejunium decimi menſis, hoc unum eſt ex jejuniis quatuor temporum, quae Latina Eccleſia ſub quatuor anni partibus innovandae, confovendaeque animorum pietati, corporumque poenitentiae etiamnum celebrat ad feriam quartam & ſextam & ſabbatum quarundam deſignatarum hebdomadum: nimirum, ex antiqua menſium nomenclatura, in menſe primo, ſeu Martio, in menſe quarto vel Junio, in menſe ſeptimo aut Septembri, in menſe decimo, ſive Decembri. Plures quidem Liturgiae proſtant in hiſce ſingulis ſollemnibus Jejuniis recitandae apud Sacramentaria *Leonis*, *Gelaſii* & *Gregorii* Magni, permultaque in haec ſollemnia vota praeclare conſcripta ab cit. *Leone* in ſermonibus IX. de jejunio decimi menſis, aliiſque totidem de jejunio menſis ſeptimi.

At illico emergit vulgatiſſima in hanc rem difficultas, deſumta ex formula, qua plerumque laudatus *Leo* ſermones pene abſolvere conſuevit, nimirum *quarta igitur & ſexta feria jejunemus, ſabbato autem apud beatum Petrum Apoſtolum vigilias celebremus*. Sic ferme ille in ſerm. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. itemque quid ſimile idem ſcripſiſſe fertur ad finem ſermonis 4. de Quadrageſima apud pleraſque operum S. Leonis editiones, & nonnulla mſſ. ap. edit. *Fratrum Balleriniorum* t. 1. ſerm. 43. col. 162. nota 36. unde liquido ſubinferri videtur, tum temporis minime jejunium inſtitutum fuiſſe ad diem Sabbati, ſed duntaxat vigilias; id quod alias plane pugnat cum vetuſtiſſima inſtitutione jejunii in eo Sabbato, quemadmodum & in reliquis Sabbatis quatuor temporum, mox comprobanda.

Torſit quidem olim Scriptorum ingenia hujuſce nodi ſolutio. At ipſa tamen ex eo facilis eſt, ac nullius negotii, quod perpetuum cujuſque in anno Sabbati jejunium ab an. chriſtiano circiter 387. in Eccleſia romana viguerit, uti notum eſt ex *Auguſt.* ep. olim 19. ad Hieronymum, & ep. 118. ad Januar. c. 2. ex *Hieron.* ep. olim 28. ad Lucinium, ex *Innocent.* P. I. ep. ad Decent. ex *Caſſiano* de inſtitutionibus coenobior. l. 3. c. 10. ex *Socrate* in hiſt. l. 5. c. 22; & quod ipſum Sabbaticum jejunium, aduſque tempora Leonis protractum, Leo ipſe retinendum duxerit, ut liquet ex ejuſdem ep. 11. olim 83. interprete *Paſc. Queſnello* in edit. 2. oper. S. Leon. t. 2. diſſ. 6. §. 4 & 5. p. m. 284. Itaque in textibus primo loco adductis ſatis erat Leoni ſolitum commemorare ſeu indicere ad feriam quartam & ſextam jejunium, penitus vero ſuper-

pervacaneum foret vel ne innuere quidem ſabbaticum jejunium, quod alias ex perpetua conſuetudine cunctis, nullo docente, obſervandum eſſe conſtabat. Et nobis quidem ut in hanc opinionem concederemus, facem praetulerant *Ludov. Thomaſſin.* in tr. de jejun. par. 1. c. 21. §. 2. & *Queſnell.* mox cit.

Ea vero, quae ſecundo loco poſuimus, nullum faceſſunt negotium ſedulo animadvertenti, eam formulam, una cum nonnullis aliis clauſulis, ſubjectis olim citato ſermoni quarto de Quadrageſima ſub finem, ſuppoſititiam eſſe, ac inconſiderate ſermoni adſutam, quemadmodum primus omnium, quod ſciam, cenſuit laud. *Queſnell.* diſſ. 6. §. 17. ſqq. cui adhaeſerunt *Ballerinii* proxime citati, refragante *Petro Th. Cacciario* in edit. oper. S. Leon. par. 1. in ſerm. 4. Quadr. p. m. 112. freto utique authoritate aliquot mſſ. codicum e vaticana bibliotheca, qui clauſulas illas ab Queſnello rejectas praeferunt. Dubito tamen ne Literatorum cohors illi ſuffragetur.

Ubi notandum obiter, *Adrian. Baillet.* de vit. SS. t. 4. par. 2. ubi de hiſt. iv. tempor. §. 2. ſub fin. col. m. 142. edit. Pariſ. 1703. aut non eſſe adſequutum, aut perperam expoſuiſſe ſenſum Queſnelli, ubi refert, hunc ad n. 18. & 20. laudatae diſſ. amandaſſe ad ſubdititia, ea omnia, quae primo loco indicavimus; quum tamen ibi vel ne ipſa quidem innuat Author, cui nempe de ſermone 4. in Quadrag. totus ſermo eſt. Addit *Baillet.*, ex ſententia Queſnelli monachos pannum illum ſermoni Leoniano adſuiſſe in uſum duntaxat ſuorum coenobiorum. Et vero Queſnellus cit. §. vel n. 20. ea conjectat deſumta fuiſſe, ac in editiones leonianas inſcite traducta vel e lectionariis clericorum, vel monachorum. Meliorem quidem in Cl. Bailleto, ſubactam criticen profitente, fidem deſidero, quam plane reperio penes *Pagium* ſeniorem ubi citatum Queſnellum recitat in critice Baron. an. 57. n. VII. ſq. & fideliſſime quidem. De origine & antiquitate inſtitutionis ſollemnium jejuniorum quatuor temporum alias, favente Deo, ſermonem inſtituemus.

19 *Admirabile ſatis eſt, Domine, chriſtianae fidei Sacramentum, per quod Martyres tui regna vicerunt ...* (Ibique ad marginem) Reſp. *Sancti, qui per fidem vicerunt regna.*

Ex orationali Gothico-hispano in oratione alia ad matutinum in festo SS. Fructuosi, Augurii, Eulogii Martyrum (ap. cit. *Blanchin.* p. 56. reſpondetque Breviario Mox-arabico fol. 351. col. 4. ap. eundem *Blanchin.*)

Cave, quum audis *fidei Sacramentum*, intelligas quodpiam ſacrae rei ſignum, a Chriſto Domino cauſſa gratiae conferendae ſuſcipientibus inſtitutum, quo plane ſenſu Sacramentum Theologis adcipi atque deſcribi conſuevit ex *Hugone a S. Victore* in ſpeculo Ec-

cleſ-

cleſ. l. 2. c. 22., vel quid aliud ſimile virtute propria juſtificans: alias facile incides in errorem intolerabilem de fide juſtificante, quem duobus abinde Seculis & amplius excogitatum, defenſumque Proteſtantibus perpetua pugna profligarunt noſtrates Polemici cum *Bellarm.* l. 1. de juſtificat. c. 5. ſqq. & l. 2. c. 4. & alias. Quis autem prudens in animum induxerit, veterem Eccleſiam Hiſpanam, cui haec deprecatio piiſſimo uſui fuit, praefatis Erronibus proluſiſſe?

Ergo *fidei ſacramentum* in eum heic ſenſum adcipere fas eſt, quem *Clerus Romanus* epiſtola inter Cyprianicas 31. ad Cyprianum conſcripta liquido expoſuit, ubi ſapienter inquit, *quum totum* FIDEI SACRAMENTUM *in confeſſione Chriſti nominis intelligatur eſſe digeſtum*. En porro venerandum & omnino arcanum ac mirabile ſacramentum chriſtianae fidei, hoc eſt *Confeſſio Chriſti nominis*, qua nempe tres iſti praeclari Martyres, Tarracone palmam adſequuti, immo reliqui omnes militantis Eccleſiae Martyres *regna vicerunt*: quid vero regna? Totum Deo ſuo univerſum ſubegerunt: quamobrem & ipſi Martyres olim *Confeſſores* antonomaſtice dicti ſunt, uti liquet ex *Ambr.* l. 2. ad Imp. Gratianum, *Paullin.* epiſt. 28. ſub fin. *Actis* S. Saturnini & Socior. n. 1. *Actis* paſſionis S. Maximini, *Cyprian.* epiſt. 7. 9. & alias, *Sidon.* l. 7. epiſt. 17. *Pont. Diac.* in vita ejuſdem S. Cypriani, *Anaſt.* biblioth. in SS. Fabiano & Cornelio PP.

Quid autem infinitas propemodum, quas uno innuimus verbo, Martyrum confeſſione Chriſti nominis victorias pluribus comprobare adgrediar, quum ipſae vel leviter quidem in eccleſiaſtica hiſtoria perito notiora ſint, quam ut ulla egeant confirmatione? Porro duodena Apoſtolorum cohors haud alio armorum adparatu atque fragore permulta Deo regna devoverunt, quam fidei ſacramento, ſeu Chriſti nominis confeſſione. Nec alio itidem certe plurima eidem ſancto Numini ſubjugarunt, qui jam priſca aetate Tertulliani tot numero provincias chriſtiana fide repleverant; ut puta Cappadociam, Byzantium, Thiſtrum, Myſiam inferiorem, Mauritaniam, Carthaginienſem provinciam, Meſopotamiam, Armeniam, Phrygiam, Pontum, Pamphyliam, Aegyptum, Scythiam, Daciam, multaſque e Germania, Galliis, Hiſpaniis; in quibus nempe omnibus, & in pluribus jam tum Chriſtus erat, ut idem teſtatum reliquit *Tertullian.* in apol. adverſ. gentes cap. 37. & l. ad Scapul. c. 3. & 4. & l. adverſ. Judaeos c. 6. & 12. atque alias ſparſim.

Nec alio inſuper qui ſuppreſſum olim Chriſtianiſmum, qua ſuppliciis ſtrenue ſublatis, qua profuſo ſanguine inſtaurarunt in India Orientali, in Perſia, in Armenia, in regno Sinarum, in Japonia, in Tartaria, in Aethiopia, in Aegypto, in variis Aſiae & Africae provinciis, in America cum Septentrionali, tum Meridionali. Facile quidem, ſi nobis otium eſſet, plures ex illis Conſ-

feſſoribus, qui memoratas gentes ſuis laboribus, ſuoque ſanguine ſanctae Fidei conſecrarunt, enumerare liceret. Eos tamen dabunt adcuratiores ipſarum gentium Hiſtoriographi, quorum cenſum, una cum levi hiſtoria de reparatione, quam indicavimus, ejuſdem Chriſtianiſmi apud eas gentes, nobis obtulit Eruditiſſimus Vir *Jo. Albert. Fabricius* in comment. de ſalutari luce Evangelii a cap. 36. ad uſque 49, quem, ſi licet, amabo conſulas.

19 *Sermo & ſacramentum totius Symboli, Fratres dilectiſſimi, fides eſt chriſtiani hominis & vita: fides in praeſenti, vita in futuro: fides in via, vita in patria: fides in ſpe, vita in re: fides in proelio, vita in regno: fides in opere, vita in retributione. Ac ſic qui fidem cum operibus habuerit in hoc ſeculo, vitam aeternam recipiet in futuro... Fides, fratres cariſſimi, vitae oſtium, vitae principium, ſalutis eſt fundamentum...*

E Missali gallicano veteri in Expositione vel traditione Symboli, num. xi. (ap. *Mabillon.* de Liturg. gallic. l. 3. p. 339.)

En tibi perſpicuam & peregregiam Eccleſiae orthodoxae traditionem erga naturam & dotes theologicae fidei; quidquid contra nitatur & frendeat cum ſuo grege Lutherus. Explicatione plane non indigent, quae meridiana luce ſplendidiora niteſcunt. Et haec quidem dogmatica doctrina de fide, qua praeſtantiorem in ceteris aliarum Eccleſiarum, quae ſuperſunt, Liturgicis Ritualibus forte non legeris, ſuos Eccleſia haec Gallicana inſtituebat catechumenos, lavacro ſanctiſſimo jamjam initiandos.

Nimirum ex veteri diſciplina conſuevit apud Eccleſias ante ſollemnem baptiſmi diem tradi, ſeu exponi publico quodam ritu Symbolum fidei *competentibus*, quales erant catechumeni baptiſmi candidati, qui jam catechiſmo eruditi & inſtructi, baptiſmum poſtulabant; ſecus ac alii catechumeni *audientes*, qui nondum verbo Dei digne, decenterque ſuſcipiendo baptiſmati ſatis erant inſtituti. Hoc autem illi nomen ſortiti ſunt, quod una & ſimul cum pluribus baptiſmum peterent, idque temporis expectarent, quo baptiſmum conferri ſolitum erat, Sabbatum nempe, quod Paſcha, ſeu Pentecoſten praecederet. Sic porro ediſcimus ex *Paciano*, vita functo an. circ. 370. in ſerm. de bapt. ſub init. *Hieron.* ep. 60. ad Pammach. c. 16. *Auguſt.* l. de cura pro mort. habenda cap. 12. & l. de fide ex operibus c. 6. & ſaepe ſaepius, *Ambroſ.* l. 2. epiſt. 13. *Zenon.* Veron. ſerm. 7. de Paſch. *C. Agathenſ.* can. 13. *Ferrand.* diac. Carthagin. epiſt. ad Fulgent. *Iſidor.* de eccl. offic. l. 2. c. 21.

Quin

Quin etiam iidem vocabantur *electi* ab examinatione & electione eorum ad baptiſma ſuſcipiendum, ab Epiſcopo facta. Lege *Bingham.* in orig. eccleſ. l. 10. c. 2. § 5. *Miſſale* monaſterii Gellonenſis ap. Marten. de antiq. eccl. ritib. l. 1. c. 1. art. 12. p. 96. ſqq. *Bona* rer. liturg. l. 1. c. 16. cum notis *Roberti Sala*. Quidquid vero ſit de quaeſtione illa, num competentes aliam ab electis conſtituerint claſſem, his negantibus cum *Sam. Baſnagio* in annal. t. 2. diſſ. 12. p. 564. col. 1. *Bingham.* cit. §. 7. illis autem adſerentibus cum laud. *Bona* c. 16. ejuſque adnotatore *Sala* nota 3. ſqq; adtamen certum eſt, eodem Bona fatente, electos a competentibus ut plurimum a Patribus non diſtingui: quoniam eorum exſercitia omnia eadem erant uſque dum ſancto lavacro perfunderentur.

Sollemnem hunc de traditione Symboli ritum ferunt pariter alia Latinorum Sacramentaria, e. c. *Gelaſianum* ap. laud. Murat. t. 1. a col. 539. ubi de Praefat. ſymboli ad electos, antiquiſſimum *Lectionarium Gallicanum* ap. Mabillon. de liturg. gallic. l. 2. p. 126. ex interpretatione ejuſdem Mabillon. *Miſſale Gothicum* in Miſſa in Symboli traditione ap. cit. Mabillon. l. 3. a p. 235. *Miſſale Gallicanum vetus* in Miſſa pariter in traditione Symboli, ibid. l. 3. a p. 346. *Orationale Goth co-hiſpanum* ap. laud. Blanchin. p. 91. *Breviarium Moz-arabicum Toletanum* ap. eundem Blanchin. p. CCVI. *Miſſale Moz-arabicum* ap. Patrem Leſleum t. 1. a p. 151. *Pontificale* eccleſiae Pictavienſis ap. laud. Marten. p. 102. ſqq. *Rituale* eccleſiae Viennenſis in Gallia ibidem a p. 109. *Ordo Romanus* ap. Hittorp. a p. m. 22; innuuntque alii *Ordines Romani*, praeſertim VII. ap. Mabillon. in Muſeo Ital. t. 2. a p. 77.

Quod idem inſuper vulgo apud Eccleſias Orientis obtinuerit ritus, pleraque nos edocent teſtimonia: e. c. *C. Laodicen* cap. 47. *Trullana Synodus* cap. 78. *Cyrill.* Hieroſol. catech. 5. n. 7. cum notis *Thomae Milleſii* p. m. 75. & ſaepius, *Nazianzen.* orat. de baptiſmo, *Chryſoſt.* ſerm. ad illuminandos, *Theodorus Lector* hiſt. eccleſ. lib. 2. *Theodoret.* l. 5. haer. fab. quod eſt epitome div. decret. c. 28. *Niceph.* hiſt. l. 16. c. 35. ac pluries cum citatis alii Patres Graeci in ſuis commentariis, catechumenos, aut baptiſma concernentibus.

Plura eundem ritum ſpectantia alias fuſiore calamo, ſi Deus dederit, perſequemur.

De ſacro ſymbolo fidei plura *Liturgiographi* cum *Beletho* c. 4. *Durando* l. 4. c. 25. *Bernone* l. de Miſſa c. 2. vulgato *Duranto* l. 2. c. 24. *Grancolas* l. 1. *Lebrunio* t. 1. quibus adde *Theodulph.* in libello de ordine baptiſmi ap. Menard. in notis ad ſacram. S. Gregor. nota 334. necnon *Jo. Gerard. Voſſium* & *Uſſerium* Armachanum Epiſc. in ſyntagmatis de Symbolo.

Praejacto de traditione ſymboli documento plura licet adjicere, quae illuſtrando noſtro Dogmati, multis aliis omiſſis, exhibent

in Liturgicis Codicibus *Marat.* t. 1. col. 482. *Goarius* p. 306..*Blanchin.* pagg. 71. 86. 91. 113. *Mabill.* p. 257. 339. ſqq. *Thomaſius* t. 6. edit. Vezzoſianae p. 97.

21 *E RE DIPTYCHA.*


HEC S̄T
NOMINA EPŌRV̄ SCE
NOVARIENSIS ECCL̄E Q'I FIDE ET OPERIBVS
VNVM REGEM IN CELIS MERVERVNT
HABERE
SC̄S GAVDENTIVS PRESVL EGREGIVS
. . . .
SC̄S AGABIVS . . .
SC̄S LAVRENTIVS &c.

Novariae, uti ſupra ad Tom. IV. *p.* 417. *& rurſum ad Tom.* V. *p.* 443.

En tibi rurſum diptychis in tabulis expreſſam veterum traditionem ac fidem erga fidem theologicam. Dum videlicet ab ea laudarunt Coelites, tanquam beatitatem aeternam ea promeritos & conſequutos, coeli januam aut ducem eſſe fidem dixerunt, quae in aulam beatiſſimam, a qua ipſa exſulat, cultores ſuos glorioſe infert. Ipſa, inquam, non ſe ſola, ſed una cum ſanctis operibus, tanquam comitibus tanto capeſſendo praemio plane oppido neceſſariis. Siquidem probe antiquis perſpecta erant dogmata, diu ab *Jacobo* Apoſt. catholica in epiſt. pronuntiata cap. 2. nempe ℣. 14. *quid proderit fratres mei ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides ſalvare eum?* tum ℣. 17. *fides ſi non habeat opera, mortua eſt in ſe met ipſa*, & ℣. 26. *ſicut enim corpus ſine ſpiritu mortuum eſt, ita & fides ſine operibus mortua eſt*: quibus nimirum Apoſtolus perſtrinxit haereticos jam tum ſua aetate emergentes, qui nudam fidem, minime bona opera ad ſalutem requiri, tanquam protecti doctrina per *Paullum* in epiſt. ad Rom. 5. 28. adlata, procaciter evulgabant. Lege in hanc rem Interpretes & Polemicos ad citata Jacobinae epiſtolae loca.

ERE

22 *E RE ANULARI.*



Veterrimus Anulus ex metallo cum aliis id genus plurimis in ſacris Romae ſubterraneae cryptis repertus olim, teſtante cit. Boldetto l. 2. c. 14. tab. 3. fig. 28. p. 502. ac deinceps p. 504.

Habes iterum in ſingulari hoc monimento ſacrum fidei aenigma nempe Anchoram e regione naviculae, cui illa ſubſervire intelligitur. Adeo quidem cordi erat Majoribus noſtris haec fidei conſtantiſſimae virtus, ut ejus ſymbola, quibus perpetuo commonerentur, inter digitos praeferrent. En tibi obſervatum a priſcis fidelibus ſalutare monitum, quo *Clem. Alexandr.* in Paedag. l. 3. c. 2. multus eſt in praeſcribenda illis anulorum ſcalptura; cautione tamen, ut ego quidem interpretor, adhibita, ne vel ſe ipſos proderent, ſi quidpiam imprimi curarent e chriſtianis myſteriis, vel in religionem delinquerent, ſi idololatrico quovis ſigno abuterentur.

Ipſum audi. *Sint autem nobis ſignacula columba vel piſcis, vel navis, quae celeri curſu a vento fertur, vel lyra muſica, qua uſus eſt Polycrates, vel anchora nautica, quam inſculpebat Seleucus: & ſi piſcans aliquis, meminerit Apoſtoli & puerorum, qui ex aqua extrahuntur. Neque enim idolorum ſunt imprimendae facies, quibus vel ſolum adtendere prohibitum eſt.* Ex iis vero ſolida elucet ratio, ob quam in veterrimis Chriſtianorum anulis, paribuſque monimentis expreſſas imagines ſymbolicas reperiamus, quae ad ſenſum ipſorum chriſtianas res, ethnicis incognitas, ſibi unice repraeſentarent. Sic enim in noſtro anulo; ſic in pluribus, quos in eadem tabula depictos dedit *Boldett*; ſic in alio, quem e ſuis cimeliis expreſſum protulit *Jo. Bapt. Caſalius* in Syntagmate de inſignibus, anulis &c. cap. 3. ubi & haec in rem noſtram peregregie conſcripſit „ neque vero uſum anulorum repudiarunt chriſtiani, ſive quia hortatus nos eſt Apoſtolus Coloſſ. 3. *ut quidquid agimus, in nomine Dei agamus*, ac propterea ſacris ſymbolis manus ſuas operum effectrices exornatas geſtabant; ſive ut per illas, quas geſtamus gemmis in digitis excitetur memoria ad rerum divinarum meditationem. „ Haec ille ſacrae Vetuſtatis ſtudioſiſſimus cultor.

His addi merito poſſunt binae vetuſtae Gemmae anulares elegantiſſimae ſcalpturae cum anchora erecta, piſcibuſque ad unumquodque latus, quas ſuis in cimeliis habuiſſe teſtatur *Fabrett.* de Inſcript. dom. p. 568. n. 125. Fortaſſis & ipſae ex ſubterraneis Romae cryptis effoſſae fuerant.

Plu-

Plura nobis de Anulis alias diſſerenda reſtaut; videlicet de primaeva & antiquiſſima eorum origine, materia, uſu apud omnes ferme gentes, depoſitione in ſepolcris utque in digitis ſepultorum. Interea eruditionem hanc, qua ſacram, qua protanam adpetenti conſulendi mox citati *Caſal.* & *Boldett.* tom *Kirchmannus* in lib. ſingulari de anulis, *Longus* tract. de anulis ſignatoriis antiquorum, *Gorlaeus* in dactiliotheca ſive tr. de anul. *Korumannus* in tr. de anulo triplici.

§. V.

De Regulis Fidei.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO CRITICA

De Erronibus in Regulas Fidei.

HISTORIA POLEMICA. 94 EOs in quatoor tributos capita hoſtes Fidei malignantes producimus, qui in quatuor fidei ſacroſanctae Regulas inſaniiſſe viſi ſunt, nimirom in divinam authoritatem Scripturae ſacrae, Traditionis, Eccleſiae univerſae docentis, Concilii oecumenici.

Et *primum* quidem quod ſpectat divinam aothoritatem Scripturae ſacrae temeratam,

I. *Ethnici veteres* religionis chriſtianae hoſtes ſacris Bibliis univerſis ceu temere & arroganter confictis ab ſtolidis homioibus divioam quamlibet authoritatem abjudicarunt. Ex eis opinionem hanc per fidam ſcriptis tradere, cavilliſque munire non dubitavit *Celſus* ille ſecta Epicureus (*a*) in libro adverſum Chriſtianos edito, & praenotato ἀληθῆ λόγος. Sed eum tamen *Origenes* abonde, perdocte, atque eruditiſſime confutavit (*b*) Tum *Porphyrius* (*c*) nec non *Fl. Claudius Julianus* Auguſtus, Fl. Conſtantii, qui Conſtantini M. frater fuit, filius, de quo nempe ſcripſit *Cyrillus* (*d*) quod „ tres libros contra ſancta Evangelia & venerandum chriſtianorum cultum compoſuit „ tum (*e*) quod „ Moſis libros habeat ludibrio, & omnes denique, ut ſemel dicam, ſanctos homines adcuſet „ hoc eſt, me quidem interprete, Authores quoslibet librorum ſcripturae ſacrae: quod plane liquet ex initio libri ejuſdem Juliani, quod ſtatim recitat & oppugnat *Cyrillus* (*f*) nec non ex l. 3. ipſius Cyrilli ſub init. ad p. 74. Nec ullus quidem dubito

(*a*) Quod rurſum cenſemus cum *Origene* contra Celſum l. 1. n. 8. & ſape alias, *Euſeb.* l. 6. hiſt. c. 26. *Huet.* in Origenian. l. 3. c. 3. ſect. 2. §. 5. Recole dicta ſuperius ad Tom. V. p. 6. art. II.

(*b*) In libris 8. contra Celſum.

(*c*) In libris 15. contra chriſtianos ſub titulo Κατὰ Χριστιανῶν λόγος ιε, de quibus erudite *Holſten.* diſſ. de vita & ſcriptis Porphyrii c. 11. De hoc ſophiſta pluribus egimus ſupra ad Tom. IV. p. 147. ſqq. & ad Tom. V. p. 8. ſq.

(*d*) L. 1. contra Julianum p m. 3.

(*e*) L. 2. p. 38.

(*f*) Pag. 39.

to ſacros codices more ſuo laceraſſe Julianum in illo opere adverſus chriſtianos, quod ſeptem libris conſtitiſſe teſtatur *Hieron.* (*g*) (*).

Quibus jure in eodem luto haerentes adcenſueris *Atheos* omnes, qui nullum noverunt Deum, aut nullum noſſe adfectarunt; *Irreligioſos*, qui religionem quamlibet deſpicatui ſunt; *Deiſtas* denique, ab religione omni revelata abhorrentes.

II. *Judaei*; Meſſiam utique venturum hodieque exſpectantes, Teſtamentum novum ex integro, una cum veritate religionis noſtrae chriſtianae obſtinatiſſime repudiant. Quod autem libros veteris Teſtamenti ſpectat, non unus heinc inde increbuit error apud ſectas Hebraeorum. Nimirum *Sodocaei* cum duce *Sadoc* quinque ſolum Moſis admittebant libros, rejectis omnino ceteris vel propheticis, vel hiſtoricis & hagiographis. (*h*) *Samaritani* in eundem impegerunt ſcopulum (*i*). De

(*g*) Ep.70.ad Magnum, olim 84. n.3.

ADNOTATIO.

(*) HAec de Juliano laud. *Cyril.* l. 1. p. 3. „ Quum privatae vitae tempore credentibus adnumeraretur, ſancto baptiſmate luſtratus, & in ſacrorum librorum lectione exſercitatus, poſtmodum neſcio quo pacto nefariorum & ſuperſtitioni ethnicae addictorum hominum conſuetudine depravatus, de defectione conſilia hauſit, mox adnitente Satana, ad Graecorum ritus abreptus, quique ſanctis eccleſiis ac monaſteriis innutritus fuerat, impurorum daemonum ſervus effectus eſt. „

Nimirum Julianus egregiis ingenii dotibus praeditus, & a teneris unguiculis ſummo in philoſophiam profanam abreptus ſtudio, quum Nicomediae a Maximo Epheſio, pagano magni nominis Philoſopho, & artibus magicis dedito, philoſophiae rudimentis imbueretur, ſtatim & ethnicam religionem praeceptoris (hoc proculdubio perſuadente) animo excepit & occulte fovit, donec in expeditione Galliarum, etiam inconſulto Conſtantio Imperatore, Auguſtus a militibus renuntiatus eſt.

Tunc vero illico religionis chriſtianae ſimulationem prorſus abjecit, ac ſe ſubinde Paganiſmi profeſſorem, & chriſtiani nominis hoſtem infenſum impie dictis, geſtis & ſcriptis prodidit, donec in expeditione adverſus Perſas ſagitta confoſſus miſere occubuit 26. Jun. 363. aetatis anno 32. Imperii 2. Conf. *Socrat.* l. 3. c. 1. & *Sozomen.* l. 6. c. 2.

Haec autem indicanda nobis erant, ut liquido demonſtratum pateat, Auguſtum hunc Apoſtatam non inter Heterodoxos Errones, immo potius inter Ethnicos, quibuſcum nempe paganam idololatriam, abjecto Chriſti nomine profeſſus eſt, jure optimo nobis recenſeri.

Plura de hoc Philoſopho Apoſtata qui noſcere voles, adeas laudatos *Cyril. Socrat. Sozomen.* & reliquos veteres Scriptores Seculi IV. hiſtoriae ſacrae, cujus magna pars Julianus, nec non Ethnicos, qui fuſiorem inſtituerunt ſermonem de Juliano, puta *Ammian. Marcellinum, Eunapium, Libanium.*

Ex recentioribus vero *Spanhemium* in praefat. in opera Juliani a ſe edita, *Tillemont.* hiſt. Imperator. t. 4. in Juliano, *J. A. Fabric.* bibl. graeca volum. 7. l. 5. c. 8, *Brucker.* hiſt. phil. t. 2. p. 293. ſqq.

(*h*) Teſtes ſunt *Origen.* l. 1. in Celſ. n. 48. & in Matt. tom. 17. n. 36. *Hieron.* in Mathae. 22. 33. *R. Elias Levites* in Thisbi art. *Sadok. Damaſcen.* l. de haereſ. n. 9. poſt *Iſidor.* etymol. l. 8. c. 4. *Sixt Sen.* bibl. l. 2. p. 192. eoſque ſequitur *Serar.* in trihaeres. l. 2. c. 21. ac in Minervali l. 4. c. 14. *Hugolin.* in theſaur. t. 8. col. 135. & vulgo Αἱρεσιολόγοι Haereſeologi cum *Guidone* de haereſib. Judaeor. c. 9.

(*i*) Ap. *Orig.* proxime cit. *Tertull.* de praeſcr. c. 45. *Epiphan.* haer. 9. *Iſidor.* etymol. lib. 8. cap. 4. *Leont.* Byzant. de ſectis act. 2. ceteris quoque ſuffragantibus cum cit. *Guidone* c. 16. *Waltono* in polygl. proleg. 11. §. 6. *Cellario* in hiſt. *Samaritana* c. 3. n. 10. ſub fin. &c.

De iis quidem ajebat *Philaſtr.* (*k*) *Legem adcipiunt Moyſi, id eſt quatuor ſolum libros*: at praeter rem; quippe apud ceteros Samaritani adoptarunt ſimpliciter Pentateuchum Moſis; qui plane quinque conſtat libris, non *quatuor ſolum*, (*l*) Tum *Meriſlae* libros aut doctrinam Prophetarum rejiciebant (*m*) De iis vero vulgatus *Hieronymus* (*n*) haec habet, *ſeparant Scripturas, non credentes omnibus Prophetis, dicentes aliis & aliis ſpiritibus illos prophetaſſe*. Id ipſum *Iſidorus* totidem poſtremo protulit verbis (*o*) *Nazaraei*, e Galaaride & Baſanitide ac reliquis ultra Jordanem regionibus oriundi, licet Patriarchas illos veteres, de quibus in Pentateucho mentio eſt, adprobent; ſed ipſum tamen Pentateuchum repudiant. Nec Moſen quidem abjiciunt, nec oblatam huic a Deo legem eſſe diffitentur, ſed aliam fuiſſe dicunt, ac ea ſit quae vulgo circumfertur; immo conficta haec eſſe volumina, neque eorum quidquam a majoribus profectum. (*p*) *Oſſenos* adde, qui ex ſacro canone *certos libros* (proculdubio Pentateuchum) *Nazaraeorum exemplo rejiciunt* (*q*) (*).

Ju-

(*k*) Haer. 7.

(*l*) Conſ. *Galeard* in cit. Philaſtr.

(*m*) Ex *Guidone* c. 15.

(*n*) In indiculo de haereſibus Judaeorum, primum edito a Cl. Menardo Pariſiis 1617. ſub init.

(*o*) Etymol. l. 8 c. 4.

(*p*) Totidem fere vocibus, *Petavio* interprete, *Epiphan.* haer. 18 n. 1.

(*q*) Verba ſunt ejuſdem *Epiph.* haer. 19. n. 5.

ADNOTATIONES.

(*) I. HAec de ſectis veterum Judaeorum ab memoratis Scriptoribus excepimus. Verum non ea omnia apud ſingulos quoſque Eruditos explorata, atque indubia.

II. Quod Sadocaei libros etiam Prophetarum amplecterentur, recentiorum plerique conſentiunt, ut puta *Joſ. Scaliger* in elencho Trihaereſii Nicol. Serarii c. 16. n. 112. *Henric. Hottinger.* in Thomam Goodvvinum de Moſe & Aaron, nota 4. ad cap. 1 t. *Sanbert.* de Sacerdot. Hebraeor. ap. cit. Hugolin. t. 12. col. 42. *Samuel Barthel.* in ſched. hiſtor. de Sadocaeis cap. 2. n. 3. *Jacob. Rhenferdius* diſſ. de fictis Judaeor. haereſib. § 16. *Jo. Druſius* demum de ſectis judaic. l. 3. c. 10. & in reſp. ad Minerval Serarii c. 2. in ancipiti haeret.

Quia nempe, ajunt illi, ſic apertiſſime traditum eſt a *Joſepho* ant. judaic. l. 13. c. 10. edit. Havercampi in haec verba „ in praeſentia autem demonſtrare volo, Phariſaeos multa inſtituta populo tradidiſſe a patribus adcepta, quae in Moyſis leges non relata ſunt; ideoque ea Saduceorum genus repudiat, dicitque ea pro inſtitutis habenda quae ſcripta ſunt, quae autem a patribus tradita ſunt, non eſſe ſervanda. „

Deinde eundem pene honorem Prophetis ac Legi habebant, adeo ut qui unum ex Prophetis rejiceret, contra legem facere videretur, neque impune cuiquam licuiſſet Prophetas rejicere, quin a populo lapidaretur. Tum Sadocaei ſacrificantes in templo Hieroſolymitano, credebant utique ceu canonicos libros Regum, Paralip. Pſalmor. & Prophetar; qui nempe ipſius templi mentionem faciunt. Sacra demum Scriptura ne γρῦ quidem meminit, Sadocaeos adſpernatos eſſe Prophetas & ceteros libros. Nec eos de tam immani crimine inſimularunt unquam Phariſaei.

Sed iis tamen & pluribus, quae praecitati Scriptores congeſſerant, nec hilum proficit adverſarius nuperus *Rhenferdius* contra antiquitatem pene univerſam. Et certe quod Joſephum citatum ſpectat, ſi recte illum expendas, hoc unum colliges, quod Sadocaei ea pro inſtitutis habenda tantum putarunt, quae ſcripta ſunt in lege Moſis.

Id

Judaei recentiores, imitati plerumque majores ſuos, in canone ſcripturarum antiqui foederis pleroſque libros re ipſa ſacros non repoſuiſ-

Id quod idem *Joſeph.* palam confirmat agens de dogmatis Sadocaeorum ant. jud. l. 18. c. 2. Rufino interprete, ſic de iis loquutus p. m. 514. „ nullas vero alias obſervationes praeter Legem cuſtodiunt. „ Nobiſcum ſentiunt *Serar.* in Minerv. l. 4. c. 14. & *Petav.* in Epiphanium, animadverſ. ad haereſim 14. p. m. 28.

Deinde qui negabant impune reſurrectionem, atque aeternam felicitatem atque infelicitatem, ſimiliter impune poterant ceteros libros hagiographos reſpuere, Tum poterant quam optime in eo templo ſacrificare, quin pro canonicis haberent eos libros, in quibus mentio (ſed non canonica, eorum opinione) de templo injicitur. Alioqui & ex eorum ſententia libri Machabaeorum, qui centies ejus templi meminerunt, canonici fuiſſent.

Demum nec Scriptura, nec Phariſaei meminerunt ubivis negatae ab illis felicitatis, atque infelicitatis aeternae. Illa duntaxat in ſacro Codice illorum adtinguntur dogmata, quae ad rem ſatis, non autem omnia, ut ſcite obſervat laudat. *Serar.* qui plura, nec magis quidem pungentia acute diluit.

Porro *Druſius* de trib. ſect. Jud. l. 3. c. 10. de propoſito argumento hunc in modum diſputat „ Sadocaeorum alii degebant in Judaea & in Samaria alii. Fieri ergo poteſt ut qui apud Judaeos erant, Prophetas receperint; qui apud Samaritanos habitabant, rejecerint. In his erant apoſtatae gentis Judaicae, qui Sicimis commorabantur. Id conjicio, non adfirmo. Hoc tantum, Patres omnes in ea ſententia fuiſſe, ut crediderint Sadocaeos tantum quinque libros Moſis admiſiſſe. Quod illis commune cum Samaritanis. „ Haec ille non ſine ingenio & obſervantia erga ſanctos Patres, quam plana optarem, Proteſtantes reliqui prae oculis ad imitandum haberent; ac inter alios *Jac. Rhenferdius*, qui in cit. diſſ. de ſect. Jud. haer. §. 95. inſolenter pollicitus eſt oſtendere „ quam parum fidei Patres chriſtiani mereantur, quando Hebraeorum haereſes recenſent. „ Vah quanta hominis impudentia!

Num vero conjectura haec Druſiana, qua porro expeditius ſolveris quae bene multa pro opinione ſua nova excogitavit Scaliger, cum ſenſu Patrum veterum, quos adtulimus, conciliari ſuaviter poſſit, viderint Eruditi.

III. De Nazaraeis haec diſſerit *Philaſtr.* inter haereſes Judaeorum cap. 8. „ Nazaraeorum haereſis eſt, quae Legem & Prophetas adcipit, carnaliter tamen vivendum adfirmat. „ neque iis quidquam aliud adtribuit, quam quod Nazaraei veteres obſervare conſueverunt. Quo nomine, uti recte animadvertit *Petav.* ad haereſim 18. ap Epiphan. inter haereſes cooptari non debuerunt.

Ergone quum adſerit Philaſtrius, hos Nazaraeos Legem & Prophetas adcipere, citato Epiphanio jure refragatur? Iure quidem, immo ſibi non conſtat Epiphanius, ſi audias cit. *Rhenferdium* de ſect. Jud. haereſ. a § 69. contendentem utique, hos Nazaraeos eoſdem cum illis Epiphanio fuiſſe, quibus is haereti XXIX. §. 7. hoc inter alia adſcribit dogma „ Non ſolum novo, ſed & veteri Teſtamento Judaeorum inſtar utuntur. Neque enim apud illos Legis libri, Prophetae & Hagiographi prohibentur, quae Judaei Biblia nuncupant, ut & a Judaeis adprobantur. „

Adde *Petavium* ad haereſim ipſam XXIX. ſic diſſerentem, Nazaraeos „ iſtos a prioribus diverſos fuiſſe, non admodum perſuadet Epiphanius „ tum inſuper „ fuiſſe vero qui in mero Judaiſmo praecipuam quamdam eodem nomine (Nazaraeorum) ſectam conſtituerent, ab uno Epiphanio didicimus. „

Ceterum quod ſectae utriuſque Nazaraei ſint ad mentem, ſenſumque S. Doctoris toto caelo, ut ajunt, diverſi, luce meridiana clarius mihi eſt. Priores ſiquidem conſtituit Haereſeologus noſter inter haereſes Judaiſmi, eiſque certa quaedam & pauciora adſcripſit dogmata; contra vero haereticorum chriſtianorum ſyllabo inſeruit poſteriores, quibus & multo plura, & graviora, & oppido diverſa decreta tribuit. Longe itaque alia ſecta haec ab illa Epiphanio, qui ſubinde dum unam & alteram enarrat, ſibi adprime conſtat.

Ex

Digitized by Google

ſe feruntur : cujuſmodi ſunt *Tobias*, *Judith*, *Eccleſiaſticus*. (r) Quin & *Talmudiſtarum* nonnulli repudiarunt librum *Job* (s) & librum *Eſther*;(t) nec

(r) Ap. *Hieron.* in prologo galeato.
(s) Conſ. *Talmud.* tr. 3. & *Maiemon.* in More Nevochim par. 3. c. 22.
(t) In tr. portae ultimae, ſeu *Baba Bathra* c. 1.

Ex iis alteram profecto *A'ιμαστόλογγυ* vulgo referunt, ſilentibus Iren. Tertull. Euſeb. uti & primam omnes, quos viderim, reticent, ſi excipias *Damaſcenum* de haereſ. c. 19. Lequienio interprete, ac *Prateolum* in Nazaraeis, qui tamen penes geneſim ſectae ſub an. circ. 137. primam cum ſecunda inconſulto confundere videtur, quum de illa (ut ego quidem arbitror) adfirmet *Epiphan.* haer. 29. n. 6. „ quod Chriſtum anteceſſit, nec eum cognovit. „

Quid tum vero? Alias perſaepe de plerîſque haereſibus unicum habemus teſtem, e. c. unum Juſtinum, unum Irenaeum, unum Tertullianum, quibus propterea fidem porro non denegamus.

Quid autem de ſecta quam retulit *Philaſtrius*? ea ſane alia eſt ab Epiphaniana de qua diſſerimus, quod & fateri videtur cit. *Petav.* & *Cozza* in haereſim 9. ex Auguſt. Quid vero inter Haereſeologos Philaſtrium & Epiphanium interſit, diſce ex *Auguſtino* in epiſt. ad Quodvultdeum 222. n. 2. ſic ſcribente.

„ Neque enim putandum eſt aliquas (*haereſum ſectas*) ignoraſſe Epiphanium, quas noverat Philaſtrius, quum Epiphanium longe Philaſtrio doctiorem invenerimus, ita ut Philaſtrium potius dicere deberemus latuiſſe plurimas, ſi tam plures eſſet ille complexus & iſte pauciores ... Vide ergo ne forte librum ſancti Epiphanii tibi mittere debeam; ipſum enim arbitror Philaſtrio doctius heinc loquutum. „

IV. Si credas *Rhenferdio* in cit. diſſ. & nos vehementer erravimus, etiam auctoritate veterum Patrum ſubnixi, ubi inter ſectas Judaeorum Meriſtas, Nazaraeos & Oſſenos recenſuimus.

Pluribus quippe pertendit is Author, eas duntaxat adcenſendas eſſe Judaeis haereſes aut ſectas, quarum mentio eſt apud Ioſephum Judaeorum hiſtoricum diſertiſſimum, ut puta Phariſaeos, Sadocaeos, Samaritas, & Eſſenos. Inde vero, tacente Joſepho, valere jubet ab catalogo earum haereſium Geniſtas illos, Meriſtas, Galilaeos, Hellenianos, Baptiſtas, quos *Juſtin.* in dial. cum Tryph. percenſuit.

Tum Hemerobaptiſtas & Masbothaeos, quos addebat *Hegeſippus* ap. Euſeb. hiſt. l. 4. c. 22., Nazaraeos itidem, Oſſenos, Herodianos, ab cit. *Epiphanio* productos; reliquos denium, quos in ſcenam protulit *Philaſtr.* in prioribus catalogi ſui capitibus.

Quoniam, inquit in ſumma, primores illi Patres idiomatis hebraei ſatis imperiti quum eſſent, minus etiam petite verba hebraica graece verterunt: quocirca ab ſcopo ſaepius aberrarunt, proprioque ingenio decepti novas confinxerunt haereſes, vel neglectis, vel non ita probe cognitis errorum, quos prodebant, fontibus, aut radicibus: quo nomine prae ceteris Epiphanium, & ipſum origine Judaeum, carpit, ceu rerum judaicarum inſigniter ignarum. Ita ſuperciliosus hic cenſor; cujus impudentiam modis omnibus intolerandam retuliſſe, refutaſſe ſit.

Non ita quidem inclementes Ariſtarchos experti ſunt Patres noſtri ſapientiſſimi Scaligerum, Druſium & alios ex ſchola Proteſtantium, in eodem argumenti genere cum laude verſatos; nec enim ipſi, quemadmodum Rhenſerdius, cum tanto decoris Patrum diſcrimine auſi ſunt conjecturas quaslibet congerere, atque eruditiones peregrinas ex penu Hebraeorum venditare.

Do equidem lubenter, & adſero cum *Petav.* ad haereſ. XIX. p. 37. „ Quum tria apud Judaeos ante Chriſtum ſectarum capita fuerint, Phariſaeorum, Sadocaeorum & Eſſenorum, ceterae omnes, quae ab Epiphanio vel aliis memorantur, haereſes ad illarum quampiam merito revocantur, a qua initio profluxerunt, quamquam paullatim novis ad inſtitutum ritibus, ac dogmatibus adjiciendis, aut contra veteribus rejiciendis multum a priore forma deflexerint. „

At inde tamen minime confeceris, ſectas ex prioribus ſubortas, ulterioribuſque dogmatis erroneis inſtructas haud poſſe

nec pauci rurſum ex *Hebraeis* libros *Eccleſiaſtis* (*u*) *Canticorum* (*x*) *Sapientiae* (*y*) Prophetiam *Baruch* (*z*) & *Danielis* (*a*) de libris denique *Machabaeorum* I. & II. conſtat plane ex *Auguſtino* (*b*) quod „ non Judaei, ſed Eccleſia pro canonicis habet. „ (*)

L 2 *Mau-*

ſe merito novis ſectarum nominibus donari: quod quidem ſexcentis exemplis illuſtrare liceret nobis.

Do pariter, cenſeoque cum eodem *Petav.* ad haereſim Samaritanor. p. 21. quod Epiphanius „ ut alias ſaepe, ſic in harum ſectarum partitione ac deſcriptione aequum magis ac benignum, quam adcuratum & ſeverum lectorem exigit; permulta enim iſtic falſa, minimeque cohaerentia diſputat. „

Haec autem minime probant ſtupiditatem illam, immanemque rerum hebraicarum ignorantiam, quam adeo inclementi calamo adpinxit Rhenſerdius Epiphanio, cui nempe perplura in eadem deſcriptione ſcite, acute, erudite dicta cum laudato Petavio jure optimo adſcribimus.

(*u*) Conf *Hieron.* comment. in cap. 12. Eccleſiaſtis, *Talmud.* in tract. ſabbati c. 2. *Maiemonid.* in More Novochim l. 2. c. 18.

(*x*) Lege *Jacob. Chriſtopolitan.* praefat. in Cantica.

(*y*) Innuit *Fraſſen* diſquiſit. bibl. l. 3. c. 5. §. 15. n. 1.

(*z*) Ap. *Majemonid.* cit. l. 2. c. 32.

(*a*) Teſte ibid. *Majemon.* c. 45.

(*b*) Civ. l. 18. c. 36.

ADNOTATIONES.

(*) I. UT ut ſit de privatis horum Hebraeorum opinionibus, ſecus tamen ſe habuiſſe videtur canon communis eccleſiae veteris, aut ſynagogae, utpote magnam partem conſentiens penes libros antiqui foederis cum ſacro canone Scripturarum ab Eccleſia chriſtiana conſtituto „ ſi credas *Genebrardo* in hanc rem differenti in chron. ad annos mundi 3563. 3710. 3860. cum ejuſdem commentatore *Bail* in ſum. CC. t. 1. ubi de CC. vet. Teſtamenti.

II. Hinc vero ſponte ſua enaſcitur famoſa illa & ſatis implexa quaeſtio de numero librorum, ac de conſtitutione ejuſmodi canonis veteris judaeorum: an videlicet pluries ille ſit editus apud ſynodos Hebraeas, quod vulgo adſerunt Scriptores, Genebrardum ſequuti; vel ſemel tantum ab Eſdra ſit concinnatus, & authoritate ſynagogae magnae comprobatus, quod pluribus promovet *Huet.* in demonſtr. evang. prop. 4. ubi de canone librorum ſacrorum a p. 467. edit. Amſtel. 1680.

Non vacat tamen hoc loci quaeſtionem definire, alias, ſi Deus faverit, ventilandam. Interea hanc in rem conſuli poſſunt *Joſephus* l. 1. contra Apionem, *Hieron.* in prol. galeato, & praefat. in Daniel. *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 26. *Epiph.* haer. 56. *Damaſcen.* de fid. ort. l. 4. c. 17.

Tum e recentioribus *Serar.* in prolegom bibliac. c. 8. quaeſt. 9. 13. 14. 16. *La Haye* blibl. max. t. 1. in proleg. ſect. 12. cap. 2. & 4. *Voſſin* in obſervat. in prooem. pugionis fidei Raymundi Martini, ubi de canone ſcripturae a p. m. 94. *Calmet* in dict. bibl. art. *Biblia.* & *Canon Scripturae*. *Fraſſen* in diſquiſit. biblic. l. 3. c. 1. §. 1. *Graveſon* in tr. de ſcriptura ſac. par. 2. §. 1. *Humbelot* in compend. biblico, *Huet.* proxime cit. *Mazzinellus* tr. 1. de locis cap. 4. art. 1. *D'Argentr.* in elem. theol. c. 4. quaeſt. 7. *Rich. Simon* in reſponſ. ad ſenſa Theeol. Holland. c. 11. *Dupin* in diſſ. praelim. ſuper bibl. l. 1. c. 1. §. 2. & 3. & c. 4. §. 3. *Cherubin. a S. Joſ.* in ſumma criticae ſacrae t. 4. d. 5. art. 2.

III. Anne vero libri in veterem canonem a ſynagoga relati, quantum ad ſpectantia fidem aut mores fuerint Iudaeorum malitia aliquando corrupti? Etiam utrimque acriter agitatur inter Patres ac Theologos lis haec.

Laudantur quidem pro parte adfirmante *Juſtin.* dial. cum Tryphone, *Iren.* *Origen.* hom. 12. in Hierem. *Hieron.* epiſt. olim 89. ad. Auguſtin. & alias, *Chryſoſt.* hom. 5. in Matth. *Julianus* Toletan. ac *Euthym.* in expoſit. in Matth. quibus plerique juniorum adhaerent cum *Galat.* de arcan. cath. verit. l. 1. c. 8. *Cano* de locis

Mahumedani (quos adpendicis loco Hebraeis ſubnectimus) ab *Pſeudo-Propheta* edocti in dogmatis habent, quod & Judaei Teſtamentum ve-

cis l.2. c.13. §. *Item Hebraeorum doctores*, *Serar.* in proleg. c.12. q. 2. prop. 6. & 7. *Porchet.* in victoria contra Judaeos par. 1. c. 2. & 15. *Salmer.* proleg. 4. *Morino* in exſercit. in utrumque ſamaritan. Pentateuch. exſerc. 4. c. 7. ſqq. & vulgo *Sociniani*, quorum cenſum habes ap. *Hottinger.* proxime citandum.

Feruntur autem pro negante iidem *Origen.* & *Hieronym.* ex ipſo *Hieron.* in Iſaiam l. 3. ad cap. 6. 9. & *Auguſtin.* civ. l. 15. c. 13. quos agmine facto ſequuntur recentiores: e. c. *Bellarmin.* de verbo Dei l. 2. c. 2. Jo. *Dejpieres* de author. Script. tr. 1. d. 3. dub. 2. *La Haye* in prolegom. ſect. 16. c. 2. *Brian. VValton* in polyglot. proleg 7. *Guadagnolus* in apol. pro chriſt. relig. tr. 1. c. 5. ſqq. a p. m. 32. *Hottinger.* theſ. philolog. l. 1. c. 2. q. 4. ubi & plures refert Theologos & Philologos e Reformatis, *Dupinius* diſſ. praelim. ſup. Bibl. l. 1. c. 4. §. 4 & 5. *Bernard. Lamyus* adpar. bibl. l. 2. c. 4. *Lud. Marrace.* in prodromo ad refutat. Alcorani par. 1. fere per tot. & in refutat. in ſuram 2. & alias. *Mazzinell.* de locis theol. diſſ. 1. c. 8. a p. 140.

Ergo ſerio expenſis pro utraque parte Authoribus & argumentis, in eam facile deſcendimus ſententiam, quae adſerit, eos ſacros codices nuſpiam a Judaeis corruptos aut falſatos fuiſſe ex induſtria publico quopiam univerſae gentis conſilio, eſto quandoque corrupti reperiantur ex inſcitia vel oſcitantia librariorum ſeu amanuenſium, vel ex privato aliquorum dolo malo.

Divinam quippe providentiam quammaxime ſpectat, perpetuo integros adſervari codices, qui ſacrae religionis cardo & fundamentum ſunt: quid enim, hiſce codicibus depravatis, & merito corruptam penes dogmata praecipua religionem non metueris?

Quis autem neſciat ex *Philone*, *Joſepho*, *Euſebio*, aliiſque rerum hebraicarum Interpretibus, ſummam illius gentis religionem ac ferme ſuperſtitionem in adſervanda codicum ſacri canonis integritate; adeo ut mortem potius, omniaque ſupplicia ſubire ſecum ſtatuant, quam vel unum illorum apicem addere, mutare, vel adulterare praeſumant?

Quid porro magis proclive Judaeis in odium gentis chriſtianae, quam eos ex autographis, aut apographis indubiis corrupiſſe textus, qui vaticinia inſigniter perſpicua de Chriſto Domino exhibent? Eos nihilominus illibatos adſervarunt: quidquid inſuper illis objectis validius a noſtratibus revincantur, quam aliis a Vulgata noſtra editione petitis. Quidni ergo ipſi cetera, Deo providente, prorſus illibata reliquerint?

Et haec pro adſerto veri ſimillimo, ac religioni ſacrae magnopere conſentaneo delibaſſe ſufficiat. Ea pluribus perſequuntur, invicteque urgent pro eo mox adlegati.

IV. Pravi & criminoſi erroris inſimulandi non ſunt Judaei, quod in ſacrum librorum canonem vulgo non receperint Tobiam, Judith, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Baruch, Machabaeos, & aliquot capita Danielis & Eſther; quoniam & de ipſis aliquando apud noſtrates abſque crimine dubitatum eſt, quocirca inter deuterocanonicos illi cum pleriſque aliis novi & antiqui foederis recenſeri conſueverunt, donec opera & ſtudio Synodi Tridentinae res finita eſt, divina authoritate eis adſerta. Et haec quidem obſervanda volumus comparate ad ceteros, qui & memoratos & reliquos deuterocanonicos e canone ante Tridentinum expunxerint.

Nihilo tamen ſecius, quod Judaeos ſpectat, ii, ſi laudatos *Genebrard.* & *Serarium* audias, praecitatos libros poſt Eſdrae tempora ex conſtituto magnae ſynagogae ſacro canoni adnexuerunt, quamquam his minore quam primis & veteribus auctoritate adſerta, & *hagiographis* vulgo adpellatis, videlicet tanquam lato diſcrimine diverſis a libris Legis & Prophetarum.

Et in eum quidem ſenſum libros hujuſmodi recipi a perdoctis Hebraeis recentioribus, majorum morem ſequutis, teſtis locuples eſt cit. *Voiſin* obſerv. in prooem. pugion. fid. ubi de can. ſcript. p. 99. ſqq. Quo tamen pacto tenuerint ipſi, libros hagiographos a Deo pariter revelatos non pari gaudere cum olim revelatis authoritate, haud facile perceperis. Conf. *Calmet* in dict. bibl. art. *canon.*

vetus, & novum Chriſtiani corruperint, turpiterque interpolarint: quocirca ſacros codices, quibus Eccleſia Chriſti hucuſque ceu authenticis uſa eſt, conſtanter repudiarunt. (*)

III. *Acatholici veteres* haud pauci in venerandam ſacrorum codicum authoritatem inſolenter invecti ſunt. Videlicet *Simon Magus* Teſta-

ADNOTATIO.

(*) PRofecto Mahumedes ſacram Scripturam univerſam, quam idem ſub nominibus *Pentateuchi* & *Evangelii* ſaepe complectitur, impenſe coluiſſe millies adfectavit; vix enim in Alcorano conſcripſit aut dictavit paginam, in qua ſacros hoſce libros magna cum laude in medium non adtulerit; faſſus identidem illos eſſe verbum Dei, & regulam infallibilem veritatis, ad aeternam felicitatem comparandam penitus neceſſariam. Ita ipſe in Sura 2. §. 4. Sur. 3. §. 82. Sur. 4. §. 162. Sur. 5. §. 72. ex interpretatione Marracciana.

Quin immo ut ſe ſe Prophetam, Doctoremque pium atque eruditum oſtentaret, Meccanis ſuis Alcoranum laciniis multis e veteri, ac novo Foedere ſubreptis adornare non dubitavit; quo nomine eum plagiarii & furis lepide ac erudite inſimulavit, qui plura id genus loca contulit, collegitque, *Jo. Conrad. Schvvartz* in libel. de Mahumedi furto ſententiar. ſcripturae ſacrae cap. 5. 6.

Verum in eo (ut plura ſileam) vaferrimus nebulo in ſacras literas immaniſſime deliquit, quod eas miſere ac impudenter dilacerarit & corruperit. Nimirum commentus eſt, eas ad normam Alcorani primum coelitus conſcripti revelatas eſſe; tum ſe, ſuaque in illis prophetice ſaepius expreſſa eſſe pervulgavit; dogmata item plura in eiſdem aperte conſtituta inſolenter rejecit; e. c. Dei Trinitatem, Chriſti divinitatem, mortem, reſurrectionem &c. multa demum effata divina, ut ſuo proſpiceret novae ſectae ſyſtemati, perridiculis nugarum, fabellarumque commentationibus, quas vel iunuere pudet, paſſim commaculavit. Haec plane omnia cuicumque per otium percurrenti putidum Alcoranum in propatulo ſunt.

Conf. in hanc rem *Guadagnolus* ubi de ſacris ſcript. & de Alcorano, *Levin. VVarner.* in compend. hiſt. dogmatum quae rejiciunt Mahumedani, *Jo. Andreas* in confutat. ſectae Mahumedanae, *Richardus* in confutat. Alcorani, germanice a Luthero verſa, *Mich. Nau* in relig. chriſtiana contra Alcoranum per Alcoranum defenſa, *Gonzalez* in manuductione, ubi de errorib. Alcorani, *Albert. VVidmenſtadius* in notis ad theol. mahumed. & Alcorani epitomen, *Jo. Galenſis* tr. de vita & doctr. Mahumedis, *Marracc.* in prodromis, *Pfeiffer.* in theol. mahumed. exſercit. 6. de Alcorano, *Hadr. Reland.* de relig. mahumed. l. 1.

Iis autem pro re ſua conſtitutis, profanus veterator ſura 4. §. 24. & ſaepe alias Judaeos & Chriſtianos objurgat ceu intolerandos ſacrorum codicum corruptores; eandemque deinceps objurgationem, ducem ſequuti, centies ingeminant Mahumedani Doctores cum *Ahmed Ibn Edris*, *Ibn Hazem*, *Beidavi*, *Gelaleddino*, *Albochario*, & aliis ap. *Hottinger.* in theſauro philolog. l. 1. c. 2. q. 4. p. m. 125. & *Marracc.* in prodr. par. 1. p. 6. ſqq: cauſſati nimirum primaevos & incorruptos codices apud unum Mahumedem ſuum perſtitiſſe.

Mirabilis quidem & abſolutiſſima ſolutio nodi illius inſuperabilis de conciliatione Alcorani, impoſtore teſte, veraciſſimi, cum ſacris codicibus, quibus tanquam a Deo revelatis fidem praeſtandam jubet, atque alias mille nominibus cum eodem Alcorano pugnantibus.

Hunc itaque doctrinae Mahumedicae achilem everſuri funditus praelaudati *Guadagnolus* & *Marraccius*, religioni conſultiſſime duxerunt eam modis omnibus promovere ſententiam, quae perpetuam ſacrorum codicum integritatem apud eccleſiam Dei jure vindicat. Quis autem hoc uno titulo eam, alias probatiſſimis ſuffultam documentis, non adoptet?

ſtamentum vetus repudiavit (*b*) ex eo vero Pentateuchum rejecerunt tanquam a malo Deo dictatum *Apelles*, *Ptolomaeus*, *Manichaei*. (*c*) Adde (*d*) quod *Apelles* „ Legem & Prophetas repudiat „ . . . *Elcaeſai*, alias *Elxeitae*, ac *Elxaei* „ Apoſtolum prorſus repudiarunt „ (*e*) hoc eſt, ut ego quidem interpretor, ſcripta omnia ab Apoſtolis e novo Teſtamento; ad eum modum, quo de *Sampſaeis*, ſuam geneſim ab *Elxaeo* ducere jactantibus, ajebat *Epiphan.* (*f*) „ Prophetas non minusquam Apoſtolos rejiciunt, „ quibus plane indicat S. Doctor eos Teſtamentum vetus a Prophetis conſcriptum, & novum ab Apoſtolis ex integro repudiaſſe, quamobrem eos *Anti-Biblicis* pridem adnumeravimus (*g*) ſub nomine *Helxeitarum*, una cum *Valentinianis*. (*h*) aliiſque Heterodoxis recentioribus.

Cerinthus Matthaei Evangelium ex parte duntaxat recipiendum duxit, alia vero tria penitus explodenda: tum Acta Apoſtolorum repudianda (*i*) *Ebionitae* nonnulli Davidem ceteroſque Prophetas veteres abnuerunt (*k*) ex libris autem novi fœderis nullum, praeter Evangelium Matthaei hebraice conſcriptum, idque primis duobus capitibus mutilatum, ac pluribus in locis depravatum recipiebant: nec tantum Paulli epiſtolas aſpernabantur, ſed varia etiam in ipſum convicia jaciebant (*l*) (*)... *Baſilides* Teſtamentum vetus penitus exploſit, & ex novo Epiſtolas ad Titum, ad Timotheum, ad Hebraeos, tanquam Paullo ſuppoſitas (*m*).

Alogi „ Evangelium & Apocalypſim Joannis rejiciunt, eo quod ipſi non admittant Deum Verbum, qui a Patre profectus eſt, eſtque aeternus „ (**) *Cerdon* „ ſolum Evangelium Lucae, nec tamen totum recipit; Apoſtoli Paulli neque omnes, neque totas Epiſtolas ſumit, Acta

(*b*) Recole Tom. I. p. 324. ſq.
(*c*) Legito Tom. III. p. 125.
(*d*) Ex adpendice ad tr. Tertull. de praeſcr. c. 51.
(*e*) Ut Author eſt *Theodoret.* haer. fab. l. 2. §. 7.
(*f*) Haer. 53. n. 1.
(*g*) Tom. I. p. 285.
(*h*) Ex *Iren.* l. 3. c. 2.
(*i*) Liquet ex Tom. I. p. 327.
(*k*) *Ibid.* p. 327. ſq.
(*l*) Conf. *Iren.* l. 1. c. 26. n. 2. *Euſeb.* l. 3. c. 27. *Theod.* haer. fab. l. 2. c. 1.
(*m*) Ex cit. Tom. I. p. 330.

ADNOTATIO.

(*) IO. *Alb Fabricius* Vir ſummus in codice apocrypho novi Teſt. p. 360. Marium Mercatorem audiendum non eſſe jubet ubi „ in adpendice ad contradictionem duodecimi anathematiſmi Neſtoriani t. 2. edit. Garnerianae p. 128. ait Ebionem Matthaei, Marci & Lucae Evangeliſtarum authoritatem ſequutum „ Idemque repetit in bibl. graeca l. 4. c. 5. §. 2. p. 129.

At incaute tamen haec loquitur *Fabric.* haec enim ſunt ad locum citatum Marii verba de Ebione differentis „ in Dei Filium adoptatum auſus eſt praedicare, adſerens ſe Matthaei, Marci & Lucae Evangeliſtarum authoritatem ſequutum „ Quibus porro non ait Marius Ebionem eſſe ſequutum authoritatem Evangeliſtarum, ſed duntaxat quod Ebion aſſeruerit, ſe illam ſequutum eſſe. Quod ſi adſertio Ebionea falſa ſit, tota ejus falſitas in caput Haereſiarchae, non Marii rejicienda eſt.

ADNOTATIO.

(**) HAec *Damaſcenus* haereſi 5. in tr. de haereſibus, deſumto ex Epiphanio, Theodoreto, Timotheo, Sophronio, quemadmodum habet codex Augu-

ſta-

Acta Apoſtolorum & Apocalypſim quaſi falſa rejicit „ (*n*) De *Cerdonianis* vero dixit *Auguſt.* (*o*) „ ſpernunt etiam teſtamentum vetus „ Nec ab Cerdone diſſenſit *Marcion*, Ponticus genere, qui nempe „ haereſim Cerdonis adprobare conatus eſt, & eadem dicere, quae ille ſuperior haereticus ante dixerat „ (*p*) de ipſo teſtatus eſt *Epiphan.* (*q*) quod „ legem ac Prophetas omnes abjicit. „ quae tandem idem nebulo e ſacro novi foederis codice depravavit, prae primis ex Epiſtolis Paullinis, recitat & caſtigat *Epiph.* (*r*) Nec item *Lucanus*, Marcionis ſectator atque diſcipulus, qui (*s*) „ per eadem vadens blaſphemiae genera, eadem docet, quae Marcion & Cerdon docuerant „ ... *Cajani* „ blaſphemant Legem & Deum Legis authorem „ (*t*).

Quartodecimani „ Sacerdotes, qui generis judaici ſunt, nec ſacrificium, nec omnem ſcripturam, nec omnia hagiographa admittunt „ (*u*)... *Gnoſtici*, *Nicolaitae*, *Manichaei* Pſalmos Davidis ut humana, vel profana potius cantica abſque ullo adflatu divino conſcripta reſpuerunt (*x*) (*).

Se.

ſtanus, ut Author eſt *Coteler.* in monum. eccleſ. graecae t. 1. in notis col. 757. ad pag. 278.

De eiſdem Alogis loquutus videtur *Philaſtr.* haer. 60. ubi de Authoribus ejuſmodi haereſeos diſſerit, uti recte interpretantur cit. *Coteler.* col. 775. ad p. 294. & *Galeard.* in not. ad hanc haereſ. ex Philaſtr. Quos autem anonymos & innominatos exſagitavit Philaſtrius, *Alogos* primum dixerat Epiphan. haer. 51. tum *Alogos* & *Alogianos* Auguſtinus haer. 30.

Jam vero hunc, quem ex Damaſceno exſcripſimus, errorem, nec unum quidem alium Alogis tribuunt citt. *Philaſtr.* & *Auguſtin.* eoſque ſequutus *Iſidorus* etym. l. 8. c. 5. ac *Nicet.* in theſauro l. 4. c. 23. Quocirca jure corrigenda ſunt a nobis ſcripta ad Tom. I. p. 285. ubi eos recenſuimus inter Anti-Biblicos, qui ſacros codices univerſos rejiciunt, & ad Tom. II. p. 433. ubi eis duntaxat exprobrati ſumus quod initium Evangelii S. Ioannis exploſerint.

(*n*) Ex Adpendice haereſum adjecta Tertull. libro I de praeſcr. c. 51.

(*o*) Haer. 21.

(*p*) Ex cit. adpend. c. 51. & fuſius ex *Iren.* l. 1. c. 27. n. 2. edit. Maſſueti.

(*q*) Haer. 42. n. 4.

(*r*) Ibid. n. 11. ſqq.

(*s*) Verba ſunt in cit. Adp. adnotata.

(*t*) Inquit *Auguſt.* haer. 18.

(*u*) Ita *Theodor. Scutariota* in ſcholio ad cap. 22. libri 4. de theſauro Nicetae Choniatis ap. Bibl. PP. Lugd. t. 25. p. 124.

(*x*) Ap. *Philaſtr.* haer. 126.

ADNOTATIONES.

(*) I. Quod ſpectat Manichaeorum placita ſuper codices ſacros, haec illis generatim imputantur ab *Auguſt.* 1.° Legem & Prophetas condemnant, ex l. 1. contra adverſ. leg. & Prophet. c. 1. 2.° non omnia ex libris novi teſtamenti recipiebant, prae primis Acta Apoſtolorum vel nominare quidem horrebant, ex l. 32. contra Fauſt. c. 15. 16. 3.° vetus Teſtamentum reprehendebant, ſaeviſſimeque diſcerpebant atque dilaniabant, ex l. de util. cred. c. 2. 4.° declamabant identidem Prophetas antiqui foederis nihil omnino de Chriſto Domino praenuntiaſſe, ex l. 12. contra Fauſt. c. 1. & l. 16. c. 1.

Quantum ad novum Teſtamentum haec *Auguſt.* contra Fauſt. l. 32. c. 15. „ quod quidem in Evangelio, vel in epiſtolis canonicis, quo adjuvari haereſim ſuam putent, id eſſe a Chriſto & Apoſtolis dictum teneant „ Et plane Fauſtus, Manichaeorum, quos Auguſtinus oppugnabat, primipilus Evangelium & Apoſtolum, ſive Paulli epiſtolas adcipiebat, ex l. 2. contra Fauſt. cap. 1.

&

Severiani, authore *Severo* Tatiani diſcipulo, nec Epiſtolas Paulli, nec Acta Apoſtolorum recipiunt (*y*)... *Encratitae*, alias *Tatiani*, parente *Tatiano* Juſtini Martyris auditore „ e veteri Teſtamento quae libuerit, eligunt „ ait *Epiphan* (*z*) quaſi ex eo librum aut partem aliquam notabilem rejecerint. Et vero de ipſis proxime idem teſtatur *Epiph* (*a*) quod ſimpliciter „ tam vetus quam novum Teſtamentum recipiunt. „ ... *Theodotus* Byzantinus *Theodotianorum* author Evangelium Joannis reſpuit (*b*)... *Anonymi* noſtratum plerique libro Apocalypſeos authoritatem derogarunt, quod temere crederent ejus authorem Cerinthum Haereſiarchen fuiſſe (*c*)... *Anonymi* alii veteres Epiſtolam Jacobi ſpuriis adcenſuerunt (*d*) & epiſtolam Paulli ad Hebraeos *Ariani* (*e*) quo quidem nomine *Theodoret*. (*f*) omnes eos intelligendos jubet „ qui morbo arianico laborant „.

Tum *Theodorus* Mopſueſtenus libros complures e ſacro canone expunxit, videlicet Jobum, Paralipomenon, Eſdram, Canticum canticorum, epiſtolam Jacobi & alias aliorum canonicas (*g*). *Syri Neſtoriani*, qui Theodorum ceu patronum, doctoremque eximium ſuſpi-

& l. 11. c. 1. Anne etiam ex Paullo Epiſtolam ad Hebraeos? Dubitat *Beauſobrius* in hiſt. Manich. t. 1. l. 1. c. 5. §. 1. citato *Ric. Simon*. in hiſt. cr. N. Teſt. par. 1. p. 172.

Fauſtus adtamen ita adcipiebat Evangelia, ut teneret, ea conſcripta eſſe poſt tempora Apoſtolorum ab aliquo & nomine & eruditione ignoto viro. ex l. 32. contra Fauſt. c. 2. & l. 33. c. 3. quo plane authoritatem eis divinam immerito abjudicavit.

Pleraque deinde iis valde conſona Manichaeis adpingit *Epiph*. haer. 66. n. 57. ſqq. *Philaſtr*. autem Manichaeos recenſens inter Errones *Apocryphos* ad cap. 88. haec illis tribuit „ contra Legem & Prophetas, contraque diſpoſitiones beatiſſimorum Apoſtolorum conſulta ponentes ... apocrypha Prophetarum & Apoſtolorum, id eſt Actus ſeparatos habeantes, canonicas legere ſcripturas contemnunt „ Quibus porro innuere videtur, ſcripturas quaslibet canonicas illos reſpuiſſe.

Leontius inſuper Byzantinus de ſectis act. 3. de Manichaeis inquit, quod „ veteris ſcripturae libros quoſdam deo malo adtribuerunt, ut eum qui Iſraëlitarum ex Aegypto diſceſſum narrat „ nempe Exodum. Quaſi vero aliquos, aut aliquem veteris ſcripturae librum ceu dictatum a Deo bono illi admiſerint.

Nicetas demum in cit. theſ. l. 4. c. 33. haec de Manete refert „ vetus Teſtamentum, & eum qui loqnutus eſt in illo, cum omnibus ſuis prophetis blaſphemus ille maledictus inceſſebat „ Nec plura.

Haec quum poſtremi ex modo adlatis Haereſeologis de dogmatis Manichaeorum perſcribunt, aut carptim de iis loquuti mihi videntur, aut non de eiſdem Manichaeis ſingulis; notum quippe eſt, Manichaicam haereſim in pleraſque ſubinde factiones aut ſectas diſciſſam eſſe ac propagatam.

II. *Beauſobrius* proxime cit. laude quidem

(*y*) Ex *Euſeb*. hiſt. l. 4. c. 29.

(*z*) Haer. 47.

(*a*) Num. 2.

(*b*) Ex *Epiph*. haer. 54. n. 1. De iis Scripturarum corruptoribus lege *Cajum* Romanum differentem ap. *Euſeb*. hiſt. l. 4. c. 28.

(*c*) Ex *Dion*. Alex. ap. *Euſeb*. hiſt. l. 3. c. 28. & l. 7. c. 25.

(*d*) Ap. cit. *Euſeb* l. 2. c. 23.

(*e*) Author eſt *Epiph*. haer. 69. §. 37.

(*f*) Praef. in epiſt. ad Hebr.

(*g*) Conf. *Synod*. V. Gener. CP. collat. 4. a n. 63. ad. 71. ap. *Labb*. t. 5. col. 451. ſqq *Leont* Byzant. contra haereſes l. 3. n. 13. ſqq. ap. Bibl. PP. Lugd. t. 9. p. 696. ſq. *Garner*. in Mar. Mercatorem t. 2. diſſ. 1. p. 320. col. 2.

Digitized by Google

ſpiciunt, ipſos reſpuerunt Scripturae codices, quos vidimus Theodorum repudiaſſe. Quin etiam plura loca N. T. Neſtorii erroribus contra-

dem dignus eſt, quod errores id genus Manichaeorum Africanorum adcurate recenſeat, eorumque praetextus evanidos pro virili confutet.

Idem vero tribus ex capitibus eodem loco adſertis obiter perſtringendus venit. Quia nempe primum cap. 4. n. 1. ſqq. ferula carpit impudenter pleroſque Patrum, quod vetus Teſtamentum ab objectis Manichaeorum, aliorumque haereticorum male defenderint. Sed more ſuo inſultat Patribus, qui ſuas in hac re ſolutiones non niſi ex Patribus, aliiſque Doctoribus recentioribus mutuatus eſt.

Ait inſuper ibid. §. 9. quod Joannes Praecurſor beatiſſimus exinde ſubdubitaverit de Meſſiatu Chriſti Domini, quod eum a carcere, quo detinebatur ab Herode, non liberaſſet; quapropter duos e diſcipulis ablegavit, qui ei dicerent „ Tu es qui venturus es, an alium exſpectamus? „ ex *Matth.* 11. 3.

Scio equidem huic Authori olim praeluxiſſe *Tertullianum* de praeſcr. c. 8. & l. de bapt. c. 10. & l. 4. contra Marcion. c. 18. necnon obſcurum illum Scriptorem quaeſtionum, quae Juſtino tribui conſueverunt, q. 38.

Sed haec tamen opinio, quam porro Tertullianus in Theologia nimium ſpinoſa fundavit, ceteris ferme quibuſque jure diſplicet, quoniam Joannes Chriſtum baptizans, a Patre audivit, *hic eſt Filius meus dilectus* ex *Matt*. 3. 17. quocirca ipſi deinde perſpicuum dedit teſtimonium ſub illis verbis, *ecce Agnus Dei* ex *Joan*. 1. 32.

Minime itaque Joannes, ſed Joannis diſcipuli tum dubitarunt. Id quod conſtanter tenent, pluribuſque exponunt ſacri Interpretes in hunc locum cum *Cyril. Theophyl. Hilar. Maldon.* ipſiſque proteſtantibus *Munſtero*, *Clario*, *Zegero*. Quid ſingulorum verba produxero? Unum adſero *Chryſoſtomum*, qui in Matt. hom. 37. n. 1 Mont fauc. interprete, in rem praeſentem haec habet.

„ Palam eſt eum (*Joannem*) non dubitantem miſiſſe, neque ignorantem interrogaſſe. Neque enim ſe ex carcere liberandum exſpectabat, neque ſi exſpectaſſet prodidiſſet veritatem, qui ad mortes plurimas paratus erat, „ multiſque praeterea ſuo adſerto argumentis confirmato, concludit „ Quid ergo heic agitur? Quod enim hujuſmodi dubitatio non ſit Joannis, immo ne cujuſvis hominis etiam inſani, ex dictis jam liquet. „ Annon ergo ad mentem Chryſoſtomi inſana erit cujuſcumque opinio, Joannem heic dubitantem adſerens?

Poſtremo ad cap. 5. §. 4. ut certum & plane evidens adfirmat, Jeſuitas ceu impoſtores confinxiſſe famoſum illud monumentum Lapidi inciſum lingua Syriaca & Sinenſi ſub an. 782. effoſum in villa Sanxuen dicta apud Sinas an. 1625. cujus prototypi exemplum juxta omnem dimenſionem una cum fideli interpretatione proſtat Romae Sinice ac Syriace excuſſum in folio volubili ap. Bibiothecam Vaticanam inter libros Sinicos a P. Couplet S. J. Innocentio P. XI. oblatos, ut teſtis eſt *Joſ. Sim. Aſſeman.* in bibl. or. t. 2. p. 255. Inſcriptionem jam luſitanice ac italice verſam latinitate donavit *Kircherius* in prodromo copto c. 5. a p. m. 52. & rurſum alii poſtmodum donarunt.

Hanc itaque dolo malo Jeſuitarum ſuppoſitionis ille inſimulat, eo maxime quod ferat Lapis, ex interpretatione Kircher. p. 57. quod Chriſtus „ in coelum adſcendit, relinquens viginti ſeptem doctrinae tomos ad portam magnae converſionis mundi aperiendam „ vel ut alii verterunt „ adſcendit in coelum. Scripturarum remanſerunt bis decem ſeptem tomi: aperta eſt originalis converſio, ut poſſent homines rationales ingredi. „

Remanſerunt videlicet viginti ſeptem tomi ſeu libri, quos Teſtamentum novum complectitur, nempe quatuor Evangelia libros IV. Acta Apoſtolorum libr. I. Epiſtolae Paulli XIV. Epiſtolae canonicae VII. Apocalypſis I.

Et vero, inquit *Beauſobr.*, Syri erant ex Eccleſia S. Thomae vel Babyloniae ad Sinas ad Chriſti legem convertendos miſſi, qui Lapidem conſcribendum curarunt ad an. 782. id quod pluribus confirmare pergit ex *Andr. Mullero* & *Mich. Boim.* Tum autem temporis apud Syros XXII. tantum libri ex novo Teſtamento re-

ria corrupiſſe ac depravaſſe deprehenduntur. Tum iidem feruntur quoſdam libros apocryphos pro canonicis habere, puta *Apocalypſim S. Paulli*, & *Evangelium infantiae Chriſti*. (*)

IV. *Acatho-*

recipiebantur, omiſſis videlicet quatuor ex Epiſtolis canonicis, hoc eſt epiſtola Judae, Petri altera, Joannis ſecunda ac tertia, & Apocalypſi.

Sed hic tamen beauſobrianus achiles, mea opinione, nimium elumbis eſt. Scio equidem, vulgo Syrorum Eccleſias aut valde ſerius, aut fortaſſe nuſpiam memoratos quinque libros in ſacrum canonem retuliſſe. Illi quippe deſiderantur apud quaslibet ferme ſingulas editiones Syriacas novi Teſtamenti, cum veteres, tum recentiores; quod ſcite notavit *J. Al. Fabric.* in bibl. grae. l. 4. c. 5. n. 7. ſub fin. p. 145. ac teſtatiſſimum faciunt *Pocokius*, *Ludov. de Dieu*, & alii cum *VValtono* proleg. 13. §. 8. ſqq. *Ric. Simonio* hiſt. crit. N. T. par. 2. c. 13. & 14. *Sim. Aſſemano* bibl. or. t. 3. par. 1. c. 2. a p. 9. & par. 2. c. 7. §. 7. p. 239. quos conſulere juverit. Certa haec quidem fuerint.

Quid tum vero? Nec hilum inde proficit hic Author. Principio enim nihil prohibet, quominus ſuſpiceris, errorem numeri *viginti ſeptem* pro *viginti duo* in oſcitantiam aut inſcitiam authoris Tituli, vel potius Marmorarii, qui eum incidit, referendum eſſe.

Saepius quippe uſu venit, ut Critici alias quam ſolidis argumentis ducti, conſimiles in Lapidibus literatis ſubodorati errores, illico corrigendos duxerint.

Deinde neutiquam conſtat, Authorem Tituli per verba *viginti ſeptem doctrinae tomos* diſerte intendiſſe libros novi duntaxat foederis, & ſecundum eam, quae apud nos eſt, eorum partitionem. Et vero ſub eo numero ideali (ut ita dicam) quam optime complecti potuit Author, alia ſibi conficta eorum partitione, omnes utriuſque foederis libros; quorum quippe omnium doctrina poſt adſcenſum Domini in coeloa ad converſionem gentium ſane plurimum conferebat.

Neque vero id ipſum ab ejuſdem Authoris mente ac ſtilo multum abludere videtur. Namque alias in eodem Titulo certis utitur numeris, quibus plura, me judice, generatim, non autem particulatim ac determinate deſignat.

E. c. quum ait ap. cit. *Kirch.* p. 55. contra dogma de creatione rerum *trecentum ſexaginta quinque ſectas* ſubceſſive obortas eſſe, nimirum permultas generatim, non vero totidem adcurate numeratas, tum p. 62. regem quemdam Sinenſem curaſſe ut in eccleſiam *centum* pretioſarum rerum cimelia deferrentur, hoc eſt cimelia numero plura: & p. 64. Regem kieũ Ciuñ, qui regnabat an. 781., *octo* uti modis ad praemiandos bonos & puniendos malos, videlicet variis modis.

Quidni ergo pariter in eundem ſenſum loquutus ille ſit, quum nominavit *viginti ſeptem doctrinae tomos*?

Veritatem famoſi Lapidis alias pluribus vindicabimus (ubi de Chriſto Meſſia ex ipſo Lapide cap. 3. ap. cit. Kirch. p. 56.) modo nobis ſufficiat eam adſerere ſub patrocinio laudati *Kircheri* c. 3. *Jo. Bapt. Du Halde* in deſcript. imperii ſinenſis t. 1. p. 440. *Simonis Aſſemani* in bibl. or. t. 3. p. 255. ſq. *Mulleri* ac *Renaudoti* ap. Jablonskium inſt. hiſt. chriſt. t. 1. ad ſec. VII. c. 1. §. 2. p. 189. ſq. edit. ſecundae 1766. quem conſulas.

A D N O T A T I O.

(*) Primum, quod propoſuimus, erroris Neſtorianorum caput videtur ſponte fluere ex ſumma eorum reverentia erga doctrinam Theodori; tum inde maxime, quod Patriarcharum Neſtorianorum erant conſtitutiones „ de Theodori commentariis utquequaque probandis & recipiendis. „ Alterum vero profertur a Patribus Synodi Diamperitanae act. 3. decr. 2. & 3. n. 35. ſq. videlicet comparate ad Neſtorianos Malabarenſes, S. Thomae dictos.

Tertium denique erga Apocalypſim S. Paulli indubie probat *Gabriel* Motulanus metropolita in apologia, qua ipſum propugnat ap. *Sim. Aſſem.* in bibl. or. t. 2. adpar. p. 467; & erga Evangelium infantiae Chriſti adſeritur ab cit. *Syn Diamper.* act. 3. decr. 17. n. 63. interprete *Jo. Facundo Raulino*; innuuntque *Poſſev.* in adp.

art.

IV. *Acatholici recentiores* medii aevi ſacris quibuſdam codicibus authoritatem divinam abrogarunt pariter. Nimirum *Paulliciani* ad Seculum VIII. Manichaeiſmum profeſſi, vetus Teſtamentum & Prophetas uno conſenſu rejecerunt: nec item omnes novi Teſtamenti codices adoptarunt. (*b*)... *Bogomili*, Meſſalianorum pars magna, libros quoſque Moſaicos repudiarunt, ceteroſque antiqui foederis, ſi excipias Pſalterium & XVI. Prophetas. (*c*) *Albigenſes*, Manichaeorum proles foetida (*d*) ad an. 1176. „ qui ſe adpellare faciebant bonos homines in provincia Toloſana ... docentes populum contra fidem chriſtianam, *aiebant* etiam, quod non recipiebant legem Moyſi, neque Prophetas, neque Pſalmos, neque vetus Teſtamentum „ (*e*).

Cathari & *Waldenſes*, de quorum ſectis erroneis fuſe differunt *Reinerus* cum aliis ex editione *Gretſeri* (*f*) nec non Ven. *Moneta* ex editione V.Cl. *Th. Auguſtini Ricchinii* (*g*) Teſtamentum vetus ceu dictatum a malo Deo cane pejus & angue deteſtati ſunt. Ex iis vero *Albanenſes* quidam nonnullos ex eodem Teſtamento libros receperunt, nempe Jobum, Pſalterium, libros Salomonis, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Iſaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem una cum XII. Prophetis; at pluribus tamen intermixtis fabellis (*h*) Piget porro ceteras hanc in rem ejuſmodi nebulonum nugas perſequi (*i*)... *Piccardi*, alias *Waldenſes Pedemontani*, quorum dogmata Luthero, Bezae, aliiſque Proteſtantibus commendatiſſima fuerunt, e ſacro canone Teſtamenti veteris inter apocryphos adnumerarunt Tobiam, Judith, Sapientiam, Eccleſiaſticum, Baruch una cum epiſtola *Jeremiae*, Eſther a cap. 10. ad finem uſque, Danielem quantum ad hiſtorias de Suſanna & de Dracone. Haec autem, ſi qua fides *Legero* (*k*) conſtituta reperiuntur a majoribus

M 2 ſuis

art. *Neſtorius* & *Th. a Jeſu* de conv. omn. gent. proc. t. 1. p. 354.

Et vero Cl. V. *Sim. Aſſemanus* in bibl. or. t. 3. par. 2. c. 7. §. 7. p. 236. ſqq. haud levibus argumentis haec plane probat. Primum, quod in canone Neſtorianorum iidem exſtabant olim codices, quos Theodorus abjecerat.

Alterum, quod ſi unum epiſtolae Paulli ad Hebraeos locum excipias, in reliquis Neſtoriani ceu corruptores ſacrorum codicum immerito traducantur.

Poſtremum denique, quod error circa memoratos libros apocryphos paucorum fuiſſe videatur, non omnium Neſtorianorum; nec enim illos in canone relatos legere eſt apud Scriptores idoneos. Claro Viro adſentimur. Eum contuliſſe non poenitebit.

(*b*) Ex *Eutymio* in panopl. tit. 21. p. m. 696.

(*c*) Ex cit. *Eutym.* tit. 23. p. 748 ſq.

(*d*) Quod plane demonſtratur ex dogmatis eorum ſectae, & ex Hiſtoricis ejuſdem cum *Boſſueto* de variat. l. 11. §. 51. ſqq. & *Pluqueto* in lexico, art. *Albigenſes*. ſub. fin; quidquid contra nitatur *Baſnag.* in hiſt. eccleſ. reform. t. 1. periodo 4. c. 9.

(*e*) Hae *Rogerus*, hujus temporis author, in annalib. Angliae ad an. 1176. Recole ad hunc an. *Baronium* n. 3. ſqq. & *Pagium* ſeniorem n. 2.

(*f*) Ap. *Bibl.* PP. Lugd. t. 25 a p. 262.

(*g*) De an. 1743.

(*h*) Ap. *Reiner.* l. cit. c. 6. p. 270 col. 1. Haec *Guido* ſuis adtribuit Albanenſibus ubi de eorum haereſi diſſerit.

(*i*) Eas cupienti dabunt laudati *Reiner.* & *Moneta* nec non *Ricchin.* in praevia diſſ. t. de Catharis cap. 4. ex eadem Reinero, aliiſque documentis.

(*k*) Hiſt. gener. eccleſ. VValdens. Pedem. l. 1. c. 18. p. 92. ſq. & p. 113.

ſuis ab an. 1120. & ſubinde innovata, ſeu publicata ad an. 1655.

V. *Jo. a Parma* an. circ. 1250. multa effutiit deliria in vetus, novumque Teſtamentum (*l*) Huic Minoritae tribuitur peſtilentiſſimus ille liber praenotatus *Evangelium aeternum*, quem Alexander P. IV. damnavit.

VI. *Acatholici noviſſimi* aevi infimi ſacrum canonem jamdiu in eccleſia receptum & a Tridentino conſtitutum ut plurimum ex integro non recipiunt: immo vero ex illo codices deutero-canonicos, ſeu de quibus olim aliqui dubitarunt, ad apocrypha paſſim amandant. Sic enim ſchola *Lutherica* vetus & recentior comparate ad codices antiqui foederis (*m*) cum magiſtro & authore *Luthero*. Hic autem non modo id genus codices in ſuis bibliis apocryphos dixit, ſed longe ulterius in authoritatem divinam aliorum praetergreſſus videtur.

Principio enim legi, ejuſque ſcriptori Mosi haud levibus ſcommatis conviciatur (*n*) Putavit deinde (*o*) librum Job eſſe veluti fabulae argumentum ad proponendum patientiae exemplum: immo & adfirmavit (*p*) ſe non credere omnia ita eſſe geſta ut in libro eodem enarrantur. Inſuper irridebat impudenter librum Eccleſiaſtis ceu multis nominibus imperfectum (*q*) Cenſuit itidem de libro Eſther, digniorem omnibus eſſe, qui extra canonem a Judaeis haberetur (*r*) quippe, ajebat (*s*) nimium judaizat & multa habet, quae Gentilium ſuperſtitionem ſapiunt. Nec alius quidem ejuſdem fuit ſenſus circa librum I. Machabeorum, quem una cum libro II. inter apocrypha repoſuit in ſuis Bibliis.

Quod praeterea ſpectat Teſtamentum novum, ab ſchola hodierna Lutherica pene ex integro admiſſum ſecundum canonem a Tridentino praeſcriptum, (*t*) haec Lutherus ex tripode definivit (*u*) 1.° ea opinio, quod quatuor tantum ſint Evangelia, totidemque Evangeliſtae repudianda eſt 2.° Epiſtola Paulli ad Hebraeos nec Paulli eſt, nec ullius Apoſtoli, quippe contraria doctrinae apoſtolicae tradit. 3.° Jacobi epiſtola vere ſtraminea eſt, ſi ad alias Petri & Paulli comparetur, non enim habet genium evangelicum. Addit (*x*) valde probabiliter adſeri eam non eſſe Jacobi Apoſtoli foetum, nec ſpiritu apoſtolico dignam. (*y*) 4.° Apocalypſim neque apoſtolicam, neque propheticam exſiſtimat. Id ipſum alias pluribus exaggerat. (*z*) Item de epiſtola II. Petri ajebat non

(*l*) Ap. *Cocc.* cit. l. 6. ar. 30. ex *Eymer.* direct. par. 2. q. 9

(*m*) Author eſt *Buddeus* inſt. theol. l. 1. c. 2. §. 32. p. 144.

(*n*) In colloq. convivalibus cap. de lege & evangelio, & in ſerm. quodam de Mose & lege, & alias.

(*o*) In colloq. conviv. cap. de libr. vet. & novi Teſt.

(*p*) Ibid. cap. de Patriarch. & Proph.

(*q*) In l. 2. colloq. edit. latinae cap. de vet. Teſt.

(*r*) De ſervo arbitr. contra Eraſm.

(*s*) In colloq. conviv. cap. de ſcrip. ſacris.

(*t*) Quod diſcimus ex *Buddeo* proxime cit. p. 146.

(*u*) In praefat. ad novum Teſtam.

(*x*) In capt. babyl. cap. de extrema unct.

(*y*) Idem aliis verbis inculcat in colloq. conviv. latinis t. 2. de libris novi Teſtam. & in cap. 22. Geneſeos.

(*z*) In priore editione ſuorum bibliorum, praefat. in Apocal.

(*a*) non eſſe ejus, cujus nomine praenotatur, ſed incerti cujuſpiam authoris, qui foetus ſuos alieni nominis ſplendore illuſtrare voluerit. Judas tandem Epiſtolam e ſacro canone expunxit. (*b*) Cum Luthero in iis, quae mox pro ſuximus, adſertis magnam partem conſentiunt *Magdeburgenſes* (*c*) necnon *Brentius* (*d*).

Schola *Calviniana* cum duce *Calvino* (*e*) videtur e canone Tridentino ſolum expungere libros deutero-canonicos Teſtamenti veteris, puta Machabaeos, Tobiam, Eccleſiaſticum (*f*) & ſimiles, de quibus loquutus eſt *Hieronymus* (*g*) tanquam de codicibus authoritate indubitata non gaudentibus. Cum iis conſentiunt plerumque *Sacramentarii* cum *Guilhel. VVittakero* & aliis; (*h*) tum, reor, Doctores recentiores *Anglicani* cum *Stackouſe* (*i*) *Mich. Servetus* Teſtamentum vetus rejiciebat (*k*)... *Anabaptiſtarum* foex & proles multiplex ſacrorum codicum authoritatem haud intactam reliquerunt. Ii, ſi qua fides *Serario* (*l*) qui tamen certam factionem non nominat, in colloquio Frankendallenſi ſingulos quoſque ſacrae Scripturae libros abjecerunt. *Schwenfeldius*, apud illos magnum nomen, nobili genere natus in Oſſing, non procul a Lignicio haud ignobili Sileſiae oppido, vir ſeditioſus, & multis dementatus erroribus, docuit ſacram Scripturam non eſſe Verbum Dei, immo verbum Dei non eſſe aliud quam ſubſtantiale, nempe Chriſtum (*m*).

Ludovicus Hetzerus, ſectae Anabaptiſticae pſeudo-martyr, utpote capite plexus Conſtantiae ſub an. 1529., libros e ſacro canone pro libito expungebat, alioſque viciſſim pro apocryphis habitos in ipſum referebat. (*n*) *Joan. Denkius* ejuſdem factionis Epiſcopus, alias vir doctus, inter errores, quos mordicus, privatim tamen propugnavit, tenuit, ſacram Scripturam nulla ratione Dei verbum dici poſſe, atque etiam ſine ea veros Chriſtianos ad aeternae ſalutis portum pervadere. (*o*)

Schola *Sociniana* haud parum in ſacros codices deliquiſſe deprehenditur. Siquidem omnium dux *Fauſtus Socinus* (*p*) tametſi ſacrae Scripturae certitudinem & authoritatem divinam adſerat, contendit nihilominus eam nulla ratione certa & infallibili teneri & probari poſſe: quo quid magis abſurdum & a vero alienum, uti pluribus oſtendit

Ca-

(*a*) In bibliis ſuis germanicis ap. *Coccium* l. 6. art. 24.

(*b*) Praefatione in epiſt. Jacobi.

(*c*) Cent. 1. l. 2. c. 4. col. 53. ſqq.

(*d*) In confeſ. VVittemberg. & in apol. ejuſdem confeſſ. cap. de Scriptura.

(*e*) Inſtit. l. 4. c. 9. ſect. 14. ſub. fin.

(*f*) Hunc ſpeciatim rejicere videtur *Calvinus* inſt l. 3. c 15. ſect. 4. quemadmodum & Machabaeos inſt. l. 3. c. 5. ſect. 8.

(*g*) Praefat. in libros Salomonis.

(*h*) Conf. *Coccius* in theſ. l. 6. ar. 4.

(*i*) In Theolog. ſpec. &. pract. par. 1. c. 4. ſect. 1. de canone Scripturar. a p. 110.

(*k*) Auctor eſt *Calvinus* in actis Serveti.

(*l*) In prolegom. bibl. c. 8. quaeſt. 13.

(*m*) Author eſt *Arnold. Meshovius* in hiſt. Anabaptiſtica l. 3. §. 13.

(*n*) Tradit ibidem *Meshov.* §. 19.

(*o*) Haec *Meshov.* ibid. §. 20. Conf. *Sixt. Sen.* in biblioth. l. 7. haer. 9. object. 7. & l. 8. haer. 10.

(*p*) In l. de authorit. ſcript. p. 78. ſq.

Calov. (q) Idem tenuit (r) fieri poſſe ut ſacri ſcriptores quandoque ſaltem leviter errarint, quod & plerique ſuorum gregalium adoptarunt; quaſi ſcriptores canonici quidquid literis ad aedificationem eccleſiae conſignarunt, divino adflati Spiritu non perſcripſerint. Rurſum *Sociniani*, ſuffragante *Fauſto* (s) multis diſputationibus commenti ſunt, quae referuntur in ſacro codice, ſi ſupra rationem ſunt, & rationis captum ſuperant, credenda non eſſe, ſed per tropos & figuras quomodolibet explicanda. Hinc vero more judaico utriusque Teſtamenti dicta de Ss Triade, ac de Chriſto Deo ac Meſſia, vel inſolenter corrumpunt, vel quibuſcumque abuſi tropis, in ſenſum prorſus alienum detorquent (t) *Arminiani* demum Profeſſores apud & cum ſuo *Limborchio* (u) tenent in dogmatis, quod ex libris ſacris ſinguli quique Pontificiis vocati deuterocanonici, ſunt re ipſa apocryphi, nec indubitata gaudent authoritate. Hactenus de erroribus in primam regulam fidei, quam in ſacra Scriptura ſitam novimus.

Deinde quod adtinet ad Traditionem temere oppugnatam,

I. *Pharisaei* veteres, ac *Talmudiſtae* recentiores exinde in Traditiones divinas peccaſſe dici poſſunt, quatenus traditiones mere humanas a majoribus exceptas pro divinis habuerunt, immo illas vel etiam divinae legi repugnantes obſervari ſedulo juſſerunt. Haec vero iniqua dogmata Judaeo populo exprobravit olim Dominus *Iſaiae* 29. 13. ac ſaepe poſtmodum Chriſtus Phariſaeis, e. c. *Matth* 23. 14. ſqq. *Marc.* 12. 38. ſqq. &c. (x) Quod praeterea Talmudis Authores majorum traditiones pluris quam divina Moſis lex, faciendas eſſe duxerint & inculcarint, ipſe propalam oſtendit Talmudis commentarius, una cum ejuſdem Interpretibus Hebraeis, quibus adde Maſoram, ejuſque commentatores (y).

II. *Acatholici veteres* plerique quaslibet ferme traditiones dogmaticas Eccleſiae ſacris literis non conſignatas ceu evanidas & omni deſtitutas authoritate repudiarunt. Sic enim *Valentiniani* (z) qui vero ad extremum nec Scripturas, nec traditiones receperunt... *Ariani*, ſi communis omnium ſit ſententia, quam ſibi adoptatam Auguſtino propoſuit eorum coriphaeus *Maximinus* (a) in haec verba„Si quid de divinis Scripturis protuleris, quod commune eſt cum omnibus, neceſſe eſt ut audiamus. Hae vero voces (e. c. ὁμοῦσιος &c.) quae extra Scripturam ſunt,

(q) In Anti-socin. ſect. 2. memb. 1. controv. 1. p. 21. ad t. 2.

(r) Loco mox cit. p. 14.

(s) De Servat. Chriſto par. 3. c. 4.

(t) Conf. *Calov.* proxime laudatus.

(u) In theol. chr. l. 1. c. 3. §. 4. ſqq. p. m. 8.

(x) De falſis id genus traditionibus plura *Epiph.* haer. 33. *Serar.* in trihaeres. l. 2. c. 3. *Druſius* de trib. ſect. l. 2. c. 15. *Blaſius Ugolin.* in trihaeres. c. 5. in theſau. antiq. ſacr. t. 22. a col. 23.

(y) Conf. *Martinius* in pugione fid. in prooem. & par. 2. c. 14 n. 13 *Buxtorf.* in ſynag. judaica c. 3 *Trigland.* in diatr. de ſecta Karaeorum a col 389. ap. *Ugolin.* cit. ad t. 22. *Humphrid. Prideau* in praefat. ad tract. Majemonidis de jure pauperis & peregrini.

(z) Ap. *Iren.* l. 3. c. 2.

(a) In collatione ſua cum Auguſtino ſub init.

ſunt, nullo caſu a nobis ſuſcipiuntur „ &c.... *Aëriani* (*b*)... *Pelagius*, cujus illud eſt effatum (*c*)„ credamus igitur quod legimus, & quod non legimus nefas credamus adſtruere. „ hoc eſt credamus oportet ſcripturas ſacras, minime vero Traditiones; quemadmodum paullo poſt idem expoſuit *Auguſtinus* in objectione, quam ipſi refutandam adjecit... *Pneumatomachi* (*d*)... *Eunomiani* (*e*) *Eutyches* & *Neſtorius*, quia nempe in ſacris literis nec Eutyches reperiebat expreſſe duas in chriſto naturas, nec Neſtorius B. Virginem eſſe aut nuncupari Θεοτόκον *Deiparam* (*f*)... *Iconomachi* demum (*g*) Ii ergo ferme omnes ea de cauſſa rejiciebant complura ſancta dogmata, quod de iis non ex ſacris literis, ſed duntaxat ex verbo Dei non ſcripto, vel ex traditione conſtaret.

III. *Acatholici* medii aevi eodem haerentes luto recenſendi veniunt. *Apoſtolici*, aliis *Petrobruſiani*, qui nempe *ſolius Evangelii ſe profitebantur aemulatores* (*h*) quocirca purgatorium, orationes pro defunctis, aliaque dogmata, quae ſcripturis conſpicue probari nequeunt, pernegabant ... *Waldenſes Pedemontani*, qui jam eruperant an. 1120., ut contendit *Legerus* (*i*) iiſdem omnino inſtiterunt veſtigiis (*k*) quibus haud abſimilia quidem profeſſi ſunt *Waldenſes* Lugdunenſes, *Waldone* authore (*l*)... *Joan. Wicleffus* in eandem fortaſſe abiit ſententiam ubi adſeruit (*m*)„ Videtur inferri, quod nulli fratres vel Praelati quidquam debeant in materia fidei definire, niſi ad hoc habuerint Scripturae authoritatem, vel revelationem a Spiritu ſancto ſpecialem. „ Exinde ſiquidem perſpicue inferri videtur, Verbum Dei non ſcriptum, ſeu traditionem ad firmanda fidei dogmata vim nullam habere (*n*).

IV. *Acatholici* infimi aevi ex Scholis pluribus, ab vetuſtioribus, in ſcenam mox productis, quaſi per manus adceperunt dogma ſuum de contemnendis traditionibus ſacris; obtendentes utique, non ſecus ac majores illi ſui, ſacrum codicem eſſe unicam fidei regulam, quae quidquid ad credendum revelata ſalutem ſpectantia neceſſum eſt, explicate continet. Haec quidem *Lutheri* adſertio haud raro ingeminata (*o*) quam *Schola Lutherica* univerſa haud interrupta ſubceſſione hucuſque

(*b*) Ap. *Epiph.* haer. 75. n. 8.

(*c*) Ap. *Auguſt.* l. de nat. & grat. c. 39.

(*d*) Author eſt *Baſilius* in l. de Sp. S. ad Amphiloch. c. 10. n. 25.

(*e*) Ap. cit. *Baſil.* c. 27. n. 65. & c. 29. n. 71.

(*f*) Haec abunde conſtant ex Actis CC. *Epheſin.* & *Chalcedonenſis*.

(*g*) Ex ſententia *Baſilii* Ep. Ancyrani, qui ex Iconomacho factus eſt catholicus, ut liquet ex actis C. Nic. II. act. 1.

(*h*) Teſte *Bernardo* ſerm. 65. in cant. n. 3.

(*i*) In eorum hiſt. gener. l. 1. c. 17. p. 92.

(*k*) Conſtat ex quadam confeſſione fidei de an. 1120. ibid. p. 94. ſq.

(*l*) Ferunt ſimpliciter *Lindan.* in panopl. l. 1. ſub init. & *Martin. Pereſius Ayala* de traditionib. par. 1. etiam ſub init. Et conſtare videtur ex ſerie errorum, quos eis *Haereſeologi* recentiores adpingunt.

(*m*) Inter epiſtolares ſermones, ſerm. 45. ap. *Valdens* in doctrin. antiq. fidei t. 1. l. 2. art. 2. c. 19. n. 2.

(*n*) Conf. cit. *Valdens*.

(*o*) E. c. de captiv. babyl. ubi de numero Sacramentorum, in comment. Deuteron. ad cap. 4. in comment. epiſt. ad Galat. in c. 1. 8.

ſque profeſſa eſt cum *Magdeburgenſibus* (p) *Confeſſioniſtis* (q) *Kemnitio* (r) *Brentio* (s) *Hamelmanno* (t) & *Buddeo* noviſſimo (u).

Haec itidem *Calvini* (x) cum ſuo grege; rem ſuam magnopere promovere conantibus *Leblancbio* (y) *Andrea Riveto* (z) *Joan. Dallaeo* (a) Iis denique tanquam idem omnino ſapientes ac mordicus propugnantes adnectuntur *Sacramentarii* (b) *Anabaptiſtae* (c) *Sociniani* (d) *Reformati* in Rhaetia cum *Vedroſio*, *Heideggero*, *Szegedino* (e) quibus merito nobis adjici poſſunt *Quakeri* cum ſuo *Roberto Barclaio* (f) *Remonſtrantes* ap. & cum *Limborchio* (g) *Puritani* demum & ceteri quique Proteſtantes *Anglieani* hodierni cum *Stakonſio* (h).

Inſuper quantum ad Eccleſiam univerſe docentem deſpectui habitam,

I. *Generatim ſectae pleraeque omnes Acatholicorum*, immo & *Acatholici univerſi*, qui errores ab Eccleſia catholica proſcriptos & profligatos pertinaciter retinuerunt, eidem porro Eccleſiae inerrantem authoritatem ſaltem virtute abjudicarunt. Quid? quod iidem omnes oppoſitum quum ſentiant, aut ſentire adfectent ab eo, quod ſentit Eccleſia, cujus ſenſui ſuum illi praeponunt, propugnent enixe oportet Eccleſiam errare, ne ſe ipſos deceptos, aut decipientes fateantur.

Et iis quidem inſipientium gregibus cum primis adnumerandi qui apertiſſimo mendacio blaterare conſueverunt impie ſingulis prope aetatibus, Eccleſiam veram, hoc eſt Catholico-Romanam diu defeciſſe, & converſam in miſeram Babylonem in abyſſo errorum uſque dum jacere, quum in ſuis quibuſque eccleſiiis aut potius ſynagogis veritas & ſancta fides incorrupta eluceat, una cum ſpe certa ſalutis. Quin immo ſcite ajebat *Canus* (i) „ haereticis omnibus hoc gentile eſt, ſimul atque ſe ſe Eccleſiae auctoritatae urgeri vident, aut illam ſpernere, aut Eccleſiae rem ad ſe nomenque transferre, & eam in illis eſſe negare in quibus revera eſt. „ At eos tamen omnes ubique locorum ac temporum exſiſtentes *Tertull.* (k) impudentiae, erroriſque convicit ad evidentiam.

In

(p) Cent. 1. l. 1. c. 4. ubi de traditionib. humanis & ſaepe alias.

(q) In confeſſ. Auguſtana par. 1. §. 7. 25. & alias.

(r) In exam. C. Trident. ad ſeſſ 4.

(s) In prolegomen. contra Sotum.

(t) In commentariis adverſum traditiones.

(u) In inſt. theol. dogm. l. 1. c. 2. §. 33. ſqq.

(x) In antid. C.Trid. ad ſeſſ. 4 atque inſt. l. 2. c. 8. ſect. 5. & l. 4 c. 10. ſect. 1. 8 &c.

(y) In theſib. theolog. ubi adverſum tradition. p. 55. ſqq.

(z) In tract. de authoritate Patrum.

(a) In comment. de vero Patrum uſu.

(b) Ab laudato *Pereſio* par. 1. ſol. m 2.

(c) Ab *Harnold Meſhovio* in hiſt. Anabapt. l. 1. § 16.

(d) A *Nat. Alexandro* ad ſec. II. diſſ. 16. pene ſub init.

(e) Ab *Redingio* in controverſ. diſſ. 1. ſub init. & c. 2.

(f) In apolog. ſuae theolog. theſi 3. ni fallor.

(g) In theol. chr. l 1. c. 6. §. 25. ſq. p. m. 20. ſq.

(h) In theol. t. 1 par. 1. c. 4. p. m. 101. & alias.

(i) De locis l. 4 c. 1.

(k) Integro Apologetico aureo de praeſcript.

In eorum itaque cenſum reponendi veniunt *Novatiani*, Auctore *Novato* Presbytero Romano ad Sec. III. (*l*)... *Donatiſtae* ſub idem Seculum, vel a *Donato* quodam Caſenſio, aut a Caſis nigris, vel ab alio *Donato* Carthaginenſi Epiſcopo primum exorti (*m*) nec non foeda illorum ſoboles, nimirum *Campates*, alias *Monteuſes*, ita dicti, ut nonnullis placet, quod in montibus prope Romam habitarent; *Circumcelliones*, ducibus *Maximo* & *Faſero*; *Aſſurani*, aliis *Aſſuritani*; *Rogatiani*, parente *Rogato* quodam; *Parmeniani*, coriphaeo *Parmeniano* pſeudo-epiſcopo Carthaginenſi (*n*) Et iis quidem omnibus illos, qui a caſtris vere catholicis ad partes ſuas defecerant, ſacroſancto lavacro rurſum tingere moris fuit, quod ſibi perſuaſum haberent, extra veram, unicam & inerrantem Eccleſiam, quam ipſi conſtituebant, baptiſma verum non recipi.

Tum *Luciferiani*, duce *Lucifero* Calaritano in Sardinia Archiepiſcopo I. ſub idem tempus ab Catholicis aperto ſchiſmate ſecreti, adcuſantur docuiſſe, eoſdem veram & inerrantem conſtituere eccleſiam, & veterem factam eſſe lupanar. (*)... *Adamitae* ſeu *Adamiani* (*o*) ſed ii tamen ferme inter bruta animantia recenſendi... *Pſeudo-Apoſtolici*, illiterati quidem viri ex furfure Manichaeorum ſub an. circ. 1040. (*p*)... *Albigenſes* (*q*) *Waldenſes* (*r*)... *Dulciniſtae*, parente *Dulcino* laico Novarienſi, Sagarelli diſcipulo ſub Sec. XIV. (*s*) *Apologetici*, Anglicanae apologiae ſectatores, exorti ſub an. 1544. (*t*),

(*l*) Ex *Cypr.* epiſt. 73. ad Jubajanum.

(*m*) Lege *Aug.* haer. 68. & l. 3. contra epiſt. Parmen. tum *Optat.* Milev. de ſchiſm. Donatiſtar. l. 1. per tot. cum notis Dupinii ejus operum Editoris, & Scholiaſtis.

(*n*) Ferme de hiſce ſingulis plura *Aug.* & *Optat.* citt. nec non *Hieron.* l. ſeu epiſt. contra Luciferian.

(*o*) Conſ. *Epiph.* haer. 52. & *Aug.* haer. 31.

(*p*) Ap. *Bernard.* in Cant. ſerm. 65. ſq.

(*q*) Conſ. *Petr. Vallicern.* hiſt. Albigens. c. 2.

(*r*) Ap. *Reiner.* l. de haeret. c. 7. & *Leger.* hiſt. VValdenſ. Pedemont. ferme paſſim.

(*s*) Adi ſis *Genebr.* in Clemente P. V. *Bzov.* ad an. 1310. n. 23. *Sander.* monarch. viſ. haer. 150.

(*t*) Ap. *Siand.* cit. in Apologeticis.

ADNOTATIO.

(*) HAec eis adfigit *Jos. Deturre* in inſtit. in catal. haereticor. Seculi IV., innuitque id eruere ex dicto quodam Authoris incerti, quem laudavit Auguſtin. de haeres. c. 81. Ceterum ap. citatum Auguſtinum nihil tale reperio, eſto S. Doctor, illo Anonymo citato, errorem alium Luciferianis ſchiſmaticis quaſi trepidans adpingat. Quin immo idem Authoe incertus, Auguſtino adteſtaote, fatetur, quod *Luciferiani teneant in omnibus catholicam veritatem*; ab hac tamen porro diſcederent, ſi errorem ab Deturrio productum profiterentur.

Anne vero naevus iſte foediſſimus, aut Lucifero, aut communi Luciferianorum ſenſui jure adpingi poſſit? Ut quaeſtionem, quae in Hiſtoria critico-polemica haud parvi momenti eſt, probatione ſolida definiamus, operae pretium erit nonnihil de indole, caracteribus & actis tam Luciferi, quam ſectae Luciferianorum brevi calamo praelibare.

Et primum quidem quod Luciferum ſpectat, ſummae olim authoritatis & venerationis fuit apud veteres Patres alioſque Scriptores, quippe qui ſingulari ſanctimonia & doctrina praeditus, & exiliia con-

Digitized by Google

II. ***Particulatim turba magna Novatorum*** **e medio atque infimo aevo negarunt expreſſe Chriſti Eccleſiae inerrantiam in decretis, rebuſque fidei.**

conſtanter ſublatis, & apologiis nervoſe conſcriptis fidem catholicam & pro eadem fide cauſſam Athanaſii iterum atque iterum animoſe propugnavit, vel etiam cruento martyrio ſe ſe paratiſſimum ex voto profitens.

Quum autem Lucifer, ad componendas & ſedandas in Aſia Eccleſias una cum Euſebio Vercellenſi Epiſcopo deputatus a Liberio Papa, Paullinum Presbyterum, qui ſe nunquam haereticorum communione polluerat, eccleſiae Antiochiae variis cleri & populi factionibus conturbatae atque diſciſſae praefeciſſet Epiſcopum, Antiochenorum plurium odia incurrit, immo & ſui amiciſſimus Euſebius electionem Paullini vehementer improbavit. Hinc vero, ingenii ardentis, rigidi & ſeverioris pro cuſtodienda eccleſiae diſciplina in eos qui aliquando Arianiſmi notam contraxiſſent, ut erat Lucifer, illico ad Epiſcopatum ſuum ſe recepit; ibique & commercio cum amicis & ceteris quibuſque negotiis eccleſiaſticis omnino miſſis, ceu bonus paſtor gregi ſibi commiſſo ſanctiſſime regendo prorſus intentus, reliquum vitae animo tranquillo tranſegit ad an. uſque 370. quo fatis ceſſiſſe naturae fertur.

(Lege libellum precum *Marcellini* & *Fauſtini* ap. Sirmond. t. 1. oper. edit. noviſſ. col. 234. ſub fin. *Athanaſ.* epiſt. ad Lucifer. quae extat in edit. Maurina oper. Athan. t. 1. p. 966. *Hieron.* dial. adverſ. Lucifer. n. 20. t. 2. oper. edit. Vallarſ. *Ambroſ. Machinum* Archiep. Calaritan. in defenſione ſanctitatis B. Luciferi, l. 1. a c. 1. ad uſque 14. *Bolland. Hagiogr.* ad d. 20. Maii in vita S. Lucif. a c. 1. ad 5. *Tilem.* hiſt. t. 7. edit. 2. in Lucifero art. 1. uſque ad 4. a p. 514. *Dupin.* in bibl. ad ſec. IV. in Lucifero, *Caveum* ad ſec. IV. Arianum ubi de Lucifero, *Fleur.* hiſt. t. 4. l. 5. n. 29. *Graveſ.* hiſt. t. 1. ad Sec. IV. colloq. 2.)

Sed en tibi perdurum ſcopulum, quem vitare non licet. Num videlicet hic Lucifer in ſede ſua receſſus, nulla cum eccleſiis ceteris communicatione intercedente, re ſchiſmaticus fuerit, adeo ut idem Epiſcopus extra communionem eccleſiae catholicae poſtremum diem obierit? Affirmant plurimi cum *Ambr.* de obitu Satyri fratris, *Rufin.* hiſt. l. 10. c. 30. *Aug.* epiſt. 185. n. 47. *Theodoret.* hiſt. l. 3. c. 5. *Sev. Sulp.* hiſt. l. 2. c. 45. *Greg. M.* in Job l. 5. c. 10. *Baron.* ad an. 371. n. 121. *Turritano* in apol. contra ſanctit. Lucif. *Nat. Alex.* ad Sec. IV. c. 3. art. 13. *Tilem.* cit. art 6. *Bailleto* in vit. Luciferi ad d. 20. Maii, *Sbaralea* adv. vind. Cypr. diſs. 1. c. 1. n. 2. *Pluqueto* de haereſ. ubi de Luciferianis, & *Orſio* dubitante hiſt. t. 6.

Negant adtamen vehementiſſime Calaritani omnes cum *Socr.* hiſt. l. 3. c. 5. ſqq. *Sozom.* hiſt. l. 5. c. 12. ſq. *Machinus* cit. *Bolland.* cit. c. 5. *Spondan.* epit. annal. Baron. ad an. 362, in not. poſt n. 48. *Ruin.* in not ad l. 4. Vitenſis, *Thomaſſin.* diſſ. 5. in Synod. Arimin. n. 25. *Melio* de vera ſanctit. S. Lucif. &c. &c.

Plane non vacat utriuſque ſententiae argumenta diſcutere atque librare. Nihilo ſecius hoc conſtat: ſanctitas heroica, qua ornatus Lucifer vitam duxerit, & mortem obierit, ut ſummum dubia eſt; at enim in dubio favendum eſſe reo inclamant jura. Adde, Luciferi ſanctimoniam teſtatiſſimam reddere videri complura miracula ejus nomine invocato patrata; & nonnullas Inſcriptiones, repertas in locis ſubterraneis ubi ſeculo proxime elapſo effoſſa ſunt una cum ſepulcro Luciferi oſſa, primum a *Machino* cit. productas, exſcriptas deinde a citt. *Bolland.* c. 11., &, quod caput eſt., cultum immemorabilem & hodiernum, quem eccleſia Calaritana, inſtituto praeſertim feſto anniverſario quotannis ad d. 20. Maii erga S. Luciferum profitetur, nec Romana Sedes improbat, ſed tolerat (Conf. citt. *Machin. Bolland.* & *Bened.* P. XIV. de canon. SS. t. 1. l. 1. c. 40 n. 2. ſqq.)

Venio ad Luciferianos. Eos ducem habuiſſe Luciferum Smyrnenſem, tradit *Iſidor.* etym. l. 8. c. 5. quem ſequutus eſt *Lutzemburg.* in Luciferianis, aliique ap. & cum cit. *Machino* l. 1. c. 16. Verum ex *Aug.* cit. haer. 81. cui ceteri vulgo ſubſcribunt, a Lucifero Calaritano exorti ſunt. Nimirum quod Lucifer Paullinum Antiochiae Antiſtitem ordinaverit contra votum Meletianorum, ab iis illius adſeclae adpellati ſunt *Luciferiani*, quod quidem nomen

fidei. Videlicet e. c. *Berengarius*, alter ex ducibus ſceleſtis Sacramentariorum (*u*) *Jo. de Veſſalia* ad Sec. XV ſub Federico Imp III. Moguntiae damnatus eſt hic nebulo, ejuſque libri combuſti. (*x*).. *Peaccebus*

(*u*) Ap. *Ratramnum* in opuſc. de Euchariſt.

(*x*) Conf. *Lutzemb.* in hoc Joanne, & *Caſtr.* ubi de eccleſia.

men paullo poſt iis ſolis adhaeſit, qui ceteris Paullinianis ſeveriores, etiam poſt concordiam inter partes ea conditione initam ut ſuum utraque Epiſcopum retineret, in neganda ſua communione Meletianis perſiſtebant, id ſe ex ſententia, doctrinaque Luciferi agere tumultarie jactitantes. Nec aliter ſane Lucifer dux & caulſa Luciferianorum nuncupandus. Recole *Bolland.* citt. c. 5. n. 35.

Heinc vero rigidiorem diſciplinam, non Luciferi, ſed Paullinianorum ſeveriorum cum in Oriente, tum in Occidente qui ſectarentur, nonnulli reperti ſunt ex *Marcellino* & *Fauſtino* in cit. libello, *Hieron.* in dial. cit. *Socr.* l. 5. c. 5. Inter alios praeprimis numerari ſolent Hilarius Romae Diaconus, olim Luciferi collega in legatione ad Conſtantium, *Hieronymo* in cit. dial. n. 25. *Deucalion orbis* dictus; iidem Marcellinus & Fauſtinus; Gregorius Epiſcopus Illiberitanus in Boetica; Vincentius Presbyter apud Hiſpanos; Heraclidas Epiſcopus apud Oxyrinchum in Aegypto; Bonoſus Presbyter Trevirenſis; Hermione virgo in Eleutheropoli apud Palaeſtinam; Aurelius quidam Epiſcopus; Macarius Romanus Presbyter. (Vide ſis cit. libell. *Marcell.* & *Fauſt.* ac *Tilem* cit. art. 8. ſq.) At ii tamen, eiſque pares diſciplinae rigidioris adſectatores, ſchiſmata in Eccleſia Chriſti confoventes, jam tum detiniſſe videntur quam de ipſis cit. *Theodoret.* verba faceret.

Illorum dogma peculiare, ac ferme unicum, ni fallor, ex cit. libello *Marcell.* & *Fauſt.* & ex *Hieron.* in cit. dial., illud fuit; quod nempe ſecundum doctrinam propheticam & apoſtolicam minime liceret communionem inire cum praevaricatoribus, hoc eſt cum Epiſcopis, qui fidem Chriſti palam ejuraſſent, tametſi deinceps reſipiſcerent, niſi in laicorum ſe numerum traderent, epiſcopali dignitate dejecti; immo aut cum iis, qui ejuſmodi praevaricatores reciperent.

Heinc iidem Luciferiani (quod nomen cane pejus & angue oderant, quod eo non Chriſti, ſed Luciferi ſectatores denotarentur) ceteras eccleſias, Romanam cum primis, quae Epiſcopos lapſos deinceps poenitentes amplectebantur, ſedulo refugiebant, privatoſque conventus celebrabant. Idcirco ab Praeſidibus catholicis vehementer divexabantur tanquam haeretici, etiam quaeſito jure a decretis Imperialibus: quod amariſſime ingemunt Authores cit libelli apud Imperatores Valentinianum, Theodoſium, Arcadium.

Quod autem ejuſmodi hominum ſocietas non eſſet haereſis, ſed merum ſchiſma certo credidit cit. *Aug.* haer. 81. idemque crediſſe *Epiphan.* & *Philaſtr.* exinde adparet, quod eorum, agentes de haereſibus non meminerint. Nec inſuper *Hieron.* in cit. dial. eos alio capite perſtringit, niſi propter diſſenſionem quam grex minimus cum eccleſia univerſa adeo procaciter ſuſtinebat. Ex Haereſeologis vero junioribus alii cum *Praedeſtinati Authore*, *Danaeo* in l. Auguſtini de haere ſib c. 81. *Lutzemb.* *Prate.* *Detur.* cit. illos ceu haereticos in ſcenam producunt; alii tamen cum *Reſcio*, *Siarda*, *Pluqueto* rectius & caſtigatius omittunt. Unde inſuper *Continuat* Pluqueti cit. ſcholiaſtes ut probabile teneat, Luciferianos aliorum haereticorum errores adoptaſſe, plane nec video, nec id ipſum probaturum credo.

His jam vero praejactis, facile eſt praemiſſam quaeſtionem definire. *Primum* videlicet. Non ea omnia minus probe dicta vel acta a Luciferianis, eodem pariter jure Lucifero probatiſſimae virtutis viro poſſunt aut debent prudenter adjudicari; ideo enim vel iidem citt. *Socr.* & *Sozom.* ubi Luciferum defendunt, Luciferianos condemnant: quid? quod nec iſtorum ſocietatis author fuit Lucifer, aut protector, aut indulgente connivenria fautor; nefas ergo quae illorum ſunt propria huic praepoſtere adtribuere. Heinc

Secundum. Minime credendum, ſcomma illud ſub initium Articuli propoſitum, inſolentiae, horroris, & malae fidei plenum, tantae probitatis ac prudentiae viro

Reginaldus Anglus, primum Azaphenſis, deinde Ciceſtrenſis Epiſcopus, ob hanc & alias, quas ſubſtinebat haereſes Londini ſub an. 1457. in S. Paulli damnatus eſt, palinodiam canere coactus, libris ejus coram ipſo igni traditis, ab epiſcopali gradu depoſitus, in monaſterium relegatus, ubi brevi moerore confectus deceſſit (y).

Tum *Petrus de Oſma*, ſeu *Oxomenſis*, in Academia Salmanticenſi (aliis Valentina, & aliis Palentina) Theologiae Profeſſor, in commentario quem vulgavit 1479. multis reſperſum erroribus, a Sixto P. IV. damnatum, flammiſque traditum (z). . *Lutherus* (a) & *Calvinus* (b) ſuis cum gregibus, qui ſubinde plerique omnes enixe contendunt, Eccleſiam non eſſe ſupremum judicem controverſiarum in rebus dogmata fidei ſpectantibus. *Socinus* (c) cum ſuis tenuit, non eſſe quaerendam veritatem divinam ab Eccleſia: ac inſuper Eccleſiam apoſtolicam illam non eſſe, quae in nulla penitus parte doctrinae ſuae deficit, ſed eam, quae non errat in iis, quae ad ſalutem neceſſaria ſunt. Quibus accedunt e *Proteſtantibus* plurimi cum *Piceniuo* (d); ii praeſertim qui cum *Gerardo* Lutherico inane confingunt diſcrimen inter articulos fundamentales & non fundamentales.

III. *Andraeas Muſculus*, Eccleſiis quibuſque Lutheranorum in Marchionatu Brandeburgenſi praefectus, an. 1580. denatus, vulgavit (e) Eccleſiam, quae audit columna & firmamentum veritatis, hoc eſt inerrans, hanc viſibilem non eſſe, ſed inviſibilem electorum.

IV. *Martinus Bucerus*, patria Argentinenſis in Germania, Canra-

excidiſſe. Putaverim, Luciferum in eo rerum diſcrimine, ne fraternam caritatem ullatenus laederet, ut ſummum animo & ore illud frequenter uſurpaſſe, *unuſquiſque abundet in ſenſu ſuo*.

Tertium. Veri ſatis ſimile eſt, Luciferianos invectivis ac ſuppliciis, quibus ab Catholicis quaſſabantur, exulceratos, ſcomma illud vulgo & perfrequenter in ore habuiſſe. Sic enim *Hieron.* in cit. dial. ſub init. „ Adſerebat quippe (*Helladius Luciferianus*) univerſum mundum eſſe diaboli, & ut jam familiare eſt eis (*Luciferianis*) dicere, factum de Eccleſia lupanar. „ Quod nimirum eos hoc ſenſu effutiiſſe intelligo, quatenus Eccleſia catholica eorum opinione nimium indulgens, rigidiorem diſciplinam communione inita cum Epiſcopis praevaricatoribus immerito relaxaret; nec enim qui in ceteris quibuſque fidei dogmatis invicte convenirent, poſſent, aut mallent ipſam cujuſpiam criminis fidem ſpectantis inſimulare, aut eam propterea ſannis excipere, quemadmodum poſterius exceperunt ſtultiſſime, impieque VValdenſes, aliique veri haeretici. Imputandus itaque Luciferianis error contra unitatem Eccleſiae, neutiquam contra fidem.

Mitto errorem illum eis adfictum a *Prate.* cit. poſt *Lutzemb.* quod nempe docuerint, animam de ſubſtantia carnis eſſe propagatam; hoc ſiquidem dogma primum ex authore incognito prodidit *Auguſt.* haer. 81; at de eo tamen nimium haeſitans ac dubitans: & merito quidem, quum alias nullo, quod ſciam, documento evinci poſſit.

(y) Haec *Sianda* in Peacocho n. 3. ex hiſt. Anglic.

(z) Ex *Genebr.* aliiſque Sixti IV. biographis.

(a) De captiv. babyl.

(b) Inſt. l. 4. c. 2. ſect. 1. & in reſponſione ad Sadoletum, & ſaepe alias.

(c) In praelect. ubi de Eccleſia.

(d) In apolog. pro ſua relig. Calviniana in catholico-romanam c. 16. art. 2.

(e) In 1c. de Eccleſia.

tabrigiae a daemone, ut ajunt, ſtrangulatus an. 1555, docuit, nullam eſſe in terris eccleſiam, quae a vero non aberret tam in fide, quam in moribus: contra quidem ac plerique Proteſtantium, qui privatas eorum eccleſias ab errore immunes volunt, errantem vero catholico-romanam (*f*).

V. *Philippus Limborchius* apud Arminianos magnum nomen, ſaepius advocatus, ſic diſputat (*g*) „ I. Eccleſia tam catholica quam particularis, tam repraeſentans quam repraeſentata, tam vere credentium quam fidem ſolummodo profitentium poteſt incidere in errorem non tantum in levioribus, ſed & in articulis ad ſalutem neceſſariis: hac tamen diſtinctione adhibita, ut eccleſia vera eſſe deſinat quando errat in neceſſariis, non vero quando ſolummodo in non neceſſariis errat. „

„ II. Eccleſia omnium temporum & locorum uſque non prolabitur ut eccleſia Chriſti eſſe deſinat, ſed ea tantum quae certo quodam temporis articulo exſiſtit. Quamvis enim ſinguli homines in ſe ſpectati in errorem etiam gravem & exſitialem incidere poſſint, credimus tamen nunquam eo prolapſuros omnes ſimul, ſed Deum donis gratiae ſuae ita ſemper fidelibus adfuturum, ne omnes ubique Chriſtiani ſimul in exſitiales errores labantur & perpetuo in iis haereant, ſeu nunquam ex iis emergant. „

„ III. Ut tota Eccleſia catholica errare dicatur neceſſe non eſt ut omnes ſinguli qui ad eam pertinent, nemine prorſus excepto, in errore verſentur, ſed ſufficit ut errores publica authoritate ſtabiliantur & a Doctoribus defendantur, neque publice redarguantur, licet aliqui lateant vere fideles in diverſis locis diſperſi, qui coetum veram fidem profitentium non faciunt. „ Haec ille contra dogmaticam inerrantiam atque indefectibilitatem Eccleſiae, & toto orbe diſperſae, & in Synodo oecumenica congregatae. Utut vero rigidam opinionem emollire conetur, nihil tamen illum ſatis obſcure loquentem proficere dixerint Polemici noſtri.

VI. *Novatores Galli*, Janſenii, Queſnelliique diſcipuli, atque ſectatores acerrimi, authoritati Eccleſiae docentis plurimum detrahere incuſantur; quo nimirum ducum ſuorum doctrinam animoſe vindicent a dogmaticis proſcriptionibus, quas, adſentiente quaſi totius orbis Epiſcoporum numero, fulminavit ex cathedra Innocentius P. X in V. famoſas Janſenii theſes, ac in alias Cl. Queſnelli Clemens P. XI. Hunc itaque in finem opiniones novas, coetibuſque Theologorum inauditas excogitarunt, ac centum technis, cavillis, ſophiſmatis obvolutas promoverunt.

Ut quod, e. c. in Paſtoribus Eccleſiae ſimul & collective, ut ajunt, acceptis ſecundum maximum eorum numerum non ſit infallibilitas judicii ac teſtimonii, qua certo ac ſecure abſque ulla erroris formidine poſſint de cauſſis fidei, morumque pronuntiare: quin immo, pergunt, in

(*f*) Conf. cit. *Sianda* in Bucero.

(*g*) In theol. chriſt. l. 7. c. 14. §. 3.

in ejuſmodi pronuntiatis, ſi pauciores Epiſcopi ex adverſo reclament, falſum certo ſubeſt; primas utique partes in authoritate pronuntiandi minimo aut pene nulli numero deferentes. Nimirum ut cauſſam ſuam deſertam vincant, cauſſae patronorum paucitatem, hoc eſt V. Epiſcoporum reluctantium amare affectant & jactant, ingentemque contra definientium multitudinem floccifacere videntur: illis nempe omnino pares haereticis, quibus eadem jactantia perquam familiaris fuit, cujuſmodi dixeris e veteribus *Donatiſtas* ac *Pelagianos* (*h*) & *Luciferianos* (*i*) tum ex recentioribus *Voëtium* Sylveduneniem, famoſum miniſtrum lutheranum, & *Claudium* Pariſienſem calviniſtam ſuper hoc argumento egregie confutatos, illum videlicet ab eodem Ipreuſi Epiſcopo *Janſenio*, hunc vero a Meldenſi Praeſule *Boſſueto*.

Praeterea ut obſtacula compiura atque graviſſima, quibus eorum doctrina obruebatur funditus, ſuperaſſe viderentur, diſtinctionem famoſam obtruſerunt inter quaeſtionem juris, ſeu ſpectantem ad doctrinam dogmaticam, & quaeſtionem facti, quae perſonam aut hiſtoriam mere humanam reſpiciat; quo plane vel tuto poſſent inficiari ſimpliciter, vel graviſſimum in dubium vertere authoritatem Eccleſiae coelitus commiſſam ad judicandum inerranter de ſenſu propoſitionum, librorum & authorum ejuſmodi propoſitiones in libris ſuis adſerentium.

Ex iis deinde quae praepoſtere ac inſolenter praejactis illa erupit e coetu Queſnelliſtarum Adpellatio famoſiſſima a decreto dogmatico ſummi Pontificis, univerſae Eccleſiae docentis conſenſione communito, in cauſſa doctrinae Queſnelli, ad futurum Concilium oecumenicum. Sed haec tamen adpellatio authoritatem Eccleſiae docentis infringit neutiquam, aut ſuſpendit, quippe quae permultis nominibus illegitima eſt, irrita, intoleranda; viris enim quibuſque piis & bene ſapientibus jure ſugillatur ceu iniqua, ſcandaloſa, Eccleſiae Chriſti injuria, ſchiſmatica, haeretica, quoniam conſtitutio *Unigenitus*, contra quam adpellatur, a Clemente P. XI. edita, & ab Eccleſia univerſa adprobata, *regula fidei* eſt & nuncupatur apud Concilium Lateranenſe ſub Benedicto P. XIII. (*k*) ac Ebredunenſe (*l*) (*).

VII. *Que-*

(*h*) Ap. *Aug.* l. 1. op. imp. c. 75. & l. 2. c. 3. & epiſt. 93. alias 48. c. 9. n. 31. ad Vincent. Donatiſt.

(*i*) Authore *Hieron* dial. adv. Luciferian.

(*k*) Ad an. 1725. tit. 1. cap. 2.

(*l*) Ad an. 1727. in decretis cap. 2. n. 1.

ADNOTATIONES.

(*) I. Quae ſub hoc articulo famoſa capita paucis delibavimus, ex inſtituto pro dignitate diſputanda ſuſcepimus in Theologia noſtra polemica fundamentali, ubi de authoritate Eccleſiae generatim definientis. Ea quum tempus erit, Deo auſpice, committentur prelo.

Interea vero plura de famoſo hocce argumento qui cupias, adi ſis pugiles noſtrates Antijanſeniſtas & Antiqueſnelliſtas in hanc rem ſtrenue ac praeſervide diſputantes cum *Dechampſio*, *Martinonio*, *Fenelonio*, *Boſſuo*, *Deſirantio*, *Lafontenio*, *Tournelyo* in tr. de Eccleſ. Chr. quaeſt. 3. & 5.

II. Porro quum agimus de authoritate Eccleſiae docentis, quam Janſeniſtae tam veteres, quam juniores, praeſertim Adpellantes miris modis, at fucum tamen

VII. *Queſnellus* idem quid de authoritate Eccleſiae docentis exſtimarit, haec palam oſtendit ejus Propoſitio xcv. (*m*) „ Veritates eo devenerunt, ut ſint lingua quaſi peregrina pleriſque chriſtianis, & modus eas praedicandi eſt veluti idioma incognitum . . . neque ſatis advertitur quod hic defectus ſit unum ex ſignis maxime ſenſibilibus ſenectutis Eccleſiae & irae Dei in filios ſuos „ Quid ergo? Porro ſi eo devenit Eccleſia, ut peregrina ipſi facta ſit veritas, & veluti idioma incognitum; erravit itaque ac vera eccleſia eſſe deſiit. Rurſum ſeneſcere ſi Eccleſia incepit, pariter a fide incepit deficere; quare illam perpetuam jure non dixeris. Heinc recitata propoſitio viris doctis reputatur falſa, Eccleſiae injuria, ſchiſmati ac haereſi favens.

Eodem videtur tendere ſubſequens ejuſdem Prop. xcvi. (*n*) „ Deus permittit ut omnes poteſtates ſint contrariae praedicatoribus veritatis, ut ejus victoria adtribui non poſſit niſi divinae gratiae „ Audin? Si Deo permittente poteſtates omnes, Paſtores videlicet ac Principes Eccleſiae veritati, ſeu praeconibus eam adnuntiantibus adverſantur, permiſit profecto Deus Eccleſiam labi in ignorantiam circa veritatem aut fidei negotium. Quid ſimile olim effutiiſſe narrantur *Lutherus*, *Calvinus*, *Sancyranus* Queſnello digni prodromi (*o*). Haec quidem de erroribus praecipue in Eccleſiam qua toto orbe diffuſa eſt ac docet.

Praeterea quantum ad Eccleſiam docentem in Concilio oecumenico congregatam,

I. *Generatim qui mox adpellati ſunt* contra inerrantiam Eccleſiae per orbem diſperſae, eam potiori jure abjudicabunt minori Eccleſiae parti concilium oecumenicum conſtituenti. Quin etiam cunctis ferme haereticis ac haereticorum ſectis ſollemne fuit eo inſolentiae gradu conciliorum oecumenicorum, quae illorum errores proſcripſerant, inerrantiam convellere, quo pertinaciam in eiſdem ſubſtinendis erroribus jactarunt. Heinc

II. *Particulatim* ex Pſeudo-ſynodis ejuſmodi ſectarum

Ad Seculum IV. Concilio Nicaeno I. errorem in dogmatis definitis

men incautis facientes, labefactare conantur, horum cauſſae celeberrimae pro inſtituto noſtro ſuſius exponendae hic locus erat. Sed eam tamen ex optimis documentis diu nobis concinnatam alio edendam duximus.

Conſuli interea poſſunt quamplurimi. E.c. *Hiſtoria Janſeniſmi* idiomate gallico exarata ſub an. 1699. *Cauſſa queſnelliana* edita an. 1704. *Laurent. Lucheſinius* S. J. in hiſtor. polem. Janſeniſmi, Clariſſ. *Fenelon* in documento Paſtorali contra Janſeniſmum par. 1. 2. 3. 4 & in altero contra librum, cui titulus *defenſio ſilentii obſequioſi* &c. ac in alio contra folium *cas de conſcience*; eum *Author* de ſpiritu genuino recentium diſcipulorum S. Auguſtini, *Author* item anonymus compendii hiſtorici ac dogmatici ſuper Queſnelliſmo, *Petr. Franc. La Fiteau* Epiſc. de Siſteron in hiſtor. de Conſtitut. *Unigenitus*. libris vi. *Biner*. S. J. in adpar. erudition. par. 8. toto lib. 4. *Anti-janſeniſtae* quique & *Anti-queſnelliſtae* & *Anti-adpellantes* paſſim.

(*m*) Ex damnatis ſub Conſt. *Unigenitus*. deſumta ex obſervat. in 1. Cor. 14. 25.

(*n*) Loco cit. depromta ex obſervat, in Act. 17. 8.

(*o*) Adeundi *Lafontene* in binas haſce propp. *Author* de ſpiritu genuino recent. diſcip. S. Auguſt. *Author* opellae, quae vulgo audit *Borgo Fontana*.

nitis impegerunt, iis oppoſita tenaciter profitentes, Arianorum ac Semiarianorum Pſeudo-ſynodi complurimae, ut puta *Hieroſolymitana* ſub. an. 335. *Conſtantinopolitana* ſub 336. aliae. (*p*)

Ad Seculum V. Pſeudo-ſynodi Eutychianorum erroris inſimulant Concilium Chalcedonenſe quod doctrinam Eutychis ceu haereticam proſcripſerit. Nimirum *Antiochena*, Praeſide Joanne Epiſc. Antiocheno ſub an. 431. (*q*) .. *Epheſina* II. generalis vulgo *praedatoria*, Praeſide Dioſcoro Patr. Alexandrino cum Epiſcopis 130. ſub an. 449. (*r*). .. *Alexandrina*, Praeſide Timotheo Aeluro, Alexandrinae cathedrae invaſore, an. circ. 457. (*s*) .. *Epheſina* altera, Praeſide, opinor, eodem Aeluro, an. 477. (*s*) .. *Alexandrina* altera, praeſide Aeluro, an. 477... *Alexandrina* tertia, Praeſide Petro Moggo in Sedem Alexandrinam intruſo, an. 482. .. *Antiochena* altera, Preſide Petro Cnaphaeo ſedi Antiochenae reſtituto, an 485. (*u*) .. *Conſtantinopolitana*, Praeſide nondum mihi explorato, an. 496. ubi & illud famoſum Zenonis *Henoticon* confirmatur (*x*).

Ad Seculum VI. alia itidem Eutychianorum conventicula authoritati & inerrantiae Concilii Chalcedonenſis refragantur. Videlicet Pſeudo-ſynodus *Sidonia* Palaeſtinae, Praeſidibus ac Ducibus Sotherico Epiſc. Caeſaraeae Cappadocum, ac Philoxeno Perſis Xenaja Epiſc. Hierapolis Euphrateſiae, ſub an. 511. (*y*).. *Conſtantinopolitana*, Praeſidibus Litrobulo Patr. Conſtantinopolitano ac Timotheo Colon an. 512 (*z*) .. *Thevinenſis* in Armenia, Praeſide atque authore Nierſe Arcdacharenſi Patr. Armenorum XXI. poſt S. Gregorium Illuminatorem, an. circ. 536 (*a*).. *Gubenſis* in Meſopotamia, Praeſide Petro Juniore Patr. Antiochenorum Eutychianorum, an. circ. 585. (*b*) Tum Neſtorianorum Pſeudo-ſynodi Concilio Epheſino unam in Chriſto perſonam definienti acriter refragantur. Nempe *Perſica*, Praeſide Joſepho Neſtorianorum Catholico ſub an. 553 (*c*) & altera item *Perſica*, fortaſſe Seleucienſis, Praeſide Sabarjeſu Catholico ſub an. 596. (*d*).

Ad

(*p*) Has & ferme quaſque ceteras adcurate *ſupra* recenſuimus in Tom. II p. 436. ſq.

(*q*) Si fides *Manſio*, qui in nova collect. CC. t. 1. ad eum an. ex Socrate l. 7. c. 34. ita fert adverſum Pag. ſeniorem & Coletum, qui conventiculum illud ceu ſuppoſititium praeterierunt.

(*r*) Adi ſis *Acta* C. Chalcedon. act. 1.

(*s*) Ex *Libello ſynodico*, ubi paſſim citatur.

(*t*) Lege *Valeſium* in notis ad Evagr. l. 3. c 5.

(*u*) Vide *Pag.* in crit. baron. ad an. 489.

(*x*) Haec, pluraque de hiſce ſingulis *Conciliographi* ad annos citatos, ac de Henotico praeter alios *Nat. Alex.* ſec. V. c. 3. art. 15. §. 4 ac diſſert. 18.

(*y*) Adi *Baron.* an. 512. a n. 19.

(*z*) Ex *Libello ſynodico*.

(*a*) Conf. *Galan.* in conciliat. Eccl. Armenae cum Romana par. 1. c. 10. & par. 2. tom. 1. quaeſt. 3 § 2.

(*b*) Haec, pluraque Cl. *Evod. Aſſeman.* in Biblioth. Clement. Vatic. ex hiſt. eccleſ. Dionyſii I. Jacobitarum Patriarchae, quae deinceps exſcripſit laud. *Manſius* t. 1. a p. m. 453. quem vide ſis.

(*c*) Conf. *Sim. Aſſem.* in Biblioth. orient. t. 3. par. 2. pag. 182.

(*d*) Haec idem *Aſſeman.* l. 3. par. 1. p. 448. e Synodico Neſtorianorum magnae ap. illos auctoritatis.

Ad Seculum VII. Pſeudo ſynodus *Dirinenſis* in Dirina Inſula non procul a Baſſora Arabiae urbe, Praeſide Georgio Neſtorianorum Catholico ſub an. 677. inſtauravit librum ſeu memoriale de fide ſecundum Neſtorianos, quam nempe Concilium Epheſinum anathemate proſcripſerat. (*dd*).. *Aquilejenſis*, Praeſide, ut conjicio, Praeſule Aquilejenſi, an. 698. decernit Synodum V. oecumenicam Conſtantinopoli celebratam an. 553. reſpuendam eſſe, quod trium capitulorum damnationem dogmaticam in ea ſynodo definitam in odium & praejudicium Concilii Chalcedonenſis eveniſſe interpretetur. (*e*) (*)

(*dd*) Ap. laud. *Aſſeman.* t. 3. par. 2. p. m. 186.

(*e*) Ex *Paull.* Diac. hiſt. Laugobardor l. 5. c. 14. & *Sigebert.* in Chron. Videndus autem e *Pag.* ſenior ad an. 698. n. 13. ſq.

ADNOTATIONES.

(*) I. PLures quidem ad hoc Seculum Pſeudo-ſynodi pro haeretica Monothelifmi doctrina, hoc eſt pro unica in Chriſto Domino voluntate ac operatione pugnarunt. Scilicet *Conſtantinopolitana* multiplex, ut puta ſub ann. 626. & 633. & ruſum 633. & 638. & 639. & iſtae quidem duae poſtremae famoſam Ecthelim ab Heraclio Imperatore vulgatam receperunt & confirmarunt. Aliae denique ſub an. 655.

At iſtae tamen omnes Concilium VI. oecumenicum an. 680. coactum praeceſſerunt quod utique novam doctrinam Monothelitarum proſcripſit; atque adeo quantumvis in fide errarint, minime vero in authoritatem ac inerrantiam ejus aut alterius Concilii oecumenici impegerunt.

II. Aquilejenſi, quod poſtremum obtinet locum, conventiculo adſignatus eſt annus 698. ex ſententia anonymorum aliquot, innixorum abſque dubio chronico Bedae a memorato Paullo Diac. exſcripto, ubi nempe circa tempora Tiberii III. Abſimari Imperatoris peractum innuitur conventiculum graſſante Aquilejae ſchiſmate ſub Sergio P. I. cujus & opera ſchiſma extinctum fuerit: quin & idem refert *Anaſtas.* Biblioth. in Sergio I. qui ex chronologia Baronii apud *Velſerum* in ſuo Anaſtaſio ad Sergium I. Pontifex ſedit ab an. 687. per annos tredecim.

Ceterum *Nat. Alexandrum* ſi audias ad ſecul. VI. cap. 3. § 3. an. circ. 557. Venetiarum & Iſtriae Epiſcopi, incentore Paullino Aquilejenſi Metropolita, ſynodum habuere „ in qua tria capitula damnari poſſe negarunt citra Concilii Chalcedonenſis injuriam „ Eam porro unico probare videtur documento, petito ab epiſtola 4. Pelagii P. I. ad Narſetem Comitem data. Ex eo tamen documento ſchiſma illorum Epiſcoporum rite colligas, neutiquam ſynodum.

Quod inſuper illa pſeudo-ſynodus protrahatur ferme ad uſque tempora Sergii I; ea videntur prohibere documenta, quibus conficitur, Aquilejenſes Epiſcopos, eorumque ſuffraganeos longe ante Sergium ſuſcepiſſe Concilium V. ſchiſmate ſuo abolito, videlicet jam ante an. 680 quo Concilium VI. oecumenicum coactum eſt, ut liquet ex epiſtola ad Imperatores in ſynodo recitata act. 4. cui Agatho Aquilejenſis Archiepiſcopus una cum Epiſcopis Iſtriae ſubſcripſit; immo ante an. 640. quo celebratum eſt a Martino P. I. Romanum Concilium, ut conſtat ex verbis quibuſdam Maximi Archiep. Aquilejenſis, quae exſtant in ſecretario I.

Jam vero ex hucuſque praelibatis hoc prudenti viro probabilius tenendum duximus; quod nempe pſeudo-ſynodus habita fuerit ab Epiſcopis Aquilejenſibus & Iſtrienſibus; quo vero determinato tempore ſatis incertum, eſto illi conſignandum videatur tempus, quo maxime fervereni eorum Epiſcoporum animi in defenſione trium capitulorum pro tuenda, uti exiſtimabant, authoritate Concilii Chalcedonenſis.

III. Anne vero, quaerat aliquis, haeretici fuerint conatus Patrum hujuſce conventiculi, quatenus nempe inerrantiam Concilii plane oecumenici repudiarunt, quamobrem in noſtro Erronum albo recen-

Ad Sec. VIII *Conſtantinopolitana*, Praeſide Joanne Patr. Conſtantinopolitano ſub an. 712. ſanctionem Synodi VI. gener. de duplici in Chriſto

cenſendi jure ſint? Porro ex Baronio, Pagio, Noriſio, & quibuſque pene Scriptoribus Conciliographis & Hiſtoricis notiſſima eſt trium capitulorum, hoc eſt ſcriptorum quorumdam Theodori Epiſc. Mopſueſteni, Theodoreti Cyri, & Ibae Edeſſeni cauſſa in Concilio V. oecumenico magno ſtudio agitata, ac definita.

Poſtrema vero ac dogmatica Concilii definitio ſub collat. 8. quarto nonas Junias an. 553. celebrata, haec eſt „ praedicta igitur tria Capitula anathematizamus, id eſt Theodorum impium Mopſueſtenum cum nefandis ejus conſcriptis; & quae impie Theodoretus conſcripſit; & impiam epiſtolam, quae dicitur Ibae; & defenſores eorum „ Quibus inſuper ſubjiciunt Patres XIV. anathematiſmus, quorum tres poſtremi tria capitula convellunt.

Quod autem jure Concilium oecumenicum judicet non modo de perſonis, verum etiam de authorum libris aut ſcriptis ac de iſtorum ſenſu vel doctrina, exempla duo inſignia plane oſtendunt. Concilium videlicet Epheſinum I. quamdam Neſtorii epiſtolam ad S. Cyrillum miſſam tanquam a fide alienam damnavit act. 1. & Concilium Conſtantienſe libros & doctrinas Vicleffi, Huſſi, ac Hieronymi de Praga ceu perverſas, fidei utique repugnantes proſcripſit, quod liquet ex formula praeſcripta ſub Seſſione ultima, qua qui eorumdem ſuſpecti ſunt errorum debeant interrogari.

Quod deinde Concilium poſt accuratiſſimam rei diſcuſſionem tria capitula ceu haereſes praeferentia ſecundum regulas priſcorum Patrum juſtiſſime confixerit, ad evidentiam cuique commonſtrant ejuſdem Acta, quae praeſertim habentur in Collationib. 4.5. 6.7. 8. ubi quidem perlecta ordine referuntur complura eorum trium Authorum ſcripta, quae nota haereſeos citra omnem dubitationis aleam ſibi vendicant. Hoc argumentum proſequitur & pluribus illuſtrat *Nat. Alex.* ad Secul. VI. diſſ. IV. quaeſt. un.

Idem inſuper Concilium adprobaſſe feruntur, & trium capitulorum damnationem rite factam propugnaſſe nonnulli Pontifices Romani, ut puta Vigilius, Pelagius I. Joannes III. Benedictus I. Pelagius II. Gregorius I. Agatho, ipſiſque ex eccleſiis particularibus haud exiguus adhaeſit numerus.

Iis jam vero praejactis, ut alia mittam, quis eos conventiculi Epiſcopos non modo ſchiſmatis jure redarguat, verum etiam infidelitatis in ſacram Concilii V. oecumenici inerrantiam? Nihilo tamen ſecius ratione aliqua excuſari poſſe videntur.

Nimirum quaeſtio eſt inter Theologos utrimque ſatis agitata, num Concilii oecumenici definitiones etiam dogmaticae ut ſupremam ad ligandum authoritatem ſortiantur, egeant totius eccleſiae diſperſae conſenſu & adceptatione, quarum utique intuitu ac dependentia illae a Patribus Concilii conceptae eſſe intelligantur; ad eum plane modum, quo de legibus Principum ſtatutum legimus L. *De quibus.* ff. de legibus, *leges nulla alia ex cauſſa nos tenent, quam quod judicio populi receptae ſunt.*

Nos quidem alias (in Theol. polem. fundam. ubi de Conciliis) partem negantem cum ſententia communiſſima defendimus. Sunt et vero Doctores praenobiles, qui partem adfirmantem haud ſpernendis quidem monumentis fulti tueantur.

Ergo admiſſa ſecunda hac opinione, jus erat Patribus illis Aquilejenſibus non adquieſcendi dogmaticis quinti Concilii definitionibus uſque dum conſtaret de adſenſu & adceptatione Eccleſiae diſperſae. At haec tamen ipſis facile poterant innoteſcere:

Primum videlicet quod Vigilius P. proxime poſt ſubſcriptas V. Concilii definitiones contra tria capitula, haec *Conſtituto* edito amplexus eſt, ardenterque vindicavit (Conſtituti ſummam habes ap. cit. *Nat. Al.* ad Sec. VI. c. 3. §. 2.) nec ea ipſum damnaſſe poſtmodum dignoſcitur niſi per quamdam ejus epiſtolam datam *ad Eutychium & prejacentem ſynodum* de an. 553. 8. Decembr. in lucem emiſſam a Petro de Marca e regia bibliotheca, nonnullis tamen ſubdititiam, neque ſaltem, ſi germana fuerit, per totum orbem tum notam.

Quod deinde Eccleſiae occidentales frequentiſſimae impenſe, diuque reluctarentur trium capitulorum damnationi, & ſignanter Hiſpanae, quod aperte colligitur ex Synodis Toletanis III. ad an. 589

ſto voluntate & operatione profligat. (*f*).. *Francofordienſis* ad Moenum in dioeceſi Moguntina, Praeſide Hadriano P. per ſuos Legatos Theophylactum & Stephanum Epiſcopos, adſiſtente Carolo Magno ad an. 794. (*g*) contemnit *omnimodis* cultum ſacris imaginibus delatum, & graecam ſynodum VII. oecumenicam, Nicaenam II. an. 787. coactam, quae illum definiit, condemnat. (*h*)

Ad Sec. IX. *Conſtantinopolitana*, Paeſide Theodoro Melliſſeno pſeudo-patr. CP. ſub an. 815. rejiciendum decernit cultum in imagines ſacras ceu idololatricum; atque adeo Concilium Nicenum II. abolendum & anathemate profligandum (*i*).. *Conſtantinopolitana* altera, Praeſide Joanne Patr. CP. an. circ. 824. cultores ſacrarum imaginum anathemate perſtringit (*k*) *Pariſienſis Conventus* de *Imaginibus*, quem vulgo Synodum dixerunt, an. 825. (*l*) genio illius ſeculi apud Gallos indulgens, cultum etiam quemlibet imaginibus delatum ſacris configit adverſum decreta dogmatica Concilii VII. (*m*).

& VIII. ad 653. & XIV. ad 684. ubi Patres profitentur primas quatuor duntaxat ſynodos oecumenicas ſe recipere, nulla quidem facta mentione de ſynodo V; quibus merito ſubnectendus Clariſs. *Iſidorus* Archiep. Hiſpalenſis, qui in catal. viror. illuſt. in Facundo Hermianenſi hunc commendat, ipſique conſentit, ajens „ tria capitula in proſcriptionem apoſtolicae fidei & in Synodi Chalcedonenſis impugnationem fuiſſe damnata. „ Mundo autem ereptus eſt Iſidorus an. 636. 4. April.

Quod inſuper ternos Scriptores trium capitulorum ceu de fide & Eccleſia benemerentes Doctores conſpicui profuſis laudibus exornarint, e. c. Chryſoſtomus, Joannes Antiochenus, Facundus Hermianenſis, Ferrandus, Liberatus, qui ferme omnes inter defenſores trium capitulorum recenſeri conſueverunt.

Quod denique Chalcedonenſe Concilium trium eorumdem ſcriptorum perſonas, & ſcripta complurima cum laude probarit, ipſo fatente Vigilio in cit. Conſtituto. Quia enim epiſtolam Joannis Antiocheni ad Proclum, panegyrim pro Theodoro Mopſueſteno praeferentem, in adloquutione ad Marcianum Imp. adprobavit, ac Theodori laudatores ſuſcepit ut Patres.

Tum Theodoretum inter Patres ſuſcepit, ejuſque fidem laudavit, quoniam Neſtorio dixit anathema, Conciliique decretis ſine cunctatione ſubſcripſit, & Leonis P. dogmaticae epiſtolae conſenſit, nec aliud quidem ab eo poſtularunt Patres.

Ibas demum relecta ejus epiſtola inter Patres ſuſceptus eſt, & in ſedem ſuam reſtitutus; obtinuit nempe apud omnes ſuffragium Legatorum Sedis Apoſtolicae, qui dixerunt ſe „ relecta ejus epiſtola agnoviſſe eum orthodoxum „ quo ergo jure eamdem epiſtolam ut haereticam traduxeris?

Pone itaque Epiſcopos illos Aquilejenſes hiſce communitos momentis, aliiſque ex eiſdem facile ſubortis ſuum tenaciter diſtuliſſe adſenſum erga damnationem trium capitulorum a quinto Concilio editam; quo videlicet cum primis conſulerent authoritati ac inerrantiae Concilii Chalcedonenſis, quam praefata damnatione violatam cenſerent.

Ergone iis omnibus praehabitis & adcurate perpenſis, praefati nihilominus Antiſtites dicendi ſunt certo Errones in ſacram inerrantiam quinti Concilii? Quaeſtionem ſatis ambiguam & intricatam me doctiores diſcutiant ac dirimant.

(*f*) Ex *Cedreno* ac *Theophane* in hiſt. ubi de Philippico Imp qui conventiculum indixit. Lege collectionem *Coleti* ad eum an.

(*g*) In can. 2.

(*h*) Recolenda ſedulo quae *ſupra* diſputavimus ad Tom. IV. a p. 162. in Adnot.

(*i*) Conf. *Theodor. Studita* in epiſtolis, *Theoſteriſtus* de geſtis Nicetae, *Baron.* an. 814. a n. 46.

(*k*) Ex *Libello ſynodico* ap. collectionem Coleti ad eum an.

(*l*) In capitibus ſparſim.

(*m*) Recolenda pariter quae loco proxime cit. hanc in rem adnotata ſunt.

Ad Sec. X. *Orientalis Neſtoriana* fortaſſe in urbe Bagdad, Praeſide Joanne filio Iſae, Catholico, ſub an. 900. inſtaurat dogma de conjunctione duplicis perſonae in Chriſto, quam Concilium Epheſinum ut haereticam confixerat, dicto anathemate in eos, qui repudient doctrinam & ſcripta Neſtorii, Theodori Mopſueſteni, aliorumque ſectae Doctorum (*n*).

Ad Sec. XIII. *Conſtantinopolitana*, Praeſidibus Gregorio Cyprio Patr. CP. & Epiſcopo Sardenſi an. 1283. Concilium Lugdunenſe II. oecumenicum, ſub an. 1274. coactum configit, & ſolemnem unionem Eccleſiae graecae cum latina in eo conſtitutam acerbiſſime reprobat atque reſcindit, damnatis anathemate qui ſecus ſentirent. Lugdunenſe autem definierat dogmatice Spiritum S. ex Patre & Filio procedere tanquam ex uno principio, & una duntaxat ſpiratione. (*o*)

Ad Sec. XV. *Hieroſolymitana*, Praeſide fortaſſe Joachimo Patr. Hieroſolymitano ſub an. 1443. decreto ſeveriſſimo invehitur in acta Concilii Florentini oecumenici an. 1438. coacti, ceu fidei & Patrum traditioni adverſa, ſubindeque in foedus utramque inter Eccleſiam latinam & graecam in eo Concilio ſollemniſſime percuſſum, ſubjecto anathemate in Metrophanem Patr. CP. tanquam in matricidam & in alios quoſcumque ſecundum acta illius Concilii adhaerentes latinis. (*) Nonnulla vero dogmatice definierat Florentinum, e. c. proceſſionem Spiritus S. a Patre, Filioque; doctrinam de Purgatorio & de animabus penitus purgatis illico donatis beatitate, quemadmodum & de vita excedentibus cum peccato ſtatim ad ſupplicia damnatis; de Primatu demum Romani Pontificis. *Conſtantinopolitana*, Praeſidibus Patriarchis Alexandrino, Antiocheno, Hieroſolymitano ſub an. 1450. Praeſidum decreto concludit (*p*) Florentinum C. fraudem duntaxat fuiſſe univerſalem & violentam, nulliuſque ſuperioris diligentiae compotem, ſuorum quidem proditore Beſſarione cardinalitiam purpuram malis artibus aucupante: quocirca it-

(*n*) Canone 4. 7. 8. Conf. cit. *Aſſem.* bibl. or. t. 3. par. 2. p. m. 184. quem deinceps exſcripſit *Manſius* in ſupplem. CC. t. 1. a col. 1585.

(*o*) Conf. *Pachimeres* hiſt. l. 1. c. 17. *Poſſin.* in obſervationib. pachimerianis ad eum an. 1283. *Raynal.* in Annal. ubi de Andronico ſeniore.

ADNOTATIO.

(*) DEcretum illud & acta reliqua Pſeudo-ſynodi recitavit *Bandurius* Antiquit. CP. t. 2. a. p. m. 960. edit. Venetae. At Clariſſ. tamen *Manſius* de conventiculo a ſe exſcripto in ſupplem. ſuo CC. t. 5. a p. m. 247. adnotat in Praefatione illud ſibi plane commentitium eſſe, a Graeculo quopiam ſchiſmaticarum partium ſtudioſo confectum „ quum (inquit) nec Phranza ejus meminerit nec alius quis ex Latinis, Graeciſque. „

Ceterum pace Viri eruditiſſimi, ejus perſpicue meminit ſapientiſſ. Graeco-latinus *Leo Allatius*, in hiſtoria Byzantina ſi quis alter verſatiſſimus, ubi de conſenſ. occident. & orientalis Eccleſ. l. 3. c. 4. n. 1. quem lege ſis. Eique deinceps laudato conſentiunt *Continuat. Bollandiani* ubi de Metrophane II. orationem inſtituunt ad tom. 1. Auguſti in hiſtor. praevia chronolog. Patriarchar. Conſtantinopolitanorum a n. 1140. Jure itaque poſſis hoc conventiculum pro certo reputare, diriſque animoſe devovere.

(*p*) Seſſione 1v.

irritas fuiſſe Graecorum in Florentino ſubſcriptiones, totumque ſubinde irritum & jure repudiandum conventum illum definit. (*)

Quid plura? Haec enim vero coetuum peccantium in ſacram conciliorum oecumenicorum inerrantiam exempla, utpote nominatiora apud Hiſtoricos, ſatis ſunto, ne in immenſum procedat oratio. Quis enim paucis vel ne indicare quidem valeat ſingula quaeque conciliabula heinc Wicleſitarum & Huſſitarum, illinc vero Proteſtantium in ſectas prope innumeras diſtinctorum: quorum nempe priora Concilii oecumenici Conſtantienſis, & poſteriora Tridentini dogmatis definitis errores adverſos ſubſtinendos eſſe decreverunt hucuſque?

Porro Proteſtantes quod ſpectat, cum Lutheranos, tum Calvinicolas, certum videtur quod ferme ſingulae illorum *Confeſſiones fidei* (q) ex adſenſu communi alicujus eorumdem conventiculi profectae ſint. Hactenus de Pſeudo ſynodis errantibus.

III. *Clemens Scotus* gente Gallus, Pſeudo epiſcopus, famoſi illius Aldeberti, aliis Adalberti collega an. cir. 744. inter alia ſuis dementatos erroribus & ineptiis adſeclas docuit, ſtatuta Patrum & acta qualibet ſynodalia nihili pendenda eſſe. Nebulonem hunc una cum Aldeberto perſequuti ſunt & condemnarunt poſt S. Boniſacium Germanorum Apoſtolum, Zacharias P. I. (r) & Synodus Sueſſionenſis de an. 744. die 2. Martii (ſ).

IV. *Rutheni*, ſeu *Ruſſi*, aut *Moſchovitae* ad an. 1445. ad ſchiſma Graecorum deflectentes, dogma illud inter alia tenendum ſuſceperunt, quod rejicienda ſint SS. Doctorum Latinorum ſcripta non ſecus ac Synodorum oecumenicarum canones & decreta (t).

Ex Scholis heterodoxis

I. *Plerique omnes earum alumni* Concilio oecumenico inerrantiam abjudi-

ADNOTATIO.

(*) Haec & cetera conciliabuli acta, *Labbeo* & *Coleto* ad eum annum in ſuis collectionibus exſcripta, vulgo habentur ex quodam *Exemplo* ab Chio Inſula emiſſo, ut Author eſt cit. *Allat.* in addendis ad caput 4 libri 3. mox laudatum a p. m. 1380. edit. Coloniens. Ejuſmodi porro exemplum tanquam rarum quid & monumentum minime contemnendum a nonnullis, qui multum in eo ponerent, ad Occidentales tranſmiſſum eſt, ut Latinos inde penes fidei dogmata & quantum ad ſagacitatem ingenii Graecis impares, planeque debellatos demonſtrarent.

Ceterum eſto hiſtoria haec conventiculi in ſubſtantia vera fuerit (quis enim haec & multo graviora a Graecis ſchiſmaticis adeo latinae Eccleſiae infenſis perpetrata facile non crediderit!) tot vero illud exemplum ſcatet anachroniſmis, ac toties in veram probatamque hiſtoriam peccare deprehenditur, ut ipſum merito adſcribere fas ſit nebuloni cuipiam recentiſſimo, qui ejuſmodi folia ex variis Schiſmaticorum inſolentium Gennadii, Gemiſti, Amyrutzi adverſus Florentinum Concilium comentariis conſarcinarit. Pluribus eam pſeudo-hiſtoriam confutavit proxime cit. *Allat.* quem conſule ſis.

(q) De iis *ſupra* fuſe diſputavimus ad Tom. V. a p. 265.

(r) Epiſt. 5 ad ipſum Boniſac.

(ſ) Cap 2. ubi & ut certum praemittitur eaſdem haereſes a Synodo priore XXIII. Patrum praedamnatas eſſe. Conſulendi *Baron.* ad an. 745. a n. 28. & *Nat. Alex.* ad Sec. VIII. c. 2.

(t) Conſ. *Raynald.* & *Spondan.* ad eum an.

judicant quandocumque errores ab illo proſcriptos dogmatice pertinaciter tueri pergunt: ut puta Concilio Nicaeno I. *Ariani* veteres ac recentes; Epheſino *Neſtoriani*; Chalcedonenſi *Eutychiani* & *Severiani*; Synodo VI. gener. *Monothelitae*; Nicaeno II. *Iconomachi*; Conſtantienſi *Vicleſſiani* & *Huſſitae*; Florentino *Graeci ſchiſmatici*; Tridentino *Lutherici*, *Sacramentarii*, *Calviniſtae*, *Arminiani*, *Quakeri*, *Presbyteriani* & greges alii Novatorum pene innumeri, qui poſt Tridentinum usque modo eruperunt; ii quippe omnes ſacroſancta fidei dogmata ab iis ſigillatim, quae indicavimus, Conciliis definita erroris inſimulant, ubi oppoſita mordicus tenent ac tenenda contendunt.

II. *Joa.*. *Wicleffus* haec ſentiebat „ Conformiter dici debet de Conciliis ſuis generalibus, quae adeo ſollemnizant (*Pontificii ſeu veri Catholici*) Non enim adcipi debet vel credi concilium Apoſtolorum, niſi de quanto creditur quod Spiritus ſanctus confirmavit eorum ſententiam. Sed quum multi concurrentes ad modernum concilium ſunt ut plurimum apoſtatatae ſtolidi & ignari, blaſphemia foret lex vel regula quae dictaret quod generaliter ſtandum eſt & credendum judicio majoris partis. „ (*u*)

III. *Lutherus* ita mentem aperuit ſuam (*x*) „ Via nobis facta eſt enervandi auctoritatem omnium conciliorum & libere contradicendi eorum geſtis & judicandi eorum decreta & confidenter confitendi quidquid verum videtur, ſive reprobatum a quocumque Concilio „ .

Rurſum (*y*) „ Hoc ipſum Apoſtolorum Concilium quamquam omnium eſt primum & puriſſimum, tamen aliquid non immiſcetur &c. Spiritus ſanctus non Conciliis, ſed ſolum chriſtianorum, quos novit, cordibus ſe adeſſe velle promiſit.. Incerta ſunt Concilia, neque fidendum eſt illis. Nullum enim purum unquam fuit, quin fidei aliquid addiderit vel detraxerit. „ His conſimilia vulgavit alias (*z*) tametſi interdum ſibi inconſtans Conciliis oecumenicis adquieſcendum eſſe docuerit. (*a*)

IV. *Lutheranorum ſectae* quatuor aut ſex prioribus Conciliis oecumenicis authoritatem atque inerrantiam vulgo deferunt plurimam, ceteris nullam.

V. *Sebaſtianus Francus*, qui vivebat an. 1520. Serveti erroribus addictus (*b*) uno verbo putavit Conciliorum omnium inerrantiam labefactare, inquiens nempe (*c*) „ Spiritus non patitur Concilia & decreta hominum. „

VI.

(*u*) In par. 2. ſermonum, ſerm. 45. recitante *Coccio* in theſauro l. 7. art. 21. ſub init.

(*x*) In adſertionibus omnium articulorum a Leone X. damnatorum, art. 29.

(*y*) In Acta Apoſt. c. 15.

(*z*) E. c. in diſput. contra Regem Angliae, in Quaeſtione, an Papa indicere poſſit conteſſionem, ubi de formula Miſſae.

(*a*) E. g. in diſputat. Lipſica, in Adſertionibus, artic. 16. diſput. contra Zvinglium & Oecolamp. in declaratione Eucharistiae.

(*b*) Ipſo teſte in epiſt. de abolendis ritib. eccleſ.

(*c*) In paradoxo 233.

Digitized by Google

VI. *Antonius Corvinus* Franco aequalis haec effutiit (*d*) „ Quum Spiritus ſanctus in omnem ducat veritatem & non in mendacium, perpendat chriſtianus quilibet an Patres & Concilia, quorum ſtatuta proponuntur Eccleſiae loco Evangelii, Spiritum ſanctum habuerunt. Si Dei Spiritum habuiſſent, plane nihil concluſiſſent contra verbum Dei„

VII. *Urbanus Regius* aliis inſolentior ſic fatur (*e*) „ Quod non unum aut alterum, ſed pene omnia Concilia pernicioſe lapſa ſint, luce clarius eſt. „ Vixit Regius ad an. 1540.

VIII. *Joan. Calvinus* nos haud ſemel quod Concilia oecumenica ab Eccleſia adprobata erroris expertia cenſeamus coarguit (*f*) Quin etiam definitionum conciliarium examen & cenſuram ſibi vendicat. Qua de cauſſa commentarium exſaravit adverſus Concilium Tridentinum *Antidoti* nomine inſcriptum. Quemadmodum poſtea *Martinus Kemnitius* Melancthonis diſcipulus, denatus 1586. aetatis 64., ut oſtenderet ſibi tantum eſſe ingenii & juris quantum Calvino ad diſcutienda cenſuriſque notanda oecumenica Concilia, aliud edidit opus, quod *examen Concilii Tridentini* nuncupare non erubuit.

IX. *Joan. Sommerus* Pirnenſis, opinor, & ſcholae Claudiopolitanae Lector in Tranſilvania ad an. circ. 1572. hoc de ſymbolo dogmatico a Nicaenis Patribus definito judicium tulit (*g*) „ Nos ſymboli Nicaeni authoritate ſtare non poſſumus, quod praeter verbum Dei ethnica ſomnia invexit. „ Haec inſolentiſſimus ſycophanta. Nec mirum quidem haec effutierit qui Verbo Filio & Spiritui ſancto divinitatem abjudicavit, inficiatus inſimul Spiritus ſancti proceſſionem a Patre & Filio. (*h*)

X. *Proteſtantes reformati*, quo nomine audire amant *Calviniſtae*, priora IV. Concilia oecumenica ceu infallibilia laudant hinc, & inde ſugillant, ne fidem veterem deſeruiſſe, immo potius inſtauraſſe videantur. (*i*)

XI. *Sociniani* rotunde adfirmant, Concilia oecumenica etiam IV. priora cum ceteris qui dicuntur Eccleſiae Patres nihili habenda eſſe. Quoniam apud ipſos lumen duntaxat naturale dux eſt ad ſalutem quaerendam & comparandam. (*k*)

XII. *Philipp. Limborchius* quaſi nomine univerſae ſectae ſuae Arminianae haec ſtatuit (*l*) „ Noſtra vero ſententia eſt, omnia Concilia tam generalia quam particularia, tam a Pontifice adprobata quam nondum adprobata, aut improbata, errori obnoxia eſſe, immo plurima foe-

(*d*) Ad evangel. Dom. 4. poſt Paſcha ex cit. *Coccio*.

(*e*) In tr. de Eccleſ. par. 1. fol. 51. uti a laud. *Coccio* citatur.

(*f*) Inſt. l. 4. c. 9. paſſim.

(*g*) In comment. contra Petr. Carolium l. 2. c. 3.

(*h*) Si fides *Siandae* ſine teſte loquenti in lex. pol. in Jo. Sommero.

(*i*) Author eſt famoſus ille *Joan. Georg. Rhaetus* in cauſſa converſionis ſuae a Calviniſmo ad fidem noſtram catholicam, ratione 22. n. 1.

(*k*) Conf. *Nat. Al.* ad Sec. XVI. & *Siand.* in lex polem. ubi de error. Socinian.

(*l*) In Theol. chr. l. 7. c. 19. §. 24. p. m. 836.

foede erraviſſe, noxioſque errores veritate condemnata ſtabiliviſſe. „ Nulli ergo oecumenico Concilio inerrantiam adjudicat, qui & alias nec eam Eccleſiae univerſae docenti concedere dignatus eſt. Plures ex aliis quoque ſectis in eodem ſocios errore habet Arminianus hic, quos tamen vel ne indicare quidem vacat.

Ex Doctoribus catholicis

I. *Petrus de Alliaco* Cameracenſis Epiſcopus & Cardin., qui floruit ad an. 1426. ſubdubitare viſus eſt de ratione, qua nobis credenda eſt atque tenenda inerrantia Concilii oecumenici in definiendis fidei dogmatis; voluit quippe eam non ex fide catholica certam, ſed ex pia duntaxat opinione credi oportere (*m*) Eique deinceps adhaeſerunt *Joan. Breviſcoxa* (*n*) *Joan. Major* (*o*) *Thom. Valdenſis* (*p*) (*). Prae-

(*m*) In tr. de auctor. Eccleſ. par. 3. c. 1. & in quaeſt. in Veſperiis agitata: exſtant in tom. 1. oper. Gerſonis poſtremae editionis Dupinii.

(*n*) In tr. de fide, Eccleſ. Rom. Pontifice, Concil. generali, qui exſtant pariter in cit. tom. 1. oper. Gerſonis.

(*o*) In commentar. ſup. Matthaeum.

(*p*) In doctrinali fidei lib. 2. art. 2. cap. 19.

ADNOTATIO.

(*) Jure tamen ceteri vulgo Theologi repugnant, conſtanter adſerentes eam inerrantiam fide certa tenendam, cum *Cano* de loc. l. 5. c. 3. *Bellarm.* de Concil. l. 2. c. 2. prop. 1. *Suar.* tr. de fide diſp. 5 de regul. fid. ſect. 7. n. 9. Et in hoc quidem adſerto *omnes catholici conveniunt*, teſte eodem Suar. Conſtat quippe apertiſſime praefata Conciliorum inerrantia ex *Scripturis ſacris*, e. c. ex *Act.* 15. 28. *Joan* 16 13. *Matth.* 18. 20 &c. ſecundum adcuratam Patrum, Conciliorum & ſacrorum Interpretum in ea loca expoſitionem: tum ex eiſdem *Conciliis Oecumenicis*, quatenus haec vulgo anathema in eos contorquent tanquam in hoſtes fidei, ſeu haereticos, qui eorum definitionibus dogmaticis non adquieſcunt (Recole illorum Acta) item ex traditione privatorum Patrum in idem conſpirantium cum *Athanas.* epiſt. ad Epictet. ap. Epiphan. haer. 77. *Leone* I. epiſt. 62. ad Maximum Antiochen. *Gelas.* epiſt. ad Epiſc. Dardan. Id ipſum quod jam jam retractandum ſupereſt, alias fuſius confirmavimus (in Theol. polem. fundam. ubi de Concil. oecum.) Ergo inerrantia ejuſmodi de fide eſt, & qua talis ab Eccleſia univerſa ſuſtinetur.

His autem conſulto praejactis, quid de memorata opinione, quam Alliacenſis aliique inculpatim olim tenuerunt, ſentiendum ſit, candide exponimus. Videlicet eſt *antiquata*, quia nullus, quod ſciam, Doctor e tribus ferme poſtremis Seculis eam auſus eſt amplecti; immo apud ſingulos quoſque, opinor, haud bene audiit. Eſt *falſa*, quoniam veritati, quae catholicis omnibus pro dogmate certo habetur, opponitur. Eſt *improbabilis*, quippe contra veritatem vera probabilitas nulla eſt. *Temeraria*, ſolido namque fundamento nititur nullo.

Scandaloſa & *periculoſa in fide*, praebet enim occaſionem ruinae maximae ſpiritalis in ordine ad fidem. Ea quippe opinione admiſſa, jure in dubium poſſis vertere num haec regula fidei ſit certo judex ſupremus controverſiarum; num abſque piaculo contra fidem poſſis re ipſa non credere quae certa fide credenda proponit Eccleſia in Concilio coacta; pluraque iis ſimilia: ex quibus porro quot, quantaque nata ſint ſpiritalia damna emergere contra fidem, facile conjicias.

Erronea, quia enim adverſatur doctrinae apud omnes catholicos communi ſenſu indubitanter receptae inſtar dogmatis, qui ſiquidem de ea dubitare non audent; quam utique valde connexam cum doctrina fidei vident, tametſi nondum ab Eccleſia expreſſe relatam in dogma fidei. *Favens haereſi*, ea quippe haeretici tuto poſſunt uti ad fovendum & propugnandum errores ab Conciliis oecumenicis inerranter proſcriptos. Recolere ne pigeat quae *ſupra* ad Tom. I. a p. 349. diſputavimus de Anti-dogmate ac in eum cenſuris. Heic itaque (quod noſtri inſtituti eſt) Alliacenſis cum ſociis tanquam Scriptores qui inculpatim errarunt, (ſalvo tamen doctiorum hominum judicio) haud immerito reponendi.

Praecipuas quatuor & univerſales Regulas fidei oppugnatas ab hoſtibus vidimus. Ad eas vindicandas & illuſtrandas adcingimur.

---

95 QUAESTIO I. Quid & quotuplex & quo pacto ſit in Eccleſia Chriſti neceſſaria Regula fidei? ADSERO I. Eſt authoritas quaedam creata, ſuprema, infallibilis, permanens, univerſalis; ita quidem proponens materiam fidei, ut credi omnino debeant quaecumque ipſa propoſuerit. Eſt autem *creata*, quia enim eſt id, quo divina revelatio nobis adplicatur: *ſuprema*, quoniam ſupra ſe unum habet Deum, cujus proxima lingua eſt & interpres: *infallibilis*, quia ejus doctrina tantae eſt authoritatis, ut, quantumvis aliunde non confirmetur, certo credenda ſit: *permanens*, hoc eſt quaſi habitualis, etiam quando ſilet: *univerſalis*, quippe ad ſingula credenda protrahitur. (q) RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

96 II. Quadruplex eſt. Nimirum Scriptura ſacra, quae Spiritu S. dictante vel ſuggerente exſarata fertur: Traditio divina, hoc eſt notitia de revelatione divina, perpetua ſubceſſione adſervata in Eccleſia, praeter eas, quae ſanctis Bibliis continentur: Eccleſia univerſalis per orbem diſperſa, hoc eſt coetus fidelium omnium mortaliter viventium in unicam fidem: Concilium Oecumenicum ſeu generale, hoc eſt ſenatus ex primoribus Eccleſiae Principibus, qui univerſam repraeſentant Eccleſiam, legitime coactus. Haec quidem fundamentalia Religionis noſtrae dogmata contra quaſque ferme hoſtium noſtrorum ſectas. Ex iis autem Scriptura & Traditio dicuntur Regulae emortuae, quia nihil nove loquuntur circa dubia, quae in earum intelligentia ſuboriuntur; aliae vero nuncupantur regulae vivae ac ſpirantes; quae videlicet res fidei modo humano atque ſenſili definiunt, & credendas proponunt. (r)

97 III. Eſt omnino neceſſaria ut fides apoſtolica abſque novis revelationibus aut miraculis poſſit integra & illibata ſervari ceu regula ſpirans univerſalis credendorum omnium. Alioqui ſiquidem nullus eſſet legitimus Iudex, qui dirimeret inerranter controverſias in rebus fidei paſſim occurrentes; immo unuſquiſque temere ſibi judicium adrogaret in diſcernendo veram fidem a falſa. Nec inſuper qui fidem alicui proxime proponeret, e. c. praeco divini verbi eam ſatis confirmare poſſet, impotens utique oſtendere, ipſam ſub aliqua regula inerrante contineri.

OBJECTIONES.

98 Obj. contra III. Adſ. Neceſſaria non eſt ejuſmodi ſpirans regula. Nam 1.° Ab Adamo uſque ad Moſen viguit vera fides in Eccleſia Dei abſque ulla ſpirante regula. 2.° ad veram fidem non ultra requiritur quam revelatio & ſufficiens propoſitio; haec vero poſſunt ſimpliciter concurrere abſque ejuſmodi regula. 3.° immo eſt plane inutilis; quia enim unicuique recte diſpoſito ineſt promiſſus coelitus inſtinctus, quo probe intelligat ſacros codices, omnem fidei veritatem complectentes;

(q) Lege cit. *Suar.* d. 5. s. 2. & *Rhodes* de fide q. 2. s. 5. §. 1.

(r) Conf. *Suar.* de fide d. 5. a s. 5.

ajente Chriſto Domino Joan. 7. *ſi quis voluerit voluntatem Patris facere, cognoſcet de doctrina mea*, & Joan. 10. *oves meae vocem meam audiunt*. Haec Hetero loxi cum Brentio, quibus una fidei regula in privato cujuſque ſpiritu ſita eſt.

99 ℟ *N. Adſ.* Ad 1. prob: in lege naturae placuit Altiſſimo fidem in Eccleſia ſua progignere & conſervare per revelationes divinitus immiſſas primoribus Patriarchis & poſteris tanquam de manu in manum tranſmiſſas; iis quippe tanti erat ponderis Patriarcharum auctoritas, quanti ſit apud catholicos auctoritas regularum, quas praemiſimus. Quid? quod in ſimplicitate illius ſtatus nullum fortaſſe occurrit in negotio fidei diſſidium, quod egeret judice dirimente. Ad 2. *D. Mi.* in prioribus credentibus, qui fidem a Deo proxime adceperunt, vel in eventu extraordinario, quo unicuique fides per nova miracula aut ſigna adplicaretur, *C.* ſecundum modum, ex praeſenti Dei lege, propagandi & conſervandi fidem per ſucceſſionem indeſinentem, ipſam cum certitudine diſcernendo a falſis doctrinis, *N.*

100 Ad 3. *N. Adſ.* & prob. Quod ſi haec ita ſint, ut quid iidem acatholici tot produxerint commentarios ut obſcurae Scripturae intelligantur? Neque vero ad iſtas probe capiendas opus eſt ſimpliciter ſanctitate; hac enim abſente poteſt fides conſiſtere. Inſtinctus ille verae Eccleſiae, aut diſperſae, aut congregatae promiſſus eſt a Domino. Adducta demum Chriſti verba indicant duntaxat, quod ejus oves praeceptis divinis fide & adfectu obedientes doctrinae ſuae captum excipient vel a ſe, vel ab alio, quem eis in praemium bonae voluntatis parabit. (*s*)

101 QUAESTIO II. Quid ſingillatim de authoritate Scripturae ſacrae? ADSERO. Eam depraedicant ipſi divini codices: e. c. *Luc.* 24. 44. *Act.* 3. 18. *Rom.* 3. 2. & 2. *Tim.* 3. 16. & 1. *Theſſal.* 2. 6. & 2. *Petri* 1. 19. ſq. tum unanimis conſenſio *PP.* (*t*) quibus adde ex noſtratibus *C. Trident.* (*u*) & ex Hebraeis Doctoribus comparate ad V. T. *Flav. Joſeph.* (*x*) Eaque potiſſimum favet ratio, quod Scriptura ſacra ſit verbum Dei, videlicet a Deo pronuntiatum, aut ſuggeſtum, & literis conſignatum: quod quidem perſuadent plurima, e. c. orationis ſimplicitas, doctrinae veritas & majeſtas, vaticinia adimpleta, myſteriorum ſublimitas, Scriptorum ruditas priuſquam eam divino adflati Spiritu exararent, vitiorum correptio, virtutum commendatio, ejus apud SS. Martyres uſus & confeſſio, antiquitas & conſervatio per tot ſecula, mira veteris teſtamenti conſonantia cum novo.

OB-

(*s*) Hanc in rem plura cit. *Suar.* ſ. 4. a n. 1. & 4. *Platel.* de fide n. 98. *Rhod.* cit. ſ. 5. §. 1. & nos alias cum choro Polemicorum ubi agimus de Judice controverſiarum fidei.

(*t*) Cum *Iren.* l. 2. c. 7. *Orig.* hom. 2. in Jerem. *Chryſoſt.* in epiſt ad Galat. c. 1. *Aug.* civ. 11. c. 11. & de Geneſ. ad lit. c. 5. & alias, *Greg.* M. ſup. Ezech. c. 4. & prol. in libb. Reg. ſaepius, *Hieron.* epiſt. ad Paullin. de auctorit. Script.

(*u*) Seſſ. 4.

(*x*) Lib. 1. contra Appion.

OBJECTIONES.

102 Obj. Scriptura ſacra non eſt regula fidei. Nam 1.° nequit ab Eccleſia definiri, quod talis ſit. Tum quia Eccleſia non eſt Scriptura ſuperior. Tum quia Scriptura non habet ſuam certitudinem ab Eccleſia. Tum quia Scriptura eſt regula, quam Eccleſia ſequi debet, non vice verſa: ergo nequit Eccleſia ferre judicium de Scriptura. 2.° Regula debet eſſe nota, certa, clara; ejuſmodi vero non eſt Scriptura; nam multae ejus partes in dubium revocatae ſunt, & nondum ab omnibus admittuntur; eſt item obſcuriſſima, & ſub una litera multos includit ſenſus, certo humanitus imperceptibiles. 3.° Regula debet eſſe uniformis, ſemper eadem, & quaſi indiviſibilis; at non ita Scriptura, quia originalis litera non extat, ſed per varia tranſſumpta, immo per plures translationes ad nos pervenit, in quibus eſt magna varietas, vel lectionum in eadem lingua, vel translationum in diverſis. 4.° Scriptores canonici interdum aliqua interponunt ex proprio ſpiritu; at ubi Scriptura eſt pure humana, tota redditur incerta. 5.° ex 2 Cor. 3. *litera occidit*.

103 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* Eccleſia eſt ſuperior Scriptura hoc ſenſu, quod poſſit definire quaenam ſint verae ejus partes, & fideles cogere ut ipſas credant: hoc autem ſolum eſt ferre ſuper Scripturas judicium diſcretionis, ſcilicet diſcernendo veras a falſis; non vero judicium authoritatis; quo nempe damnentur, vel emendentur. Deinde Scriptura non habet ab Eccleſia ſuam certitudinem intrinſecam, & abſolutam; ſecus extrinſecam, & relativam, ſeu relate ad nos, quatenus nobis oſtendit, quaenam ejus partes ſint verae; quo ſenſo dixit *Aug.* (y) *Evangelio non crederem, niſi me Eccleſiae commoveret authoritas*. Demum Scriptura, & Eccleſia ſunt in diverſo ſenſu ſibi invicem Regula; nam ex Scripturis protocanonicis conſtat Eccleſiae infallibilitas in definitionibus, etiam relate ad Scripturam, ejuſque ſenſum; & aliunde Spiritus S. pro dirimendis controverſiis fidei, & morum docet Eccleſiam per Scripturam.

104 Ad 2: jam ex *Trid.* (p) certi, & noti ſunt ſinguli veri Scripturae libri. Summa claritas non eſt de notione regulae. Scriptura partim clara eſt, partim obſcura. Ejus obſcuritatis rationes ſacri Interpres complurimas vulgo tradunt. Ad 3: conſtat ex definitione Eccleſiae, quod noviſſima editio vulgata eadem ſit, ac ſemper fuerit cum primaria, & authentica Sacrorum Scriptorum productione, tot non obſtantibus tranſſumptis, & translationibus.

105 Ad 4: in Scriptura omnia ſcripta ſunt Spiritu divino; tametſi hic ut plurimum Scriptori canonico relinquat, ut modo ſibi accommodato, & ſecundum ſuum ingenium, ſtilum, eruditionem, & linguam ſingula ſcribat: quare permittit quoque interdum, ut ipſi aliqua familiari, & humano modo perſcribant, quantumvis ſub infallibili ejuſdem directione. Ad 5: ſenſus eſt, quod lex Moſaica quatenus ſeparata a gratia, ſpiritaliter occidit, hoc eſt praebet occaſionem peccati quatenus in

P 2 cauſ-

(y) L. contra Ep. Fundam. c. 8. (ʒ) Seſſ. 4.

cauſſa eſt, ut cognoſcatur peccatum, quin juvet ad illud fugiendum. (*r*)

Hanc praeterea Regulam commonſtrant apertiſſime monimenta vetera, quae ſubjicimus.

(*g*) *Conf. Suar.* d. 5. ſ. 3. a n. 2. & 9. *Biblici* in Prolegom. biblic. *Bec.* heic tr. *Arria.* d 9. a n. 5. *Plat.* cit. a n. 92. *AA.* 1. c. 3. a q. 1.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro auctoritate Scripturae ſacrae.

CLASSIS II. Auctoritati hujuſce Regulae confirmandae infinita omnis ferme generis documenta miniſtrat Antiquitas; quibus nempe effata, oracula, geſta, dogmata, apophtegmata in ſacerrimo utriuſque Foederis Codice divinitus conſcripta laudantur, celebrantur, effigiantur, recoluntur, reverentur: quo plane cum eccleſiaſtica, tum popularis vetuſtiſſima traditio de ſumma ejuſdem regulae authoritate ad evidentiam eluceſcit adverſus Heterodoxos Anti-biblicos. Ne igitur & nos infiniti ſimus, aliquot dumtaxat in ſpeciem ex quovis pene genere documenta delibanda duximus, aliis vero plurimis ſubnotatis, ne *Specimen novi theſauri ſacrae vetuſtatis*, quod alias ſpopondimus, penitus hac in re deficere videatur.

E RE MARTYROLOGICA.

1 In utriuſque *enim* Teſtamenti tabulis *conſignata divinae providentiae arcana ob oculos noſtros ponere haud eſt dedignatus* (*) *non jam atramento illa conſignans, ſed vivifico divinitatis ipſius ſpiritu animis noſtris ea pulcre inſinuans.*

(*) Chriſtus Dominus.

S. DONATUS Epiſc. Thmuenſis M. adloquens Diocletianum Imp. quaerentem ab eo, quum ſolum Presbyter factus eſſet, quaenam eſſent myſteria a nova chriſtianorum religione conficta. Salonae an. 304. vel ſecundo perſequutionis Diocletianeae (ex *Act.* Sancti, & Socc. qui Thmui ſub perſequutione Licinii Imp. martyrium perfecerunt, quae, Interprete Daniele Cardono S. J. lat. graeca tradunt Bolland. ad d. 22. Mai. eiſdem ſacrum, cap. 2. n. 7.) Plura deinceps pro authoritate ſacrorum canonum pergit Sanctus exponere & illuſtrare ad num. 8.

Haec quidem Acta tanquam ſincera nobis exhibent Bolland. ex cenſura Clariſs. Papebrochii in commentar. praevio n. 3. Anne vero Actorum particula, quam exſcripſimus, ſincera eſt Adloqutio Donato procul dubio adſcribenda? Porro Actorum graecorum ſcriptor, eodem fatente Cardono interprete in comment. praev. n. 1. „ hanc narrationem diſputationibus, concionibus, & aliis e more plurium Graeco-

corum hagiographorum amplificationibus diſtentam proponit „ Et hæc quidem de cauſſa quae Metaphraſtes graecus conſcripſit Acta, ſaltem quod prolixa Martyrum colloquia ſpectat, ſincera plerumque Criticis non reputantur.

Ceteroqui autem veri valde ſimile eſt, eam Adloquutionem ab Sacerdote in doctrina fidei peritiſſimo, zeloque illam defendendi exaeſtuante, qualem Acta Donatum deſcribunt, profectam eſſe coram Diocletiano, ita Sanctum objurgante „ quomodo vos ſic quaſi arcanis neſcio quibus de religione ſcientiis eſſetis inſtructi, mentibus veſtris adverſum nos ita concitamini? Qui fit ut humano vos judicio quae ad deos pertinent ſubjici exiſtimetis? „ Quid vero ſi quiſpiam pariter ſuſpicetur, ſermonem hunc re non a Diocletiano productum, ſed ab ſcriptore graeco amplificationis gratia intruſum eſſe? Ergo in re dubia, Sancti Adloquutio in fide Bollandianorum nobis deſcripta eſto.

2 Quatuor Evangelia *Domini noſtri* Jeſu *Chriſti* & Epiſtolas Sancti Paulli *Apoſtoli & omnem divinitus inſpiratam Scripturam*.

S. Speratus M. reſpondens Saturnino Proconſuli ab eo quaerenti, *qui ſunt libri*, *quos adoratis* (vos chriſtiani) *legentes* (ex *Act.* MM. Scillitanorum n.4. Ea laudavimus in Adp.p.111.& ſaepius.)

Perpendat heic Deiſta ex vetuſtiſſima Traditione teſtimonium pro authoritate Scripturae ſacrae, quam nempe Speratus Eccleſiae doctrina probe inſtitutus divinitus inſpiratam depraedicat.

3 *Quum haec & alia legeret* (*) *Calviſianus conſularis dixit, hoc quid vult eſſe? Euplius dixit.* Lex Domini mei, quae mihi tradita eſt... a Jeſu Chriſto filio Dei vivi.

(*) Ex ſacro Evangelio, quod ſecum ducebat.

S. Euplius Diac. M. Calviſiano reſpondens poſtquam varia ex ſancto Evangelio loca juſſus a Conſulari legiſſet, in prima quaeſtione (ex *Act.* Sancti, uti in Adp. p. xxiv.)

4 *Quae tunc dixi* (*) *ea confiteor, me eſſe Chriſtianum &* divinas Scripturas *legere. Calviſianus dixit, quare apud te habuiſti & non tradidiſti has lectiones, quas Imperatores vetuerunt? Reſpondit Euplius, quia chriſtianus ſum & tradere non licebat, magiſque expedit mori quam tradere.* In his vita aeterna eſt: *qui tradit, vitam aeternam perdit,*

dit, ut eam non perdam, vitam meam do. Calviſianus interloquutus dixit, Euplius, qui ſecundum edictum Principum non tradidit Scripturas, ſed legit populo, torqueatur.

(*) In quaeſtione priore.

S. idem Euplius pro authoritate ſcripturae divinae Martyr illuſtris (ex eiſdem *Act* n. 6.) Quod quidem ut noviſſimum redderet paſſionis conſummatio ſuae, quum ad locum martyrii tandem duceretur, *adpenſum eſt ad collum ejus Evangelium, cum quo adprehenſus fuerat*, quod eadem *Acta* nos commonent n. 3. Perducta ſunt & plane critica quae in haec Acta Bollandiani commentati ſunt ad d. 12 Aug. a p. 719. eos conſule, ac Euplio plaude, qui praeclariſſimis hiſce teſtimoniis Deiſtarum & quorumque Anti biblicorum commenta proterit atque omnino diſſipat.

His addito complures Martyrum ſermones conſimiles pro cuſtodia ſacrorum voluminum, ne theſaurus divinus aut canibus traderetur, aut flammis: tum illos bene multos, qui eorumdem codicum verba ceu divina, coelitus dictata laudarunt. Utroſque *ſupra* indicavimus ad Tom. V. in Claſſe pro revelationibus ſupernis a p. 156. ſq.

5 *E RE LAPIDARIA.*

PVER. NATUS A Ω

DIVO. JOVIANO &c.

Romae, uti ſupra, ubi de Deo Creatore, Tom. III. pag. 16. n. 1.

Expreſſum habes ſub ſiglis A Ω, ex adſertis fuſius ibidem, Deum O. M. Creatorem, ſeu principiu[illegible] finem rerum omnium, ſecundum ſacra Biblia *in principio creavit De[illegible] coelum & terram*, ex Geneſ. 1. 1. adjuncto ex Apocalyp. 1. 8. *Ego ſum A & Ω, principium & finis, dicit Dominus Deus*. Perplura id genus monimenta eodem loci proſtant pro Deo Creatore, ſeu Principio a p. 17. ad uſque 24.

His procul dubio adjicere licet ea lapidaria monimenta, quibus diſperſe in decurſu Operis alia praeclara ſacrae Scripturae dogmata fulciuntur & illuſtrantur. Ex. grat. Unitas Dei ex *Deuter.* 6. 4. *Dominus Deus noſter, Dominus unus eſt*: Trinitas ex *Matth.* 28. 19. *baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti*: Misericordia Dei ex *Pſal.* 68. 17. *exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua; ſecundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice me*: Spiritus sancti Deitas ex 1. *Cor.* 6. 11. *ſanctificati eſtis ... in Spiritu Dei noſtri*: Angelorum exsistentia ex *Tob.* 12. 15. *Ego enim ſum Raphaël Angelus, unus ex ſeptem, qui adſtamus ante Dominum*: Peccatum originis ex epiſt. ad *Roman.* 5. 12 *ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*.

Tum

Tum Univerſae carnis Resurrectio ex *Joan. 6. 39. haec eſt autem voluntas ejus, qui miſit me, Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die*: Aeternitas Gehennae ex *Matth.* 54. 41. *tunc dicet & iis qui a ſiniſtris erunt, diſcedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus eſt diabolo & Angelis ejus*: Meritum bonorum operum ex *Apocal.* 2. 10. *eſto fidelis uſque ad mortem & dabo tibi coronam vitae*. SS. Eucharistia ex *Matth.* 26. 26. *& ait, adcipite & comedite, hoc eſt corpus meum*: complurima demum ex ſacris literis myſteria & dogmata, quae Marmoribus chriſtianorum illuſtrata commentarii noſtri ſparſim exhibent.

E RE LITURGICA.

Diſciplina haec prae ceteris Scripturae ſacrae authoritatem documentis ſuis mirifice illuſtrat ac vindicat. Ipſam quippe maximam partem in ſuos codices refert, & ad populum recitari jubet. Ejus hiſtorias, dogmata, effata ſaepe ſaepius cum laude commemorat in liturgicis precibus. Dixeris (id quod non ita pridem adlato documento praemiſimus ad Tom. V. p. 160.) Liturgiam, ſacerrimam texturam eſſe, quam ex theſauris Scripturarum majores noſtri orditi ſunt. Unum vel alterum ſpeciminis loco exemplum producimus.

6 Antiphona ad introitum.

Ad te levavi animam meam Deus meus: in te confido, non erubeſcam... Ad te levavi.

Tonus VIII. oia euouae.

Pſal. 24. *Vias tuas Domine demonſtra mihi... Ad te levavi-Gloria Patri. Ad te levavi.*

℣. ad repetendum. *Dirige me in veritate tua* &c.

Ex antiphonario ordinato a S. Gregorio (uti ſupra ad Tom. V. mox cit.) in missa ad dominicam primam de adventu domini (ap. *Thomaſ.* tom. 5. edit. Vezzoſianae p. 2.)

Legis hujus Miſſae introitum, ſeu primam antiphonam ad introitum ex Pſ. 24. excerptam; ac ſimiliter ceterae pene omnes Miſſae antiquiores, quas habemus, introitum praeferunt, vel ex pſalmis, vel ex alio canonico ſacrae paginae libro deſumtum: quemadmodum & alia, quae deinceps interpolatim priſcis temporibus in actione Miſſae ſubcedebant, puta Reſponſorium Gradale, Antiphona ad offerenda, Antiphona ad communionem, de quorum etymo & myſtico ſignifica-

catu plura diſputant Liturgiographi.

Haec autem omnia primum ab ſuo Authore, vel Authoribus inſtituta ſunt pro Miſſis duntaxat ſollemnibus, quae nempe cum cantu chori, ſollemnique ceremoniarum adparatu miniſtris & clero adſiſtentibus, ac ſuorum munia ordinum exſercentibus, tum addita pompae populi offerentis & communicantis frequentia, celebrari conſueverunt. Quod enim ab initio ita praecipue inſtituta ſit Miſſa, ut hac fieret ſollemnitate, & veteris Eccleſiae praxis & ipſe tenor Miſſae cum graecae, tum latinae ſatis oſtendunt (Lege *Bonam* rer. liturg. l. 1. c. 13. a §. 2. cum notis *Rob. Sala* in eum locum.) Ea tamen omnia pro privatis quibuſque deinceps Miſſis ut a Sacerdote recitarentur, permiſſa ſunt & conſtituta: ut certum quippe praemittimus, eundem ferme Miſſae ſtilum & ordinem, ſaltem in eccleſia romana a priſcis temporibus ab noſtram uſque aetatem perduraſſe.

Lebrunius quidem de Miſſa t. 1 par. 2. art. 1. p. 162. ait, Presbyteros in Miſſis privatis introitum aduſque Seculum XIV. non recitaſſe, exinde ad evidentiam probari, quod in Sacramentariis editis a Pamelio, Rocca, Menardo, Thomaſio, ac in pleriſque Miſſalibus uſque ad illud Seculum conſcriptis pro ejuſmodi Miſſis, ille deſideretur, uti & Epiſtola, Graduale ac Evangelium. At fallit egregie ſua probatio, notum quippe eſt apud Liturgicos, tum temporis diſperſas Miſſae partes varios tuliſſe codices, quas nunc in unum corpus digeſtas nobis felicioribus Miſſale repraeſentat. Quid? quod Thomaſiana opera eaſdem omnino partes diſperſe proferunt, vel innuunt; nec eaſdem tacet Gregorianum Sacramentar. a *Menardo* vulgatum, ubi *qualiter Miſſa romana celebratur*, ſub init; ut mittam Miſſale Mozarabicum, ap. *Lesleum*, ac Miſſam Ambroſianam ap. *Pamel.* quae Liturgias eiſdem pene, quibus nunc noſtrae conſtant, partibus digeſtas ordine exhibent.

Quod demum in eccleſia romana fere perpetuo Liturgia Epiſtolam & Evangelium complexa ſit, nullus eſt qui dubitet. Licet itaque Sacramentaria aliqua ex iis quae percurrit Lebrunius, introitum non tulerint, uti nec Epiſtolam, Graduale & Evangelium, falſo colligitur, introitum & reliqua in privatis Liturgiis apud romanam eccleſiam uſque ad XIV. Seculum non fuiſſe recitata.

Jam vero Antiphonam noſtram quod ſpectat, id nominis ſortita eſt, quod alternis choris quum primum Presbyter ad altare procedit, caneretur; *antiphona* ſiquidem, ut Author eſt *Iſidor.* l. 6. etymol. c. 19. *ex graeco interpretatur vox reciproca, duobus ſcilicet choris alternatim pſallentibus*. Haec prima ejus origo, a Graecia Latinis excepta; ſed lapſu tamen temporis ritu liturgico Antiphona vocitatur, quam & in Miſſa & in penſo officii unus etiam recitat Presbyter ſine cantu. Dicta praeterea eſt romano ritu *Introitus*, Ambroſiano *Ingreſſa*, quoniam tunc eam chorus pſallebat, quum Sacerdos intraret ad altare.

Ita vulgo cenſent Liturgici tam vetuſti cum *Ruper.* de div. offic

l. 1.

l. 1. c. 28. quam juniores cum *Grancolas.* de Miſſa t. 1. ubi de Introitu p. m. 455. quidquid veri minus ſimiliter putarit *Beat. Rhenan.* in Tertull. de cor. milit., cui adhaeſit *Fleuryus* in hiſt. eccl. l. 39. n. 17., introitum adpellari, quod dum Chriſtifideles in templum conveniebant, introëunte populo Davidis pſalmus concineretur.

In primaevam Introitus inſtitutionem Liturgicorum Sapientum conjecturas video, efficax vero argumentum, cui tuto valeas adquieſcere, pene reperi nullum. En tibi quos ominantur ejus particulae Sacrificii Auctores eſſe.

Adferuntur principio vel Apoſtoli, vel alii ſancti Patres e I. Seculo; quoniam *Dionyſ.* in l. de eccl. hier. c. 3. meminit Pſalmorum, qui ad initium Sacri pſallebantur. Ita nonnulli cum *Genebr.* l. de Apoſt. liturg. c. 17. *Bellarm.* de Miſſa l. 2. c. 16. ubi de introitu. *Menard.* in Sacram. Gregor. nota 5. Verum haud genuinus eſt apud omnes foetus Dionyſii liber ille. Nec deinde conſtat, an haec pſalmodia fuerit proprie ex aliquo ſeu aliquibus pſalmis Davidis congeſta; num vero heic nomine pſalmorum, & pſalmodiae quidquid tum, choro ſuccinente, modulabatur Pontifex, intelligatur.

Deinde Baſilius, quippe qui in l. de Spir. S. ad Amphil. c. 27. ait, in Miſſis praeter ea, quorum meminerunt Apoſtolus & Evangelium, alia quaedam praemittere ac ſubjungere, tanquam multum momenti ad hoc Myſterium praeferentia: quin etiam in ſua Liturgia ſub init. jubet tres aut quatuor Pſalmi verſiculos decantari. Baſilius tamen in primo textu non explicat quid in Miſſis praemiſerit, an pſalmos alternis vocibus concinendos, an preces alias ab ſcriptura non excerptas. Nec deinde certo liquet apud Eruditos, quod Liturgia Baſilii nomine vulgata eum habeat authorem legitimum.

Tum S. Ambroſius, quia nempe in ſua Liturgia introitum praemittit, quem vocat *Ingreſſa*. Convenit vero apud Criticos bene ſapientes, eam, quae dicitur Liturgia Ambroſiana, Sancto Doctore recentiorem eſſe.

Inſuper Aegyptii Monachi; quippe, referente Caſſiano l. 3. inſtit. c. 11. in monaſteriis Aegypti ad Miſſam pſalmi decantabantur. Et vero *Miſſa* ibi promiſcue adcipi poteſt, prout ferebat eorum temporum uſus, pro ſacrificio & pro divino officio, cui perſolvendo illi monachi convenirent die dominica. Nec ibidem plane indicat Caſſianus, pſalmodiam concinuiſſe monachos ad introitum Miſſae. Conſule ſis cit. *Bona* l. 2. c. 3. §. 1. ſub fin.

Demum Coeleſtinus I. qui ſummum Pontificem egit ab an. 423. ad 432; nam, ut author eſt vulgatus *Anaſtas.* in Pontificali c. 44. in Coeleſtino, p. 34. ex edit. Velſeri „ hic conſtituit ut centum quinquaginta pſalmi David ante ſacrificium pſallerentur antiphonatim, quod ante non fiebat, ſed tantum epiſtolae Paulli Apoſtoli & ſanctum Evangelium recitabantur & ſic Miſſae fiebant „ quibus magnopere conſonat catalogus alter Romanorum Pontificum ap. *Bollandian.* in t. 1. April. in prae-

lim. ubi de Coeleſt. I. Huic teſtimonio frequentius ſuo adhaeſerunt calculo Liturgici antiqui cum *Amalar.* l. 3. c. 5. *Valfri.* c. 22. *Microl.* c. 1. & recentiores cum *Bona* proxime cit. *Menard.* in Sacram. Greg. nota 5. ſub med.

Ceterum de indubia ejus Pontificalis authoritate minime convenit apud Eruditos, quos Ultramontanos vocant. Nec veriſimile quidem videtur, totos CL. pſalmos, prout textus diſerte adſerit, ex decreto Coeleſtini, alterno cantu tunc in ſingulis quibuſque Miſſis recitatos fuiſſe. Id tamen, reponunt alii cum cit. *Amal.* cap. 5. ita intelligendum eſt, *ut ex omnibus pſalmis excerperet antiphonas, quae pſallerentur in officio Miſſae*. At quis non videat violentam hominum interpretationem, quam alias nullo unquam poſſint documento confirmare?

Miſſis itaque adductis conjectationibus, id in re obſcuriſſima, ceu mihi veri tantiſper ſimilius, proponere liceat. Nimirum Author introitus in hunc omnino modum concinnati, antiquior eſt Gregorio Magno; hic enim, ex ſtilo *Joan. Diaconi* in vit. S. Greg. l. 2 c. 6. *Antiphonarium centonizans ... Antiphonarium centonem Cantorum ſtudioſſimus nimis utiliter compilavit*: ipſum itaque non inſtituit, ſed pridem inſtitutum & in Eccleſia romana uſitatum collegit, & cum ceteris Miſſae partibus, quae antiphonae Gregorianae, prout tum moris erat, ſtilum ac methodum praeferebant, compegit, ac velut in unum corpus ordinavit. Haec autem mihi vera ſunt, ſi concedas cum communiore ſententia adverſus *Joan. Georg. ab Eckhart.*, *Lebrun.* alios, Gregorium hoc antiphonarium, quod ejus nomen vulgo praefert, conſcripſiſſe. Nec enim in antiquis, quas novimus, Liturgiis introitum omnino parem repereris. Quod ſi diffitearis, illum valde ſerius inventum fuiſſe ac uſitatum oportet.

Facile deinde crediderim multo citius alios, vel abſimiles, vel diverſi generis introitus, ſeu prooemia ad Miſſam ante Epiſtolam, e. c. pſalmos, aut pias preces e ſacro canone depromtas, obtinuiſſe in pleriſque eccleſiis, qua graeci, qua latinis, quemadmodum ipſa Liturgica Monumenta ſatis commonſtrant. Et vero quis omnium primus in toto terrarum orbe ejuſmodi invenerit, inſtituerit ve praecinendam aut recitandam Miſſae particulam, quum non ſuppetant ut definiatur documenta, mihi, & omnibus futurum reor, prorſus incertum eſt & obſcurum. De Antiphonario vulgo Gregoriano conſulendi *Menard.* & *Guſſanvillaeus* in praefationib. in ipſum antiphon. *Nat. Alex* l. 5. hiſt. eccl. Sec. VI. cap. 4. art. 16 n. 6. Vezzoſ. in edit. Thomaſii, in praef. n. xv. ſqq. ac de Introitu ad Miſſam *AA Liturgiographi* cum *Benedicto* P. XIV. tr. de Miſſa l. 2. c. 4. n. 1. ſqq.

7 *Gloria in excelſis Deo. Et in terra pax hominibus bonae voluntatis. Laudamus te ....*

E MISSALI MOZ-ARABICO SUB TITULO *omnium offerentium* (ap. cit. *Leslenm* t. 1. p. 221. ſub init.)

Ce-

Celeberrimus hic Hymnus cognominari conſuevit Angelicus, quoniam primam & praecipuam ejus partem, excerptam ex *Luca* c. 14. Angeli in Nativitate Domini concinuerunt. Eum Graeci *Doxologiam magnam* vocitarunt, ut diſtinguatur ab alia breviore *Gloria Patri* &c. Antiquiſſimum eſſe ejus uſum in Eccleſia inter Eruditos convenit, at recentius in ſacram Liturgiam inlatum. Si credas vulgato *Anaſtaſio* in libro Pontif. cap. 9. ubi de S. Thelesphoro P. qui ſedit ad an. 142., *hic conſtituit ut ... ante ſacrificium hymnus diceretur Angelicus; hoc eſt Gloria in excelſis Deo*. Verum turpiter a ſe diſtat hic Author; alias enim adſeruit, ante Dionyſium P. Epiſtolam duntaxat Apoſtoli una cum Evangelio in Liturgia recitari, & ſic Miſſas fieri, uti habet ex num. proximo.

Anaſtaſii dicto in laudem Thelesphori minus caute fidem exhibuit *Bellarm.* de Miſſa l. 2. c. 16. ubi de Gloria in excelſis, ducibus, ut ipſe inquit, *omnibus* Liturgiographis: ſecus autem ſentiunt Eruditi recentiores. Hic hymnus vel eidem noſtrorum rituum faſtidioſo Luthero pergratus fuit, ut liquet ex ejus formula Miſſae & communionis pro eccleſia Wittembergenſi, quam habes ap. *Joſ. Aloys. Aſſeman.* in cod. liturg. l. 4. par. 3. ſub finem tomi, p. 11. ſqq. Haud incongrue poſſit quis ſuſpicari cum *Tournel.* de Euchar. quaeſt. 8. art. 13. ubi de Gloria in excelſis, ſacrum hunc hymnum unum ex illis fuiſſe, quos primaevi fideles in honorem Chriſti Domini, ac ejuſdem divinae naturae teſtificationem modulari conſueverunt; ajente nimirum *Plinio* epiſt. ad Trajanum Imp. „ carmen quoque Chriſto quaſi Deo dicunt ſecum invicem „ ac deinceps *Euſeb.* hiſt. l. 5. c. 28. „ pſalmi quoque & cantica fratrum jam pridem a fidelibus conſcripta, Chriſtum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo. „ Legeſis *Benedict.* P. XIV. in comment. de ſacrif. Miſſae l. 2. c. 4. n. 9. ſqq.

Cetera in eundem hymnum *ſupra* praemiſimus in Adpend. Liturgica ad Tom. III. pag. xxiv. ſq. Ea recole, nec poenitebit.

8 SEQUENTIA EPISTOLE BEATI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS I. ℟. DEO GRATIAS. =CA. XI.

Fratres. Convenientibus ergo vobis in unum jam non eſt Dominicam cenam manducare. Unuſquiſque enim ſuam cenam preſumit ad manducandum &c.

E MISSALI MOZ-ARABICO AD MISSAM FERIAE QUINTAE IN COENA DOMINI (ap. laud. *Lesleum* in Miſſali Moz-arab. t. 1. p. 159.)

Exſcriptum heic habemus, & populo recitatum in actione Miſſae, quod eo loci Epiſtola Paulli erga Euchariſticam Domini Coenam complectitur a ℣. 20. ad 34. Ac ejuſmodi quidem lectio, vel de Paullinis Epiſtolis, vel de alio antiqui aut novi foederis libro, itemque ſeu una, ſeu multiplex in ſacra Liturgia, jam a primis temporibus apud ec-

cleſias omnes obtinuiſſe videtur. Ejus quippe meminerunt *Iuſtin.* apol. 2. vulgatus *Dionys.* de eccl. hier. c. 3. *Tertull.* apolog. c. 39 *Dionys.* Corinth. ap. Euſeb. l. 4. hiſt. c. 22. *Pſeudo-Clem.* conſtit. apoſt. l. 2. c. 55. *Author* canonum Apoſtol. can. 9. *Optat.* Milevit. l. 6. cont. Parmen. *Ambroſ.* epiſt. olim 33. *Auguſtin.* civ. l. 22. c. 8. & alias, *Chryſoſt.* hom. 19. in c. 9. Act. *Leo* P. I. ſerm. 4. de quadrag. *Sever. Sulpit.* in vita S. Martini l. 3. *Anaſtas.* Nicaen. Epiſc. l. qq. in Script. q. 50. *German.* in Theoria rer. eccleſ. *Sidon. Appollinar.* l. 4. epiſt. 11. *Greg. Turon.* l. 8. hiſt. c. 7.

Quamvis autem plerique ex iis vetuſtioribus Patribus diſerte non adfirment tum habitam fuiſſe, vel habendam ejuſmodi lectionem in ſacris Miſſarum ſollemniis, veri tamen mihi ſimile, ad illud tempus fuiſſe reſervatam, quo fideles ad ſacra myſteria percipienda convenire conſueverant: quum praeſertim priſcis illis temporibus, ſi Miſſae actionem exceperis, publicos in eccleſia factos conventus nuſquam legere ſit. Nobis in conſimili argumento conſentiunt *Bona* cit. l. 2. c. 6. n. 1. & *Benedict.* P. XIV. de Miſſa l. 2. c. 5. n. 9. Ex quibus, cum eiſdem aliiſque recentibus Liturgicis poſt vulgatum *Durant.* l. 2. c. 18. facile conſtitui poſſe videtur divinarum Scripturarum & epiſtolae lectionem in ſacra Liturgia ab Apoſtolis introductam eſſe, ad quos nempe hic ritus e veteri Teſtamento, ac Hebraica ſub illud tempus florente Synagoga ſine dubio profluxit.

Heinc eum ritum lapſu temporis ubique terrarum Eccleſiae ultro amplexae videntur. Quod quidem ulterius teſtantur antiqui codices Liturgici cum graeci tum latini; e quibus vel ne unum ſane reperire eſt, qui vel non innuat, vel non praecipiat in Miſſa recitandam Epiſtolam. Sic enim e. c. e graecis Liturgia S. Baſilii & Chryſoſtomi, ac e latinis ſacramentaria Romana, Gallicana, Hiſpana. Dixeris propterea, lectionem Epiſtolae unum eſſe ex capitibus praecipuis, in quibus univerſae Liturgiae, tametſi in pleriſque alias diſcrepantes, conveniunt: quo quidem ſenſu illud excipio *Iſidori* effatum, ab *Aetherio* & *Beato* l. 1. contra Elipandum totidem hiſce verbis adſumtum, *Ordo Miſſae vel orationum, quibus oblata Deo ſacrificia conſecrantur, primo a ſancto Petro eſt inſtitutus; cujus celebrationem uno eodemque modo univerſus peragit orbis.*

Quin etiam ſingulares erant antiquitus apud eccleſias Codices, vulgo Lectionaria, quibus ordine continebantur Epiſtolae ac Evangelia per anni circulum ad Miſſas legenda. Lectionarium id genus gallicanum, notis & obſervationibus illuſtratum e Luxovienſi coenobio edidit *Mabillon.* de Liturg. gallic. l. 2: *Greg. Turon.* de vitis Patr. c. 17. aliud indicavit, quod antiquum canonem adpellavit: *Gennad.* de vir. illuſtr. c. 79. aliud Muſeo Maſſilienſi Presbytero adſcripſit: *Vigilius* P. epiſt. 2. ad Profutur. aliud innuit ad uſum romanae Eccleſiae concinnatum: aliud denique ſua aetate uſitatum memoravit *Burchard.* l. 19. c. 8. Profecto plurium vulgatiſſima opinione, ille Lectionarius liber antiquiſſimus habetur, qui ſub titulo Comitis, a *Pamel.* editus t. 2. Liturgicon, Hieronymo tribuitur.

Ce-

Ceterum principio eo plane antiquior eſt Hippolyti Portuenſis Epiſcopi Canon paſchalis, in cujus pleriſque laterculis ſtatae lectiones ad Miſſam recitandae indicantur. Vixit enim Hippolytus Seculo III. ineunte ſub Alexandro Severo. Canonem dedit graece *Gruter.* in theſ. Inſcript. t. 1. p. CXL. ſq. latine vero *Bucherius* e S. J., de doctr. temp. p. 295. qui & ipſum eruditis notis inluſtravit. Romae ille effoſſus eſt an. 1551. ex agro Verano, non procul ab aede S. Laurentii extra muros, hodieque in aditu ad Bibliothecam Vaticanam viſitur. Lege ſis cit. *Bucher.* in praefat. ad ipſum Canonem.

Deinde liber ille, Comes inſcriptus, nobilibus Scriptoribus Hieronymo tributus (cum Microl. c. 25. *Bern. Angienſi* c. 1. *Hug. Victor.* de offic. eccl. c. 11. *Honor.* Auguſtod. in gem. animae l. 1. c. 88. *Pamel.* prolegom. in 2. tom. Liturg. *Bona* cit. l.2. c.6. quibus ſuffragari videntur *Florentin.* in vetuſt. Martyrol. monit. praevia 3. p. 16. & cit. *Bened.* XIV. l. 2. c. 5. n. 11.) non uno titulo aliis recentioribus Eruditis ſubdititius eſt, cum *Caveo* hiſt. liter. in Hieronymo, ubi de oper. ſuppoſitis, & *Joan Stiltingo* Bollandiano continuat. ad 30. Sept. t. 8. in vita S. Hieronymi, commentr. hiſt. a n. 1262. p. 669. ſq.

Et jure quidem optimo. Primum enim nihil de Comite in ſcriptis S Hieronymi, e quibus ferme omnia ejuſdem geſta diſcimus. Author deinde antiquior, qui eum S. Doctori adſcripſit, *Berno* eſt, qui floruit Sec. XII. nec iſte aliud pro nova ſententia documentum prodidit, quam praefationem ejuſdem Sancti nomine Comiti praefixam; haec tamen praefatio, a *Dacherio* pridem edita in ſpicil. t. 13. p. 253. ſq. ab ſtilo, & gravitate Hieronymi plane abhorret; adeo ut ne editor quidem *Dacher.* in prefat. ad ſuum tomum n. IV. audeat eam certo adjudicare Hieronymo.

Pamelius item eum Hieronymi nomen praeferentem e MS. codice bibliothecae & ſacrarii Cathedralis Brugenſis excripſit; ipſum pariter ſub eodem nomine vidiſſe teſtantur cit. *Florentin* in bibliotheca Canonicorum Lucenſium MS; demum *Cornel. Schultingus* ap. citatos Bonam & Caveum edixit ſe ſe eundem MS. retinere. Pameliano ampliorem: nullus adtamen ex iis Authoribus ſui manu exſarati codicis authoritatem expendit, propoſuitque, quo noſtram fidem in re tam dubia, & antiquioribus prorſus incognita extorqueret.

Vindicandum Hieronymo Comitem cenſuerunt alii, quod juſſu Damaſi Papae, illum in uſum romanae Eccleſiae compilaſſet; binis utique innixi epiſtolis hac de re, Damaſi ad Hieronymum, hujuſque ad Damaſum. Ceterum adverſus id commentum multa faciunt. Nam ejuſmodi epiſtolae inter genuinas alias utriuslibet Scriptoris minime commemorantur Eruditis; quin immo ab genuinis illas ſatis diſtare citatus idem *Florentin* fateri non dubitavit. Quod ſi prologo, ſeu praefationi illi ab *Dacherio* vulgatae tantillum exhibeas fidei, in ea non Damaſo, ſed Conſtanti cuidam inſcripta, huic effatur Hieronymus ſub fin. ſe Comitem *ad multorum utilitatem petitionibus ſuis obediens ſcribere curaſſe.* In Comite

Digitized by Google

mite demum vetus teſtamentum legimus ſecundum Hieronymianam verſionem ex hebraeo: at ea tamen verſio annis aliquot poſt mortem Damaſi ab Hieronymo inchoata eſt. Nullo itaque veriſimili argumento Comitem Hieronymo vindicare licet. Recole Tom. IV. ad p. 217.

Cetera liturgicam Epiſtolam concernentia dabunt Liturgiographi, ac prae ceteris fuſius & accuratius laud. *Bona*.

9 LEGENDA IN FESTIVITATE S. MARIAE

Lectio ſancti Evangelii ſecundum Lucam.

Tempore illo exſurgens autem Maria in diebus illis abiit in montana cum feſtinatione in civitatem Juda &c.

EX VETUSTISSIMO LECTIONARIO LUXOVIENSI IN MISSA DE ASSUMTIONE SS. VIRGINIS MARIAE AD DIEM XV. Kal. FEBRUARII, hoc eſt 18. Ianuarii (ap. *Mabillon.* de liturg. gallic. l. 2. p. 118.)

Deſumta eſt haec lectio ex cap. 1. *Lucae*, comprehenditque Marianam hiſtoriam ibi a ℣. 39. ad 56. deſcriptam, in laudem feſti de Adſumtione Virginis, quae olim pleriſque in eccleſiis ſub eum diem celebrabatur, uti liquet ex pluribus Martyrologiis; puta, e c. ex Hieronymiano veteri aeri inciſo, Epternacenſi, Lucenſi, Corbejenſi, Floriacenſi. Quo de argumento conſulendi cit. *Mabillon. Florentin.* de vetuſt. Martyrol. ad diem XV. cal. Februarii exercit. 5. p. 263. ſqq. *Baillet.* de feſt. Sanct. ad d. 15. Auguſti §. 2.

Jam vero ſacroſanctum Chriſti Domini Evangelium jam ab aetate Apoſtolorum in ſacra Liturgia perlegi conſuevit. De Luca ſiquidem ajebat *Apoſtolus* 2. *Cor.* 8. *cujus laus eſt in Evangelio per omnes eccleſias*, & ut Author eſt *Euſeb.* hiſt. l. 2. c. 15. ex teſtimoniis Clementis & Papiae, S. Petrus accepta divinitus revelatione Lucae Evangelium *authoritate ſua comprobaſſe dicitur ut deinceps in eccleſiis legeretur*. Teſtatur itidem *Juſtin.* apol. 2. Evangelii lectionem ex traditione apoſtolica ortum ducere. Ac *Cyprian* epiſt. 24. ſic infit de Lectore, cui apud Carthaginenſem eccleſiam Evangelica lectio commiſſa erat, *& plebi univerſae pro honoris ſui claritate conſpicuus, legat praecepta & Evangelium Domini*: & paucis interjectis, *nihil eſt in quo magis confeſſor fratribus proſit, quam dum Evangelica lectio de ore ejus auditur*. Nec ullus ipſe dubito, quin Patres reliqui priorum Seculorum nuper adducti ubi de Epiſtola, dum generatim indicant ſacrarum Scripturarum lectionem in chriſtianis conventibus, potiſſimum intelligant lectionem Evangelii; quid enim eo dignius, mirabilius, & Eccleſiae magis proficuum in ſacro Codice? quid deinceps Euchariſtico Sacrificio conficiendo, celebrando, percipiendo congruum magis & opportunum?

Crediderim ſane, jam ab ipſa Evangeliorum editione eccleſias illas, quarum in ſinu, ut ita dixerim, educta fuerunt, ea ipſa ceu no-

vae

vae legis authenticas tabulas adſervaſſe, ac fidelibus ut nota eſſent effeciſſe; tum eorum apographa illico in alias etiam diſperſa; ſive miſſis ad hoc notariis ea ſibi ut deſcriberentur curaverint reliquae Eccleſiae ſtatim, ut inſtituerentur; numquam vero adduci potero ut credam, unam aliquam ſub ea primaeva tempora eccleſiam editum Evangelium excepiſſe, ac illud inſuper in liturgicis conventibus non recitaſſe; quidquid vetera documenta hoc adſertum aperte probare nequeant, ut ipſe ſuſpicor.

Quod ſi ad aetatem paullo poſteriorem deveniamus, Evangelicae lectionis expreſſe meminerunt ex Patribus *Pſeudo Clemens* l. 2. conſtit. c. 57 alias 61. *Chryſoſt.* hom. 6. de poenit. & hom. 3. in 2. ad Theſſalon *Hieron.* ep. ad Sabinian diacon. *Auguſtin.* praefat. in epiſt. Joannis, *Sozomen.* hiſt. l. 7. c. 19. *Iſidor.* l. 2. de div. offic. c. 8: ex Conciliis vero *Laodicen.* cap. 16. *Carthagin.* IV. can. 48. *Arauſic.* I can. 18. *Valentinum* in Hiſpania can. 2. *Vaſenſe* II. aliis III. can. 2: ex Liturgiis demum nulla eſt, aut vetus, aut recens, quae lectionem ipſam non praeſcribat.

Eximiam ſacri Evangelii prae ceteris ſacri Codicis libris authoritatem apud Eccleſiam Chriſti demonſtrant quam maxime venerandi ritus, quibus omnes Chriſtianae gentes in lectione, praeſertim ſollemni, Evangelii utuntur. Eos vide ſis apud vetuſtas, recentioreſque Liturgias cum expoſitionibus Liturgiographorum. Plura mox in commendationem ejuſdem authoritatis.

EX KALENDARIIS ET MARTYROLOGIIS.

Venerandi ejuſmodi Eccleſiae Faſti exinde ſacri Codicis authoritatem quam maxime comprobant & illuſtrant, quod feſtos dies praeſcribant, iis ſacros divinis Myſteriis, quae ſacris ex Literis, nec aliunde quidem novit Eccleſia. Haec itaque dum illa Myſteria feſtis diebus anniverſariis proſequitur, ſe ſe pariter ſacris Scripturis, e quibus illorum notitiam hauſit, devotiſſimam teſtatur. Ergo e vetuſtioribus id genus Monimentis unum aut alterum exemplar, plurium inſtar, paucis brevitatis gratia jam producimus.

10 *Octavo Kalendas Januarias Natus* Chriſtus *in Bethleem Judae.*

IN KALENDARIO BUCHERIANO, OMNIUM, UT VULGO FERTUR, ANTIQUISSIMO (Ap. *Aegid. Bucherium* de doctr. temporum cap. 15. in parergo, p. 267. teſtaturque Author, e membrana vetuſtiſſima illud exſcripſiſſe)

Nativitatem Chriſti Domini in Bethlehem Judae didicerunt Eccleſiae ex MATTHAEO cap. II. 1 & LUCA cap II. 6. 7. Conſentiunt alia Kalendaria: *Polemei Silvii Laterculus* ap. Bolland. t. 1. Jan. in praef. c. 4. §. 3. p. XLV. habet VIII (Kal. Januar.) *Natalis Domini Corporalis*. Idem ferunt quantum ad ſubſtantiam *Carthaginenſe*, inter vetuſtiora habitum ac recenſitum Mabillonio in veterum analect. t. 3. p. 400. *Hieronymianum* ma-

magnum & parvum ap. Florentin. p. 179. & 1053. licet autem haec Hieronymo ſuppoſita ſint, inſignem eis vetuſtatem Eruditorum nullus denegat: *Romanum vetus* a Roſweido editum, & a Sollerio vindicatum ad diem xxv. Decembr. *Romanum Frontonianum*, mille annos & amplius antiquius, ap. Jo. Frontonem ubi de hoc Kalend. p. 133. *Neapolitanum* marmoreum, Seculo IX. inciſum, ad diem xxv. Decembr. in ejuſdem typo, quem dimidiatum exhibet Sabbatinius ubi de hocce Kalendario ſub initium Menſis Julii: *Gertrudianum* ſub Sec. X. exaratum, quod primum edidit Althanus, ubi de ipſo Kalendario p 128 cetera demum integra, ne infinitus ſim, Seculo XI. antiquiora, quae nobis nota ſunt, atque Martyrologia quae antiquorum praerogativa & authoritate gaudent, ſecundum ſtilum *Sollerii* in praefat. ad Martyr. Uſuardin. c. 1. n. 11. ut puta vulgati Hieronymi, Bedae, Flori, Rabani, Wandelberti, Adonis, Uſuardi, Notkeri; in iis quippe ſingulis ad praefatum diem Natalis Chriſti Domini annuo circulo recolendus praeſcribitur.

Sane pleraque, immo cuncta fere vetuſta Kalendaria & Martyrologia a Dominica Nativitate initium ducunt; indeque factum eſt, ut hanc eccleſiaſticum annum auſpicandi epocham prae ceteris vetuſtiorem fuiſſe contendant plurimi. Haud leviter quidem diſputarunt hucuſque docti Viri ſuper hac epocha eccleſiaſtica, unoquoque pro ſua tuenda ſententia, vetuſta in medium proferente documenta, quibus vel a Kalendis Januariis, vel a Dominica Incarnatione, vel a Paſchate, vel ab exordio praedicationis Chriſti Domini eccleſiaſticum annum antiquitus inchoatum demonſtret. Lege cit. *Florentin.* ad diem 25. Decembr. exercit. 1. Verum ſi in re obſcuriſſima ominari liceat, haec tamquam a vero fortaſſe minus abludentia paucis propoſuerim.

Primum annus eccleſiaſticus in crepundiis enaſcentis, atque adoleſcentis Eccleſiae ab eodem plerumque, quo annus civilis ſupputabatur initio, e. c. a creatione Imperatorum, aut Conſulum deſignatione, uſque ad aetatem Dionyſii Exigui, qui epocham Dominicae Nativitatis aut Incarnationis inveniſſe fertur. Deinde apud eccleſias cum graecas, tum latinas varius obtinuit hujuſce initialis epochae ritus, ii nempe ſibi eam fixerunt in Paſchate, ſeu Domini Paſſione; illi in Kalendis Januariis; alii in Incarnatione; ſed ubique frequentius, reor, in Dominica Nativitate; valde tamen ſerius in prima Dominica de Adventu Domini, uti etiamnum in Eccleſia romana moris eſt. Illa denique mihi videtur fuiſſe apud Eccleſias ejuſmodi epocha, qualem deſignat dies primus, e quo exordiuntur in totum anni circulum integra earum Kalendaria, Martyrologia, & Sacramentaria; quid enim veri ſimilius, quam inde ſupputari anni eccleſiaſtici initium, unde ſacrae totius anni celebritates ſuum exordium deſumunt? Jam vero iſthaec pene omnia a ſollemnitate Domini Natalitia ritualis anni curriculum inchoarunt; atque adeo hanc tum Eccleſias, ad quas illa adtinebant, ſibi epocham praefixiſſe facile crediderim.

Quid

Quid vero, inquies, ubi Sacramentaria ritualem annum exordiuntur *a vigilia Natalis Domini in nocte*, uti habetur in Gelaſiano & Gregoriano Reginae Suecorum in codice Vatic. n. 337. ſive *ad nonam*, hoc eſt a veſpere ante Natalem Domini, quod praefert Gradalis liber eccleſiae S. Jo. Baptiſtae Modoëtienſis in Inſubribus; vel *horae nonae*, ſicuti legitur apud Capitulare Seculi IX. in codice Reginae Suecorum n. 4.? Haec tamen in primis *Dominic. Georgius* in Martyrol. Adonis in adnot. ad diem 25. Decembr. p. 5. ejuſdemque exſcriptor cit. *Altban.* p. 53. ſq. importune, ut hanc fundaut eruditionem, regerunt citato Florentinio, quaſi hic in exſercitat. 2. p. 195.197. dixerit, quoslibet ſacrorum rituum libros anni eccleſiaſtici exordium a die Natalitio Domini auſpicari; quum tamen ibidem p. 197. diſertis verbis hic Author animadvertat, aliquos ex ritualibus ejuſmodi libris a pervigilio, ſeu vigilia Natalis Domini eccleſiaſticum annum deduxiſſe; immo exinde colligit, iſtos prae illis recentiores eſſe.

Mihi deinde perinde eſt, memoratos a Georgio libros initium auſpicari a veſpere ante Natalem, ac in ipſo die feſto natalitio; immo ſi ex ritu hodierno liceat antiquum exſpiſcari, dies ille feſtus natalitius (idem de ceteris ſollemnibus dicito) a vigilia, ſeu veſpere diem antevertente auſpicium deduxit. Sic enim ex hodierno ritu annum eccleſiaſticum auſpicari dicimur a prima Adventus Dominica, quantumvis hic dies feſtus a primis ſuae ſollemnitatis veſperis initium ducat; quia enim veſperae quantum ad ritum eccleſiaſticum ſubſequuti feſti partem conſtituunt, minime feſtum diem alium. Cetera de hoc feſto Natalitio Domini, abunde Martyrologici Scriptores.

I I Kal. Jan. *Octava Domini & Circumciſio*.

IN VETERI ROMANO MARTYROLOGIO (ap. *Roſweydum*, qui illud ita inſcriptum primus edidit, ad diem primum Januarii.)

Sanctam Domini Circumciſionem novimus ex uno LUCA cap II.21.

Idem venerandum Myſterium quotannis recolendum Kalendis Januariis reliqua vulgo Hagiologia praeſcripſerunt, puta Kalendaria & Martyrologia nuper indicata.

Haec prima in noſtro Martyrologio ſollemnitas adſignata; quum tamen in Romanis Sacramentariis Nativitas Domini prima ſit: unde porro conſequitur, aut illud Romanum non eſſe, contra ac pro viribus contendunt *Roſweydus* & *Sollerius*; nequit enim Romanae Eccleſiae prudenter adfingi haec Sacramentariorum ab ordine ſummer Martyrologii diſcrepantia; aut hoc ipſum illis eſſe perquam vetuſtius, novaque diſciplina erga hunc ritum fluxu temporis abrogatum: aut vero eſſe illis recentius, eoque inſimul Sacramentariorum ordinem immutatum.

De feſto Circumciſionis loquuti jam ſunt poſt *Acta S. Almachii*, coram Alipio Urbis Praefecto exeunte Seculo IV. trucidati ap. Uſuardum in Martyrol. ad hunc diem, *Leo* P. I. epiſt. 4. cap. 2. & *Conc. Tu-*

ronenſe ſub an. 567. can. 17. Plura de eo Martyrologici, & qui agunt de feſtis Sanctorum, cum *Thomaſſin. Baillet. Bened.* P. XIV. ubi de Circumciſione Domini.

12 VIII. Id. Jan. *Sanctum Epefania*.

IN PERVETUSTO KALENDARIO CARTHAGINENSI AD EUM DIEM (ap. *Mabillon.* t. 3. analector. p. 401.)

In feſto Epiphaniae, ſeu adparitionis Domini nonnulla ut plurimum inſimul Myſteria Eccleſiis percoli conſueverunt; & ea quidem omnia non niſi ex novo Teſtamento depromta. Audi *Auguſtin.* in ſerm. 28. de temp. qui primus eſt de Epiphania „ Hodie illud colimus quo ſe hominem Deus virtutibus declaravit, pro eo quod in hac die, ſive quod in Coelo ſtella ortus ſui nuntium praebuit (ex MATTHAEO II. 1. ſqq.) ſive quod in Cana Galileae in convivio nuptiali aquam convertit in vinum (ex JOANNE II. 1. ſqq.) ſive quod in Jordanis undis aquas ad reparationem generis humani ſuo Baptiſmo conſecravit (ex MARCO I. 9. ſqq.) ſive quod de quinque panibus quinque millia hominum ſatiavit (ex MATTHAEO XIV. 17. ſqq.) In quolibet horum ſalutis noſtrae myſteria continentur & gaudia. „ Fortaſſe ea fuit tum temporis peculiaris Carthaginenſium aut aliarum Eccleſiarum diſciplina; frequentius tamen e quatuor illis Myſteriis tria duntaxat priora recolebantur.

Hunc porro diem feſtum, ubique a primis temporibus celeberrimum, indicata itidem Hagiologia recolendum praeſcribunt. Perantiquam ejus in utraque Eccleſia inſtitutionem luculenter probant & commendant *Acta* S. Philippi Heracleae Epiſcopi ap. Ruinart in ſincer. Actis Mart. n. 2. p. m. 443. *Greg. Nazianz.* orat. in laud. S. Baſilii poſt med. *Ammian. Marcellin.* hiſt. l. 21. c. 2. ſub fin. *Pſeudo-Clemens* l. 5. conſt. c. 13. *Chryſoſt.* orat. de S. Philogonio & alias, *Auguſtin.* in nonnullis de S. Epiphania ſermonibus, qui ejuſdem foetus legitimi ſunt, *Leo* M. in octo de hac ſollemnitate homil. *Maxim.* in 5. homil. de Epiphan. *Suarezius* quidem de relig. t. 1. l. 2. c. 5. n. 9. opinatur tanti feſti celebritatem Apoſtolis authoribus eſſe tribuendam, at documenta tamen, quae piam hanc opinionem ſuadeant ipſe non adtulit. Cetera de feſto ſollemniſſimo nuper laudati Scriptores.

13 IV. Non. (Februarii) *Purificatio S. Mariae V.*

IN MARTYROLOGIO PARVO HIERONYMIANO AD DIEM II. FEBRUARII (ap. cit. *Florentin.* p. 1049. ex antiquo codice Lucenſi.)

Hoc myſterium oblationis Chriſti Domini in templo, a Matre Virgine poſt partum, ſecundum legem Moſaicam peractae, didicit, credíditque Chriſtiana gens ex LUCA II. 22. ſqq.

Adcinunt Martyrologio noſtro reliqua Hagiologia minus antiqua. Quo videris, ex prudenti regula, quam inſtituit, pluribuſque confirmat Pater *Pinius* in diſc. hiſt. de Liturg. hiſp. n. 425. ſqq; ea eſſe antiquiora,

ra, quae pauciores exhibent feſtorum adnotationes: qua de cauſſa vetuſtiſſima habentur apud Eruditos Liturgicos Kalendaria Piſanum, ſeu fragmentum editum a Franc. de Piſa, ap. ipſum Pinium ibid. Bucherianum, Carthaginenſe; niſi forte quis ſuſpicetur ea mutila eſſe, ac oſcitanter deſcripta: ſed qua tamen ratione ſuam comprobaverit ſuſpicionem?

Feſtus hic dies varia nomina apud ſacra Hagiologia ſortitus eſt; dicitur enim feſtum Simeonis, Simeonis & Annae, Praeſentatio, Occurſus, Oblatio Chriſti ad templum, Purificatio Mariae Virginis, & inter Graecos ὑπάντη, hypante, ſeu ὑπαπάντη hypapante, quod idem eſt ac obviam ire officii gratia, & occurrere; quibus nempe ferme omnia, quae Myſterium hac die cultui propoſitum continet, adtinguntur.

Quid jam vero de primaeva feſti origine? Eam *Baron.* in Martyrol. Rom. ad hunc diem repetit apud Latinos a Gelaſio P. qui profana feſta Lupercalia Deo Februo, ſeu Plutoni ſacra in feſtum huic Myſterio dicatum immutata, piiſſime conſecravit; apud Graecos deinceps a Juſtiniano Imperatore, qui Conſtantinopoli peſtilentia gliſcente, hoc feſtum toto Imperio ſollemniter celebrandum inſtituit. Et Baronio quidem vulgo ſuffragantur Liturgici cum *Frontone* cit. ad hunc diem, *Thomaſſi.* de feſtis l. 2. c. 11. *Bailleto* ubi de Purificatione §. 2. *Honorato a S. Maria* in animadverſ. ad reg. criticae t. 2. l. 3. diſſ. 5. art. 1. §. 1. *Verto* in explicat. cerem. eccl. t. 2. p. 17. *Florentin.* ad diem 5. Jan. exſercit. 3. *Allat.* de hebdom. Graecor. §. 1. p. 1403. Ipſique Baronio quantum ad inſtitutionem feſti apud Graecos a Juſtiniano praeiverant *Cedren. Landulf. Sagax, Sifrid. Nicephor. Sigebert. Paull. Diaconus*, quorum verba protulit, ſenſumque adoptavit *Bingham.* orig. eccl. t. 9. l. 20. c. 8. §. 5. Sed ii tamen nullam deferunt apud Latinos priorem Gelaſio inſtitutionem; quod & pleriſque Latinis recentioribus probatur cum *Pagio* Seniore ad an. 544. n. 7. & *Benedicto* XIV. de feſtis l. 2. c. 2. a n. 12.

Sabbatinius mox laudatus in Kalend. Neapol. ad diem 2. Febr. pluribus ſuadere adnititur, feſtum noſtrum in Oriente ſub tempora S. Greg. Nyſſeni, qui IV. Seculo inclaruit, jamdiu obtinuiſſe. Ipſum legito. *Henſchenius* demum, poſt *Combefiſium*, permultis eruditiſſime adlatis Graecorum Patrum documentis ad diem 2. Febr. de Hypante Domini in comment. hiſt. ferme ſuadet, perſuadetque, jam a primis Seculis, quin ejus origo adſignari valeat, in variis Orientis partibus feſtum celebrari, nimirum in Palaeſtina. Phaenicia, Syria, Cypro, & in Coptica Aegyptiorum Eccleſia. Henſchenio conſentiunt laudati *Pag.* & *Benedict.* Nec ei nos, ſi res aliquando ex profeſſo definienda ſit, noſtrum calculum denegaverimus. Qui reliqua feſtum ſpectantia voles addiſcere, Liturgicos citatos adeas.

14 XXV. (Martii) *Annuntiatio Dñi Jhū.*

IN MARMOREO KALENDARIO NEAPOLITANO AD HUNC DIEM (ap. cit. *Sabbatin.* in typo Kalendarii ſub init. tomi I.)

Mirabilem divini Verbi Incarnationem Sanctiſſimae Virgini ab Angelo adnuntiatam, & in ſacro ejuſdem utero divinitus peractam, quam Hagiologium hoc celebrandam adſignat, excepit Eccleſia ex LUCA I. 28. ſqq. & JOANNE I. 14. ſqq.

Conſentiunt Hagiologia cetera, quae inter vetuſtiſſima non adnumeres; & in iis quidem diverſis donatur nominibus haec ſanctiſſima celebritas; adpellatur quippe Adnuntiatio Chriſti, Adnuntiatio Dominica, Initium redemtionis, Adnuntiatio Chriſti in Virgine Maria, Adnuntiatio B. Mariae, Adnuntiatio ſanctae Mariae matris Domini, Adnuntiatio Archangeli ad ſanctam Mariam. Heinc vero ſollemnitas haec jam inter Chriſti Domini, jam inter Virginis Mariae celebritates relata eſt.

Circa vetuſtatem inſtituti feſti varie ſentiunt Auctores. Haec mihi certa. Principio in Occidente ante an. 656. quo Conc. Toletanum X. coactum eſt, diu apud Hiſpanas, aliaſque Eccleſias hoc feſtum obtinuit; quum enim Patres in can. I. decernunt illud in diem 18. Decembris transferri, de feſto loquuntur tanquam antiquitus jam inſtituto ac celebri, adſeruntque ejus translationis exempla multa ſuppetere, ajentes, *in multis namque eccleſiis, a nobis & ſpatio remotis & terris hic mos agnoſcitur retineri*. Haec plane neſcivit *Binghamus* mox adpellandus. Romae deinde ante Sergium P. I. qui ſedit ab an. 687. jam feſtum vigebat, ipſe quippe Pontifex, ſi fides libro Pontificali in Sergio p. m. 89. conſtituit ut in die *Adnuntiationis Domini*, quemadmodum & in aliis quibuſdam feſtis pridem obtinentibus, *litania exeat a S. Adriano, & ad ſanctam Mariam populus occurrat*. Quin etiam vetuſtiora romanae Eccleſiae Sacramentaria Gelaſianum & Gregorianum idem feſtum adnuntiant.

Praeterea in Oriente ante Trullanum Conc. Conſtantinopoli ſub an. 692. habitum, ſollemnis hic dies erat eccleſiaſtico cultu conſecratus; illud ſiquidem can. 52. perfectam Miſſam in diebus quadrageſimae celebrari vetuit; *praeterquam Sabbato, & Dominica, & ſancto Adnuntiationis die*, quod nempe iſta celebritas, ut nullus dubito, ex uſitatiſſimo hucuſque ritu in XXV. Martii diem, ſaepius intra quadrageſimam incideret. Jam vero quo ſimpliciter tempore feſtus dies primum ſit inſtitutus, mihi & pluribus, credo, ſatis obſcurum.

Binghamus t. 9. l. 20. c. 8. §. 4. ejus originem e Seculo VII. ex uno Trullani Concilii teſtimonio arceſſit. At erravit turpiter, neſciens Toletani X. documentum; quod utique facile noviſſe poterat ex *Collectione Aguirriana* CC. Hiſp. ex *Baron* in not ad Mart. ad hunc diem, ex *Bollandian.* ad ipſum diem, ex *Thomaſſi.* de feſt. l. 2. c. 12. ex *Baillet* de Sanctis, ad eum diem §. 2. n. 8. ex *Marten.* de antiq. Eccl. diſc. c. 31. §. 26; qui nempe omnes, ipſo antiquiores, ut alios mittam, ad citata loca praefatum documentum produnt.

Laudatus inſuper *Martenius* feſti antiquitatem repetit ex *Auguſt.* ſic l. 4. de Trinit. c. 5. differente, *Sicut a Majoribus traditum ſuſcipiens Ec-*

Eccleſiae' cuſtodit authoritas, octavo Kalendas Aprilis conceptus creditur quo & paſſus; haec tamen inſtitutum feſtum conceptionis Domini eo die minime probant. Ubi obiter adnotaverim aliquorum hallucinationem, qui ex homiliis Patrum in quaedam Myſteria recitatis ſtatim colligunt ſacras itidem Myſteriis celebritates; quippe ſtat quam optime, illa Patres explicaſſe, vel praeconiis extuliſſe abſque ullo celebritatis interventu: hunc ergo niſi Patres in homiliis adnotaverint, ex iiſdem nullo jure ſubintuleris.

Hoſpinianus vir acatholicus, alias in feſta Sanctorum ſatis impudens & iniquus, in tr. de feſtis p. 9. edit. Genevens. 1674. de feſto ceu ſua aetate jam vigente loquentem adducit Athanaſium in enarratione evangelii de S. Deipara; ſed eam tamen enarrationem ut notham rejiciunt Eruditi; nec ipſi fidunt *Bollandiani* jamjam adpellandi, ſed viro alicui perdocto, Athanaſio aliquot ſeculis juniori adtribuunt. Ibidem malignus hic Author adfert, quod *feſtum hoc a pontificiis celebratur hodie in ſolius B Virginis honorem*: at egregie fallitur, aut fallit, ut nobis invidiam conflet; quod enim feſtum Deo-homini primario ſacrum ſit, palam teſtatur, ut plura taceam, totum officium eccleſiaſticum eo die privatim ac publice recitari ſolitum. Lege *Gretſer.* de feſtis l. 2. c. 3.

Nec viri deinceps Eruditi deſunt, qui, adſentiente *Bened.* XIV. de feſtis l. 2. c. 3. n. 18., valde antiquiorem volunt celebritatem, freti utique quadam homilia, quam hoc die habuit *S. Greg. Thaumaturgus* III. Seculi Scriptor. Ceterum, eſto nonnulli cum *Raynaudo* t. 12. oper. in miſcellis philologicis p. 551. & *Bollandianis* proxime adducendis, tum *Gerado Voſſio, Allatio, Combefiſio, Nat Alex.* ap & cum *Honor. a S.Mar.* t. 2 animadv. ad regulas critices l. 3. diſſ. 1. §. 3. eam reputent genuinam; at major Criticorum numerus inter ſpurias recenſet, cum citt. *Thomaſſ.* & *Baill.* in hunc diem, *Caveo* hiſt. lit. in Greg. Thaum. ubi de ſcriptis ei ſuppoſitis, *Dupin.* in bibl. ubi de eodem Greg. *Hammondo Leſtrangio* ap. & cum *Binghamo* cit. t. 9. l. 20. c. 8. §.4. *Andr. Riveto* in crit. ſacris l. 3. c. 5. *Sabbatinio* cit. ad diem 25. Mart. Quocirca, ſi iis addas veterum ſilentium, Gregoriana illa homilia ſaltem ſuſpectae fidei ſit, oportet, ut ingenue fatetur idem *Nat. Alex* hiſt. eccl. Sec. III. c. 4. art. 5. n. 6.

Bollandiani demum t. 3. Mart. ad hunc diem a p. 534. inſtitutionem feſti apud Graecos antiquiſſimam demonſtrare conantur. adductis permultis veterrimorum Patrum homiliis, quas recitat *Combefis.* in bibl. concionat. ad hunc diem, tum aliis teſtimoniis, ex veteribus Graecorum Menaeis, Menologiis, Synaxariis, Odis; concluduntque Apoſtolis adſcribendam eſſe ſecundum regulam *Auguſtini* de bapt. cont. Donatiſt. l. 4. c. 24. *quod univerſa tenet Eccleſia, nec conciliis inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, nonniſi authoritate apoſtolica traditum recte creditur*. Et vero ut Auguſtiniana haec regula in caſu teneret, certis documentis oſtendendum ipſis erat, univerſam Eccleſiam ex Oriente

te & Occidente conflatam feſtum diem jam a tempore Apoſtolorum tenuiſſe. Id autem de ſola Orientali probandum ipſi adgrediuntur, & iis quidem Patrum teſtimoniis, puta Chryſoſtomi, Epiphanii, Cyrilli Alex. Greg. Thaumaturgi ac ſimilium, quae ferme aduſque Combefiſii aetatem & veteribus & junioribus ſapientibus incognita fuerunt; atque adeo nunc ut minimum ſuſpecta. Nullo itaque urgemur veroſimili argumento, ut feſtum e traditione apoſtolica repetamus. Reliqua feſtivitatem ſpectantia ab laudatis Liturgiographis ediſcere poſſis.


Documentis ex Kalendariis & Martyrologiis pro authoritate ſacri Codicis hoc capite adlatis adjiciendae Liturgiae quaelibet orthodoxae Eccleſiae; quae ſiquidem omnes, ſi unam vel alteram ex vetuſtiſſimis, aut mutilis exceperis, ſingula, quae heic propoſuimus, ex ſancto Evangelio feſta ſuis plane ritibus concelebrant; uti cuicumque antiquos illos codices apud liturgicos Authores fideliter exſcriptos per otium evolventi notum erit.

E SACRIS HISTORIIS EFFICTIS, DEPICTISQUE.

Eas heic pauculas inſtar plurium ob oculos proponimus aut indicamus hiſtoricas Imagines, tum anaglypticas, tum exſcalptas, tum muſivas, tum depictas, quae rem e divinis Bibliis exceptam, atque adeo ceu indubiam a priſcis temporibus repraeſentarunt. Et nullus quidem dubito, quin pariter ſub eiſdem totidem venerandae imagines Traditionis de hoc articulo vel ipſis obſtinatae incredulis obverſentur. Id quod olim *ſupra* praemiſimus ad Tom. I. p. 361. n. 109. Quia enim, ut quamoptime occinuit *Prudent.* hym. 9. de S. Caſſiano Forocornel.

Hiſtoriam pictura refert, quae tradita libris
Veram vetuſti temporis monſtrat fidem.

23 *PORTANS RAMUM OLIVAE VIRENTIBUS FOLIIS IN ORE SUO.* GENESIS VIII. 11.



Ad-

Adfert columba ramum olivae ad Noë in Arca ſua commorantem, jam ſedato diluvio.

Romae olim, uti ſupra ad Tom. V. p. 161. n. 9.

Ejuſdem hiſtoriae imagines dant quamplurimas AA. Romae ſubterraneae in tabulis. E. c. *Boſsar.* tab. 40. n. 1. t. 45. 2. t. 59. 1. t. 65. 1. t. 72. 2. t. 75. 3. t. 103. 4. t. 120. 2. t. 123. 2. t. 142. 2. t. 165. 3. t. 171. 3. t. 172. 5. t. 183. 2. t. 193. & 196.

Sed en tibi recentes Deiſtas, qui cum *Spinoſa* ſuo in tr. polit. theol. a p. m. 80. Scripturae ſacrae authoritatem infirmare pertendunt ex hac de Diluvio & Arca Noëtica hiſtoria; quam utpote ceu ridiculam, penituſque incredibilem cum Celſo ethnico temere ſugillant. Quid vero? Res quidem ipſa ſi ab animo fide ſancta deſtituto penitius expendatur, argutiis permultis, cavillis, ſophiſmatis obnoxia eſt. Is quippe facile objectare poſſet e. c. deerat immenſitas aquarum in orbe toto terraqueo, quae univerſo undequaque obruendo pares eſſent; undenam ergo confinxeris ad tantam adluvionem erupiſſe undas, & vapores, qui undas alias pene in immenſum elicuiſſent? Deinde difficillimum captu eſt, arcam unam tot, tantaque totius univerſi animantium genera complexam eſſe; tum quo pacto haec omnia ad Arcam adceſſerint, & in ea peramice convixerint, e. g. canes cum felibus, leo, pardus, tygris, lupus, panthera ad invicem; & qui demum tanta irrationalium turba ab octo ſolis hominibus potuerint ordinate regi, propriiſque uniuſcujuſque generis eſculentis ali. Ad haec, ejus aetatis homines terrae univerſae faciem nondum tenebant; ut quid itaque univerſam ſubmerſerit diluvium?

Quin & hiſce dubiis preſſi e grege Proteſtantium plerique in eam abierunt ſententiam, ut diluvium re ipſa non fuerit univerſale erga omnem penitus orbem terrarum, ſed ſingulare duntaxat erga aliquam orbis ampliſſimam regionem, vel ut ſummum erga eas tantum partes, quas tum homines inhabitarent; etſi illud verbis magnifice univerſalibus Moſes deſcriptum reliquerit Geneſ. 6. & 7. notum quippe eſt, nomine totius vel univerſae terrae aliquam tantum regionem numeroſam, & ſub voce omnium multos duntaxat homines apud ſacros Authores interdum deſignari, ajente *Auguſt.* epiſt. 149. alias 59. ad Paullin. *Scripturae mos eſt ita loqui de parte tanquam de toto*: quo plane ſyſtemate admiſſo, nodi omnes propoſiti alias inextricabiles facile diſſolvuntur, immo ſecantur. Ita quidem *Iſaac Voſſius* diſſ. de aetate mundi & epiſt. ad Andre. Colvium & aliis, *Abrahamus Myle* diſſ. proluſoria de diluv. univ. cum *Iſa. Peirero. Eduar. Stillingflecto*, aliis. Adde, quod praemiſſa Voſſii opinio, quum Romae in Congreg. Indicis examini ſubjiceretur an. 1685. ex voto Mabillonii tum Romae commorantis occaſione itineris ſui Italici, ab eadem Congreg. quaeſito, *nullum continet errorem capitalem, neque contra fidem, neque contra bonos mores: itaque tolerari poteſt & criticorum diſputationi permitti*. Habes hoc votum in oper. poſth. Mabillon. t. 2. a p. 59. edit. Paris. 1724.

Ni-

Nihilo tamen ſecius diluvium Noëmicum fuiſſe univerſale, totumque omnino mundum ſubmerſiſſe, ſecundum Moſaicam ejus deſcriptionem pro certo penituſque indubio tenendum eſſe cenſemus, cum vulgatiſſima Patrum, Interpretum, pluriumque gentium conſenſione. Quid vero? Multa ne in id ipſum militant adparentia, quae mox innuimus, argumenta? Sed ab *Eccleſ.* tamen monemur cap. 3. 22. *in pluribus operibus ejus* (Dei) *ne fueris curioſus; non eſt enim tibi neceſſarium ea quae abſcondita ſunt videre oculis tuis ... plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi*.

Nec dedecet quidem nos, velint nolint adverſarii, quum magna occurrunt myſteria, ad vim ſupernaturalem Dei operantis provocare; non ſecus ac ipſis Proteſtantibus uſuvenit quum agitur de Ss. Triade, de Incarnatione Verbi divini, aliiſque conſimilibus Sacramentis, eſto adverſum ea urgentiſſimae adpareant rationes depugnare.

Nec inſuper animum in hac ſubdifficili controverſia tam facile noſtrates deſpondent, ut ſi nonnulla demas miracula, quantum ad reliqua dent manus adverſariis & obmuteſcant. Pluribus cetera exponant & ab objectis propoſitis vindicare conentur ac pergant alii cum Auctoribus in cit. Tomo V. laudatis ad p. 162, nobis quippe ad ulteriora feſtinantibus non licet hac in materia diutius immorari.

16 *PERCUSSIT JOB ULCERE PESSIMO A PLANTA PEDIS USQUE AD VERTICEM CAPITIS.*

Job II. 7.




Plangit Job calamitatibus graviſſimis a Deo probatus.

Romae olim depicta imago in fornice cubiculi octavi ap. coemeterium SS. Marcellini & Petri inter duas lauros ex Boſ. in R. ſubt tab. 105. n. 3. = Hunc conſimiles occurrunt ſaepe in eiſdem Boſii tabulis.

FA-

17 *FACIES ET CANDELABRUM DUCTILE*. EXODI XXV. 31. ſqq.



PALMI DUO ROMANI *decitexrouixns.*

Iulius Candiotti fe.

Candelabrum a Moſe conflatum juſſu Domini.

Romae in arcu triumphali Titi, uti ſupra ad Tom. V. p. 162. n. 10.

Redit heic opportune ſub novo & adcuratiore typo noſtra de hoc eximio monumento, prout nunc exſtat, diſſertatio, quam loco mox citato coepimus, & brevitatis gratia intermittendam duximus. Pergimus ergo. Et in primis ad *Bern. Lamyum* ibidem laudatum ſe ſe convertit oratio.

Hic enim Cl. Auctor l. 2. de Tabern. moſai. c. 4. ſect. 3. ſub fin. col. m. 386. adfirmat indubitanter, Titum erexiſſe arcum illum in perenne victoriae ſuae monimentum. At minus tamen caute: ſiquidem haec in vertice arcus viſitur verſum Amphitheatrum Inſcriptio,

SENATVS . POPVLVSQVE , ROMANVS

DIVO . TITO . DIVI . VESPASIANI . F.

VESPASIANO . AVGVSTO

Et vero Romani veteres Imperatorem adhuc ſuperſtitem *divum* dixerunt nullum. Nec conjectare licet, arcui primum a Tito erecto poſt eius obitum Inſcriptionem adiectam eſſe: qua enim ratione tenuem huiuſmodi coniecturam ſubfulcias? Nobis vulgo conſentiunt Romani de rebus romanis perſcribentes, e quibus demum *Donat.* l. 3. c. 4. addit, Senatum Romanum iuſſu Traiani hoc Tito monimentum conſecraſſe. Unde & colligas oportet, documenti noſtri aetatem ad tempora ſaltem Traiani, qui ab an. Ch. 98. ad 117. regnavit, revocandam eſſe.

Subdit & ibidem *Lamyus*, Candelabrum & reliqua, quae innuimus Judaeorum ſpolia incendio templi Hieroſolymitani in acerbo bello fuiſſe conſumta, minime vero inde erepta & Romam adſportata, ſed eorum duntaxat imaginem in pompa triumphali praelatam. Undenam vero haec probat? Ex *Joſepho*, unico hiſtoriae teſte. Nam verbum, inquit, quo ille utitur ἐγκαταληφθέντα a λαμβάνω *adcipio* derivatum, ſignificat quidem intus adcepta e templo praedicta ſpolia; verum ſi legatur ἐγκαταλειφθέντα a λείπω, alius eſt ſenſus, nempe haec derelicta fuiſſe in templo, & cum ceteris combuſta. Heinc factum colligit, ut artifices romani ad decorandam triumphi pompam Candelabri effigiem conflaverint & arcui deinceps intmiſerint. Haec autem cogitavit Lamyus, ne typus Candelabri prout in arcu proſtat, ſuo officeret typo, in quo nempe repoſuit ſeptem ejus calamos, continentes totidem lucernas ad aequalem altitudinem adſurgentes; ſequutus nimirum hac in re Candelabrum Villalpandi; ſecus ac in typo noſtro, qui calamos altitudine tantillum inaequales refert.

At perquam tenuis, elumbiſque cuiquam videatur evaſio lamyana. Quippe omnes, quos viderim, Joſephi interpretes ἐγκαταληφθέντα legunt, vertuntque, ſpolia in templo reperta & inde adcepta, atque in pompa triumphi delata. Ita porro cum pluribus Joſephum exponit cit. *Havercamp.* „ Spolia vero alia quidem paſſim ferebantur, omnia autem ſupereminebant, quae in templo erant hieroſolymitano deprehenſa: menſa aurea, quae pondere plura talenta aequabat, & Lychnuchus ex auro ſimiliter conſtructus „ Ita ferme alii. Violenta

ergo,

ergo, nec veri quidem ſimili interpretaxione Lamyus, unus quem viderim, Joſephum in ſenſum detorquet ſuum.

Et vero, reponas ex *Hadr. Relando* ap.cit. Haverc., Joſephus ſic Lychnuchi vel Candelabri deſcriptionem proſequitur „ medius quidem ſtipes baſi impactus ſurgebat, ac tenues ab eo rami producebantur, ad fuſcinae ſimilitudinem poſiti, in quorum ſingulorum apice lychnus erat fabricatus: erant autem iſti ſeptem, numeri ſeptenarii honorem apud Judaeos indicantes „. Erant itaque rami, ſeu calami ad ſimilitudinem fuſcinae, ſeu tridentis, quo tanquam ſceptro inſigniri Jupiter conſuevit, poſiti; atque adeo aequalis erat eorum omnium altitudo. Ceterum haud illis omnimodam penes omnes calamos ſimilitudinem tridentis Joſephus adpinxit, ſed penes tres illos, qui in medio ſunt; quippe qui ſeorſim ab aliis quatuor lateralibus, figuram fuſcinae ſeu tridentis proprie referunt: quod ſi tribus illis ceteros adjicias, minime tridentis, ſed potius ſeptidentis figuram aut ſimilitudinem repereris. Romam igitur traoſlatum, & in triumpho delatum eſt Candelabrum Moſaicum jubente Deo exſtructum, ac deinceps, cit. Joſepho teſte, repoſitum in Templo Pacis, quod tum primum Veſpaſianus dedicavit. Et inde quidem, uti veri longe ſimilis conjectura eſt, illud artifex delineatum in perenne arcus monimentum feliciter retulit. Nec alium ſane prae iſto vetuſtiorem Caudelabri typum, quem exſcribere potuerint poſteri, uſpiam forſan exſtitiſſe putaverim.

Huic praeterea complures adjice typos ejuſdem Candelabri, praeter exhibitus a *Villalp.* & *Lamyo*, quos in coemeterio Hebraeorum via Portuenſi ſub eadem figura exſcalptos paſſim *Boſius* teſtis oculatus animadvertit ap. cit. *Aringh.* t. 2. l. 6. c. 46. ubi & ea, quae idem Candelabrum praeferebat chriſtiana ſymbola pie ac erudite cumulat: tum permultos alios, quos Scriptores adferunt; e. c. *R. Abraham B. David* in comment. de templo c. 20. *Hadr. Reland.* de ſpol. templi c. 1. 3. 4. *Murat.* in claſſe Inſcript. chriſt.

Anne vero Exſemplar noſtri typi Romam tum delatum illud ipſum fuerit, quod ſummi Nominis juſſu, ajentis Moſi *Exod.* 25. 40. *fac ſecundum exſemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt*, adcuratiſſime conflaverat Moſes, haud facile definieris. Quia enim exſemplar Prophetae oſtenſum liliis aureis, tribuſque duntaxat ſcyphis in modum nucis, totidemque ſphaerulis in ſingulis ſex calamis ex haſtili prodeuntibus ornatum erat; at in eo tamen, quod typus noſter repraeſentat, & lilia deſiderantur, & unoſquiſque ferme calamus pluſquam tres ſcyphos exhibet. Unde cenſuit alicubi *Villalpand.* in Ezechiel., nullam fere cum exſemplari ſimilitudinem referre typum noſtrum. Et Candelabri quidem Interpretes ſecus illud depingere conſueverunt cum laud. *Villalpando*.

Ceterum *Joſephus* de bello iud. l. 7. c. 24. ita de Candelabro Romam delato loquitur, ut adfirmare videatur, illud ipſum fuiſſe fabrefactum a Moſe, atque a gente Hebraea diligentiſſime adſerva-

tum, etſi tantiſper in aliam mutatum formam, quam apud Judaeos haberet; tum ſiquidem columna conſtabat baſi impoſita, e columna inſuper ſeptem veluti calami ſatis exſiles in triangulum deſinentes egrediebantur.

Porro Judaeis poſt captivitatem Candelabrum aureum una cum templo reſtitutum eſt: & illud quidem aetate adhuc Machabaeorum adſervatum videtur ex 1. *Machab.* 4. 49. Num vero hoc illud Moſaicum fuerit, aut unum aliquod ex illis decem, quae pariter aurea & in eundem uſum Salomonis juſſu ſancto Domini templo illata ſunt ex 3. *Reg.* 7. 49., aut illud item, quod templo Helena Adiabenorum Regina dono dedit & in pronao ſuſpenſum exſtabat ex *Thalmude* tr. Joma, ambigi merito poſſit.

Nihilo tamen ſecius conjectura veri ſatis ſimili concludere fas eſt cum cit. *Relando* c. 2. ap. Ugolin. in theſ. t. 9. a col. 1078. & Lycnuchum, ſeu Candelabrum Romam a Tito delatum eundem cum ſacro, quem Moſes conſtruxit, fuiſſe, & ejuſdem Lycnuchum Titianum verum eſſe typum. Primum etenim erui videtur ex relatione *Joſephi* cit. de bello jud. c. 24. alias 17. Eam intento animo expende. Quod ſi ejuſmodi non fuiſſet, poterat uno verbo, quod quidem deſideratur, Joſephus admonere. Secundum vero ex eo conſtare poteſt quod Lycnuchus Titianus in pleriſque ſatis ei conſonat, quem Moſi Deus conficiendum injunxit *Exod.* 25. 40. Enm profecto artifex haud ſatis adcurate exſcalpſit, quod ſine dubio prae primis colligas ex figuris romanis aut ethnicis, toto coelo diverſis ab judaicis, quas baſi Lycnuchi adjecit. Hoc autem excepto, putare licet Lycnuchum Titianum prae ceteris, quos alii Auctores praeferunt, prototypo ſacro maxime conſentientem eſſe. Conf. cit. *Reland.*

Adnotes inſuper velim, quod Lycnuchi noſtri imago a Relando tradita, utpote a delineatore adcuratiſſime exſcripta, curante ad preces ejuſdem Relandi Cl. *Juſto Fontanini*, praeſtat plurimum imagini, quam ex famoſo Bellorio prodidit cit. *de Rubeis* Romae adcola: quippe Relandiana, ſi perpaucas exceperis minutias, quas nos, ſumma uſi diligentia & adcuratione, in imagine noſtra emendari contendimus, cum typo noſtro Titiano peregregie convenit.

Jam vero, ut dogmatico tandem ſtilo loquamur, quod praedictae Candelabri imagines, Hebraeis olim adoptatae & exſculptae, ſacri codicis auctoritatem comprobent, nequit jure in dubium verti; notum quippe eſt, huic genti antiquum foedus cordi eſſe, nec alio apud eam titulo celeberrimos Candelabri ritus obtinuiſſe, niſi quod juſſus a Domino, ſecundum excerpta ab Exodo verba, eos Moſes primitus inſtituerit.

Typus autem in monumento Titi ab opifice pagano exculptus exinde commendat, illuſtratque ſacrum textum, quod vel ipſe neſciens effigiem dederit prototypi praeclariſſimi, quem non niſi ex eodem adteſtante divino volumine dignoſcere authentice ac inerranter quiſ-

quiſquam valeat. Quid? quod Candelabrum heic pagani deſcripſerunt tanquam immortale ſignum trophaei ex iis omnibus celeberrimi, quae ab Judaeis reportavit victor Titus. Quod autem ipſis victoriae ſignum fuit, nobis ſacri codicis, unde Candelabrum Hebraea gens illius authoritati devotiſſima excepit, luculentiſſimum teſtimonium eſt. Ergo a neſcientibus legem, legis documentum habemus.

18 *TULERUNT SACERDOTES ARCAM DOMINI*.
JOSUE VI. 12.



Hebraei Sacerdotes circumferunt humeris Arcam teſtamenti.
Romae olim ad parietem primi conclavis in coemeterio S. Calliſti depicta ex Bottar. t. 2. tab. 57. n. 2. = Legendus in hanc hiſtoriam Aringh. t. 2. l. 5. c. 14.

19 *DEUS MEUS MISIT ANGELUM SUUM ET CONCLUSIT ORA LEONUM ET NON NOCUERUNT MIHI*.
DANIELIS VI. 22.



Da-

Daniel duos inter leones innocuus.

Romae olim in coemeterio Priſcillae via ſalaria ap. Aringh. t.2.p. 275. = Hiſtoriam frequenter repraeſentant tabulae Romae ſubt. quibus aliam addit Ciampin. t.2. vet. mon. p.6. tab.6.

20 *ET AMBULABANT IN MEDIO FLAMMAE LAUDANTES DEUM.*
DANIELIS III. 24.



Tres pueri hebraei inter flammarum vortices illaeſi.

Romae olim depicta ad ſepulcrum Martyris Gratae in coemeterio Thraſonis via ſalaria ap. Marangon. in adpend. ad Acta S. Victorini p.86= Huic pares exſtant complurimae ap. tabulas R. ſubt. quibus aliam ſubjecit Gorius t.3. diptych. p. 68. tab. 8.

21 *EGO SUM ALPHA Α ET OMEGA Ω PRINCIPIUM ET FINIS, DICIT DOMINUS.*
APOCALYPSEOS I.8.



Chriſtus magnifice ſedens, habet in nimbo A ω. & in libro, quem ſiniſtra praefert, A ω.

Romae apud cit. Bottar. tab. IV. prope num. 23.

AGNUS

21 *AGNUS STABAT SUPER MONTEM.*

APOCALIPSEOS XIV. 1.



Agnus ſtat ſuper montem in Jordane, praefertque in nimbo ☧.

Romae ap. Bottar. proxime laudatum.

Similes proferunt Imagines idem *Bottar.* tab. XXII. 3. *Ciampin.* t. 1.vet.mon.p.26.& t.2 p. 58.tab.15.p.122.tab.37.p.148.tab.47.p.151.tab. 49.p.160.tab.52.& de ſacr.aedif.p.481.ta.13.*Goriust*.3.dipt.p.116.tab.16.

Quid vero plura e meſſe copioſiſſima colligam oportet? Alios quidem & alios hiſtoriae divinae typos dant ſparſim commentariorum noſtrorum paginae, ac deinceps dabunt. Sed unum tamen mire symbolicum heic opportune repetere lubet in ſingularem quatuor Evangeliorum commendationem.

22



Romae in Muſeo ſacro Vaticano Benedictino, uti ſupra ad Tom. II. p. 389. n. 31.

Habes in figuris, chartam manibus praeſerentibus, ad quatuor

ia-

ſacrae iconis angulos, peculiaria ſymbola, quibns vel ab inde ſeculis antiqniſſimis placuit Chriſti cultoribus veneranda quatuor Evangelia, eorumque Scriptores ad vivnm ſignificare, atque demiſſe percolere. Porro illa ſymbolico ſenſu qnatuor Evangeliſtis quamadpoſite tributa, deſumta ſunt ex viſione *Ezechielis* cap. 1. 10. & expeditius ex viſione *Apocalypſeos* 4. 7. ubi ſic legimns, *& in circuitu ſedis quatuor animalia plena oculis ante & retro: & animal primum ſimile Leoni, ſecundum animal ſimile Vitulo, & tertium animal habens faciem quaſi Hominis, & quartum animal ſimile Aquilae volanti.*

Quo deinde pacto ejuſmodi ſacra aenigmata ſingulis Evangeliſtis proprie adſcribantdr, pridem expoſnit *Hieron.* prooem. in S. Matth. in haec verba „ Haec igitur qnatuor Evangelia multo ante praedicta, Ezechielis quoque volumen probat, in qno prima viſio ita contexitur: & in medio ſicut ſimilitudo quatuor animalium, & vultus eorum facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aqnilae. Prima hominis facies Matthaeum ſignificat, qui quaſi de homine exorſus eſt ſcribere, *liber generationis Jeſu Chriſti, filii David, filii Abraham*: ſecnnda Marcum, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur, *vox clamantis in deſerto, parate viam Domini, rectas facite ſemitas ejus*: tertia vituli, quae Evangeliſtam Lucam a Zacharia ſacerdote ſumſiſſe initium praeſignrat: quarta Joannem Evangeliſtam, qni adſumtis pennis aquilae ad altiura feſtinans, de Uerbo Dei diſputat. „ His adcinit, eiſdem uſum Symbolorum interpretationibus, *Sacramentarium Gelaſianum* l. 1. §. xxxiv. ſub titulo *Incipit expoſitio Evangeliorum in aurium apertionem ad Electos* ap. *Murat* de Liturg. Rom. t. 1. col. 537. ſqq. Plura in hanc rem ſacri Interpretes in praeliminaribus ad ſacra Evangelia.

Ergo in hunc ſenſum ab Maximo Doctore expoſita, & vulgo apud Eccleſias recepta, noſtrae tabulae ſacra emblemata adjecit Artifex; quo forte denotaret, ſummae Triados myſterium, & Chriſti Domini Divinitatem & geſta ex infallibilibus quatuor Evangeliorum ſcriptis conſtare.

Sancti praeterea Evangelii auctoritatem, qua ſub eiſdem symbolis, qua ſub typis Evangeliſtarum conſcribentium complura e ſacra vetuſtate monimenta repraeſentant; atque adeo evincunt. Ex iis multa tradunt cit. *Ciampin.* t. 1. vet. monim. p. 226. tab. 65. p. 232. tab. 75. ac tom. 2. p. 69. tab. 20. p. 70 tab. 21 p. 80. tab. 24. p. 106. tab. 30. p. 121. tab. 36. p. 147. tab. 46. & cit. *Gor.* p. 32. tab. 5. poſt p. 92. p. 105. tab. 12 p. 116. tab. 16 ac tab. 26. ſub fin. voluminis: quibus adde symbola depicta in tegumento Evangelii, manu propria exſcripti a S. Euſebio Vercellenſi Epiſcopo, & poſtmodum a Berengario Rege auro, argentoque contecto; quod una cum eodem exſcripto Evangelio, poſt *Joſ. Blanchi.* noviſſime edidit *Jo. Andreas Jricius* in ſuo Codice Evangeliorum S. Euſebii, tom. 1 in praefat. poſt. p. xiv; tum figuras quatuor Evangeliſtarum cum ſuis Evangeliis, quas praefert *Codex* alter *Barberinus*, nuper a *Cl. Vezzoſio* vulgatus in editione operum Ven. Thomaſii, t. 5. in praefat. p. xxvi. n. xvii.

ERE

E RE DIPLOMATICA.

24 *Cuncta veloci pervolant curſu & Scriptura* teſtante, *quodcumque poſſumus, inſtanter operari debemus.*

LUDOVICUS PIUS Francorum Rex in prooemio celebratiſſimi Capitularis ſub init. (ap. *Carpentier.* ſaepius laudat. qui eam quoque particulam notis tironianis redditam recitavit pag. 2.)

Vides apertiſſime popularem ſub IX. Seculum traditionem de auctoritate ſacrae Scripturae, cujus nempe teſtimonio ſe ſe addictiſſimum profitetur piiſſimus Rex.

Pro auctoritate ſacri codicis hactenus.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

106 QUAESTIO III. Quid de auctoritate Traditionis ? ADSERO. Eam haud obſcure comprobant ſacri codices ubi plurium traditionum divinarum exſiſtentiam teſtantur : e. c. *Exod.* 13. 8. *Deuter.* 32. 2. *Judic.* 6. 13. *Pſ.* 43. 2 & 77. 5. & 1. *Cor.* 11. 2. & 2. *Theſſ.* 2. 15. & 2. *Tim.* 2 3. (*b*) Ejuſmodi vero, uti & reliquae ab Eccleſia acceptae traditiones, quod fidem & mores ſpectat, eadem cum S. Scriptura gaudent auctoritate, ex choro veterum Patrum (*c*) cum *Chryſoſt.* ajente (*d*) *traditio eſt, nihil amplius quaeras*, quoniam (*e*) *eadem fide dignae ſunt traditiones, ac ſanctae ſcripturae*. Eamdem inſuper infallibilitatis dotem Traditionibus adſcripſerunt *Patres* alii in Conciliis oecumenicis coacti (*f*).

107 Suffragatur manifeſta ratio. Quoniam fides ab exordio mundi coepit, adſervataque eſt ſola traditione uſque ad Moſen. Quin & lex Chriſti per aliquot annos in ejus Eccleſia floruit, priuſquam Evangelia conſcripta eſſent. Nec item abſque traditione conſtare poſſet, quod quatuor, nec plura ſint Evangelia, aliaque propemodum innumera ſacris codicibus non contenta.

OBJECTIONES.

108 Obj. Traditio non eſt regula fidei. Nam 1.° ſaepe Scripturae, & PP. rejiciunt Traditiones. 2.° ex Deuter. 4 & 12. & Apoc. 22. prohibetur aliquid addi Scripturae, aut Verbo Dei. 3.° a Moſe uſque ad Chriſtum nulla Traditio in eccleſia fuit neceſſaria: ergo neque modo.

(*b*) Ex vulgatiſſima Patrum & Interpretum expoſitione in ea loca.

(*c*) Eos videris ap. *Bellarm.* de Verbo Dei non ſcripto l. 4. c. 7 & ap. *Canis.* in catechiſmo cum notis *Petri Buſaei* ubi de praecept. Eccl. & tradit. a §. 2.

(*d*) Hom. 3. in 2. Theſſal.

(*e*) Hom. 4. in eamd. epiſt.

(*f*) Nimirum in *C. Nicaeno* I. ap. Theodoret. hiſt. l. 8. c. 8. *Synod. V.* generali act. 10. *Nicaeno* II. act. 1. *Tridentino* ſeſſ. 4.

4.° ex *Aug.* (*g*) in Scriptura reperiuntur omnia, quae continent fidem, moreſque vivendi; & ſecus quidem diminuta eſſet Scriptura: ergo Traditio ſuperfluit. 5.° quae de aure in aurem tranſeunt, niſi ſcriptis mandata ſerventur, mutantur, & injuria temporum corrumpuntur: ergo ex Traditionibus nihil firmum haberi poteſt.

109 ℟. *N. Aſſ.* Sola Traditione conſervata eſt in fidelibus lex Moſaica per 200. annos, uti & per aliquot annos in Eccleſia Chriſti lex priuſquam ſcripta eſſent Evangelia. Nec ſine traditione conſtare poteſt, quae Scripturae auctoritas ſit infallibilis, quae quatuor, nec plura ſint Evangelia, & alia innumera. Ad 1. prob. *D. A.* traditiones humanas, phariſaicas, & apocryphas, *C:* divinas totius Eccleſiae, quae verſantur in vera revelatione, & doctrina, dictata a Deo, ſeu a Chriſto, & ab Apoſtolis tradita, *N.*

110 Ad 2: ibi prohibentur additiones, corrumpentes Scripturam, vel ſcriptas humano ſpiritu, vel ejus verum ſenſum mutantes, quales erant olim Phariſaeorum traditiones, quas Chriſtus *Matth.* 15. perſtrinxit; non autem traditiones noſtrae, quas Spiritus S. dictavit. Ad 3. *N. A.* Tunc plura ex ſola Traditione credebant, e. g. libros vere canonicos, remedium pro delenda noxa originali pro feminis, & etiam pro viris ante diem octavum &c.

111 Ad 4: Aug. loquitur de iis, quae omnibus ad ſalutem ſunt ſimpliciter neceſſaria, & quae cunctis nefas eſt ignorari. Plura continet Scriptura tacite, & plura explicate, ſed non omnia, quae ſpectant ad integram fidei inſtructionem; & ulla quidem abſque imperfectione; nam divina lex credendorum per ſe non poſtulat, ut ſit ſcripta in tabulis, ſed in cordibus, uti promiſſa fuerat *Hierem.* 31. & expendit Paullus *Hebr.* 8. & 10. Ad 5. *D. A.* inſpecta praeciſe humana induſtria, *C:* ſpeciali Dei providentia, qua ſemper ſervata ſunt quae ad fidem, & ritus neceſſaria ſunt, quod potiori jure exſiſtimandum eſt de ſacra Scriptura, *N. A.* & *Con.* (*h*).

Favent inſuper egregia veteris eruditionis exempla.

(*g*) L. 2. de doctr. chriſt. c. 9.

(*h*) Conf. *Suar.* cit. s. 4. a n. 2. & 11. *Arri.* cit. a n. 14. *Bec.* a n. 41. *Gon.* heic d. 2. a n. 47. *Gamach.* heic c. 11.

CLASSIS III.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro auctoritate divinarum Traditionum.
E RE MARTYROLOGICA.

1 *Probus dixit, gladio ferieris, ſi non ſacrificaveris. Pullio reſpondit, fac quod tibi praeceptum eſt; me autem* Epiſcoporum, Presbyterorum & omnium Patrum, *quorum doctrinis imbutus ſum,* ſe-

ſequi tota veritate veſtigia oportet, *unde & omnia quae inferre volueris tota exſultatione ſuſcipio*.

S. PULLIO, uti ſupra (ex *Act*.citt.in Adpend. p.VIII. ubi de Sancto)

Praeclarum ſane pro auctoritate divinarum traditionum teſtimonium! Nullus equidem dubito, quin ſermo iſte Pullionis, viri quidem in ſacris dogmatis, Patrumque omnium doctrinis verſatiſſimi, Lectoris utique eccleſiaſtici, inerrantem Traditionem a Patribus exceptam reſpiciat; qua nempe communitus ad martyrium pro Chriſto ſubeundum *tota exſultatione* adcedat. Primum enim ne diis immolaret in divinam ſacri codicis auctoritatem animum intendit, quod Acta ſub eodem n. 3. in haec verba referunt, *Pullio reſpondit, quid hoc eſt? Probus dixit, ut ſacrifices. Pullio reſpondit, fac quod tibi praeceptum eſt, ego hoc facturus non ſum, quia ſcriptum eſt, ſacrificans daemoniis & non Deo eradicabitur*. Deinceps vero ut rationem ſuae in fide Chriſti conſtantiae ulteriorem reddat Probo, ad traditionem Patrum provocat, ardenter illico effuſo, quem perſcripſimus, ſermone.

E RE LITURGICA.

2 *Interrogat* (electum Epiſcopum qui eum examinat & conſecrat) *Vis Traditiones orthodoxorum Patrum .... veneranter ſuſcipere, docere, atque ſervare?* = *Reſpondet* (conſecrandus) *Volo*.

EX PERVETUSTO RITUALI PONTIFICALI ROMANO membranaceo in Ordine ad conſecrandum electum Epiſcopum (ap.*Murat*.de Liturg. Rom. t. 2. col. 435. e codice, quem, inquit, exſtare tum ap. Clariſſ. Equitem Maffejum.)

Haec quidem conſecrantis, Romanae Eccleſiae nomine interrogatio non modo reſpicit Traditiones divinas, a Patribus orthodoxis exceptas, quas Epiſcopus ſibi debet ex animo adſciſcere, gregemque ſuum docere (id quod per ſe ſe patet contra adverſarios traditionum quoslibet) verum etiam traditiones humanas, aut ritus communes a Patribus olim inſtitutos, in more poſitos, ac etiam tum vigentes, quum novus Epiſcopus conſecratur, eoſque ſervare jubetur. Porro traditiones, ſeu veteres conſuetudines apud coetum quemlibet inſtar legum ſunt.

E RE DIPLOMATICA.

3 *Quia juxta Sanctorum Patrum Traditionem novimus res Eccleſiae vota eſſe fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non ſolum habita conſervare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus*.

Digitized by Google

LUDOVICUS PIUS Francorum Rex in famoſo Capitulari alias ſaepe memorato, cap. I. ſub init. (ap. laudatum ejuſdem Interpretem & formis Tironianis illuſtratorem *Carpentier* p. 4. ſq.)

En tibi hujuſce Regulae fidei auctoritatem ex populari traditione, quam Ludovicus Capitulari praeſtat ſuo, quemadmodum mea opinione documenta liturgica traditionem eccleſiaſticam ſe ipſis loquuntur. Quo plane videris, & Eccleſiam docentem, & populum edoctum in illud, quod exponimus dogma ſancte conſpirare.

EX RITIBUS IMPERATORUM GRAECIAE.

4 Καὶ μετα τῦτο, ἔτι στέργω καὶ ὁμολογῶ βεβαιῶ τὰς ἀποστολικὰς καὶ θείας Παραδόσεις.

Videlicet

Praeterea amplector, confiteor & adprobo
apoſtolicas & divinas Traditiones.

EX CONFESSIONE FIDEI RECITARI SOLITA APUD GRAECOS AB IMPERATORE IN CORONATIONE (ap. *Georg. Codinum Curopalatam* de officiis, & officialib. magnae Eccleſiae & Aulae CP., a *Gretſero* latio donata, cap. 17. p. m. 83. edit. Paris. 1625.)

Porro ejuſmodi praeclaram fidei confeſſionem, vel ſcripto, vel voce tenus ſemper fuiſſe praeſtitam ab Imperatoribus Graecis, ex quo ſacro diadematis ab Eccleſia ſuſcipiendi ritu honorari coeperunt, ſatis veriſimile fit ex iis quae in hanc rem diſcimus ex *Evagr.* l. 3. c. 32. *Paullo Diac.* hiſt. miſcell. l. 17. & 21. c. 24. *Niceph.* l. 16. c... ubi de Macedonio Patre & Anaſtaſio Imp. *Zonara* t. 3. in Michaële ſub init. Morem enim piiſſimum ab Theodoſio ſeniore ferme initium ſumſiſſe, & ad ſeros uſque Imperatores perduraſſe ſuſpicamur cum *Iſaaco Haberto* in Ἀρχιερατικῷ, ſeu libro Pontificali Eccleſiae graecae ubi de ritu coronationis Imperatoris, obſervat. 3. p. m. 632. Idem conſulitor.

Hactenus de divinis Traditionibus in genere adceptis. Quod ſi lubeat ad peculiares aliquas deſcendere veritates, quae ſola traditione per manus a Patribus adceptae conſtant, & certa fide creduntur; duo prae ceteris, liturgicis documentis exornanda ſeligo dogmata: I. videlicet Tranſubſtantiationem Euchariſticam, & II. Sanctorum Magorum adorationem Chriſti ceu veri Dei. En illa.

RURSUM E RE LITURGICA.

PRO TRANSUBSTANTIATIONE EUCHARISTICA.

5 *Haec facimus, Domine ... ut deſcendat hic benedictio tua ſuper hunc panem, & calicem in transformatione Spiritus tui ſancti; uti haec benedicendo benedicas, ſanctificando ſanctifices ...*

E MISSALI GOTHICO IN MISSA S. LUDEGARII POST SECRETA (ap. laud. *Mabillon.* de liturg gallic. l. 3. p. 284. ſq.) Plu.

Plura id genus praeſto erunt *inferius* in Par. IV. ubi de Ss. Euchariſtia qua Sacramentum eſt.

Jam vero licet ex ſacris literis, ubi de ſacramentali formula *hoc eſt corpus meum, hic eſt ſanguis meus* ap. *Matth.* 26. 26. *Marc.* 14. 22. *Luc.* 22. 17. & 1. *Cor.* 11. 23. qua Chriſtus in ſacerrima Euchariſtiae inſtitutione uſus eſt, manifeſto habeamus veram Domini praeſentiam ſub ſymbolis conſecratis; non ita vero perſpicuam habemus mutationem deſinentis panis & vini ſubſtantiae in Dominicum corpus & ſanguinem. Fieri ſiquidem potuit, ut manentibus etiam panis & vini ſubſtantiis corpus & ſanguis Domini adcederet, quin eorum permanentia, aut verae Inſtitutoris praeſentiae, aut effectis ab eo intentis e tanto Sacramento proditoris obeſſet quidquam; quemadmodum tenet communior Theologorum opinio cum *Suar.* in 3. p. t. 3. d. 49. ſ. 1. §. *Dico tamen primo.* ubi ex omni Schola adſentientes plures adfert.

Plerique porro Theologi ſatis contendunt ex adducta formula conſecratoria tranſmutationem ſubſtantiae panis & vini in corpus, ſanguinemque Chriſti elicere; at licet ingenioſe multa conjectent, certum tamen, me judice, convincunt nihil, ubi certo non probant eam immutationem ex placito divini Inſtitutoris Sacramento adnexam. Undenam ergo hanc ex divino placito mutationem, quam non niſi ſatis oblique & ſubobſcure ex ullo ſacrae paginae loco colligat quiſquam, ut certam novit ſemper Eccleſia, & tanquam fidei dogma, quod *Tridentinum* ſeſſ. 13. cap. 4. innovavit, tenendam conſtituit? Ex ſacra utique Traditione didicit inerranter, eam primum Apoſtolis Chriſtum, & eccleſiaſticis Paſtoribus deinceps Apoſtolos revelaſſe. Traditione, inquam, legitima quam pene ad evidentiam praeſtant ſincera Patrum, Doctorumque ſcripta, perpetuuſque totius orthodoxi orbis adſenſus a prima chriſtiana aetate uſque modo; quidquid contra varii Acatholicorum infandi greges cum Berengario, Huſſo, Luthero imprudenter, impudenterque reclamarint. Haec & tanta quidem eſt apud Eccleſiam Chriſti legitimae Traditionis auctoritas erga dogma fidei ab documento noſtro adſertum! Patres illos, perpetuumque conſenſum, quibus traditio conſtituitur, dabimus *infra* ubi de Ss. Euchariſtia. Interim lege ſis *Theologos* ubi agunt de Euchariſtica tranſubſtantiatione, & *Antonium Arnaldum* in 3. tomis de perpetuitate fidei catholicae eccleſiae in Ss. Euchariſtiam, etiam ubi de tranſubſt.

PRO DIVINA SS. MAGORUM ADORATIONE.

6 *Deus qui hodierna die Unigenitum tuum gentibus ſtella duce revelaſti, concede . . .*

E LIBRO SACRAMENTORUM ROMANAE ECCLESIAE, QUEM S. GREGORIUS M. COLLEGIT, IN MISSA DE EPIPHANIA, ORATIONE 1. (ap. *Menard.* in expoſit. ejuſdem Sacramentarii ad eum diem.)

Eandem hodierna eccleſia romana precationem recitat ad Miſſam hujuſce ſollemnitatis.

Tu

7 *Tu es, Domine, ſtella veritatis oriens ex Jacob, homoque conſurgens ex Iſrahel: & in novo sydere oſtenderis Deus, & in praeſepio poſitus Deus & homo unus crederis Chriſtus; propter magnam...*

EX ORATIONALI GOTHICO HISPANO IN DIE ADPARITIONIS DOMINI IN ORATIONE ALIA AD MATUTINUM (ap laud. *Joſ. Blanchin.* in eodem Orat. p 49.) Conſentit *Miſſale Mozarabicum*.

His adjicere liceret complura id genus teſtimonia ex modo adductis Codicibus liturgicis, immo ex quibuſque fere ceteris ubi adorationem Magorum in die ſancto Epiphaniae recolunt. Quo videris pervetuſtum, conſtantem, & unanimem eccleſiarum conſenſum in divinam Magorum adorationem, qua nempe coelitus praecognitam Chriſti Jeſu Divinitatem, in terram Orientalium more procidentes, venerabundi ſuſpexerint, ac teſtarentur.

Eandem pari adſenſu veritatem nobis ob oculos commonſtrat Traditio, ex ſcriptis Patrum, Doctorumque ſententiis legitime conflata. Eam quippe diſertis verbis adfirmant *Juſtin.* in dial. cum Tryph. *Iren.* l. 5. c. 10. *Orig.* l. 1. cont. Cels. *Nazianz.* orat. 38. *Baſil.* tr. de hum. Chriſti generat. *Chryſoſt.* in Matth. hom. 7. & 8. *Hieron.* in pſal. 44. *Hilar.* in Matth. can. 1. Auctor vulgo *Imperfectus* hom. 2. in Matth. ad c. 2. 2. *Auguſt.* ſer. 1. de Epiph. *Ambros.* de fid. ad Gratian. l. 1. c. 2 & in Luc. c. 2. *Petr. Chryſol.* ſer. 158. *Fulgent.* ſer. de Epiphan. *Maxim Taurin.* hom. 3. de Epiph. *Sedul.* ep. paſch. l. 2. *Iuvenc.* in hymno de Epiph. *Caeſar.* dial. 2. interrog. 207. *Gregor.* M. hom. de Epiph. *Ivo Carnotens.* ſer. de eodem feſto, *Bernar.* ſer. 2. de Epiph. *Pſeudo Cyprian.* de oper. Chriſti cardinal. ubi de ſtella & Magis, *Guerric.* Abbas ſer. 2. de Epiph.

Praenobilium iſtorum teſtium agmen claudat ſapientiſſimus ille *Chalcidius*, profeſſione Platonicus IV. exeunte Seculo, nonnullis ethnicus, aliis vero cum *Bruckero* chriſtianus. Hic autem commentario in Timaeum Platonis, quem Oſio ſuo inſcripſit fol. m. 36. edit. Ang. Juſtiniani de an. 1520. haec in rem noſtram perſcripſit „ Eſt quoque alia ſanctior & venerabilior hiſtoria, quae perhibet, ortu ſtellae cujuſdam non morbos, morteſque denunciatas, ſed deſcenſum Dei venerabilis ad humanae conſervationis, rerumque mortalium gratiam: quam ſtellam cum nocturno itinere ſuſpexiſſent Chaldaeorum profecto ſapientes viri, & conſideratione rerum coeleſtium ſatis exſercitati, quaeſiſſe dicuntur recentem ortum Dei, repertaque illa majeſtate puerili veneratos eſſe, & vota Deo tanto convenientia nuncupaſſe: quae tibi multo melius ſunt comperta, quam ceteris. „ Haec ille Traditionis eximius teſtis.

Quod ſi ad Biblicos ſacri codicis cum veteres, tum recentiores Interpretes in *Matth.* 2. 11. ubi Magorum obſequia memorantur, provocare lubeat; vel omnes plane nobiſcum ſunt, vel perquam rari erunt, qui

qui cum *Eraſmo*, *Grot.San.Baſnag.Ric.Simone* palam adverſentur. Unum e ſexcentis & amplius audire praeſtat *Cornel.A lapide* in adductum ex *Matth.* locum in haec verba diſſerentem, „docent Patres & Interpretes, Magos inſtinctu Dei agnoviſſe Chriſti divinitatem, eamque latria adoraſſe, ideoque ei thus, quod ſoli Deo debetur, obtuliſſe ... Heinc dies hic a Graecis (adde, & Latinis) vocatur *Epiphania* & *Theophania*, id eſt Dei adparitio, quod Chriſtus eo die Magis declaratus ſit eſſe Deus, ac ut Deus ab eis adoratus „.

Hoc vero, quod poſtremo loco ex Cornelio audivimus, genuinam nobis patefacit cauſſam, cur dies hic inter ſollemniſſimas totius anni celebritates quaſi maximus & Graecis & Latinis habeatur; quid enim Verbo in carne adſumta dignius & illuſtrius, quam ut Gentes vix natum, ceu verum Deum coelitus cognitum adorarint; quo plane teſtimonio & Ariani, & Sociniani & quicumque alii in poſterum Verbo Patris Deitatem adimerent, in anteceſſum funditus profligarentur? En tibi ſollemniſſimum dêmonſtratae Gentibus Deitatis Verbi triumphum, quem univerſa Eccleſia, ab Spiritu ſancto edocta tanto adparatu concelebrat.

Jam vero dum eccleſiaſtica ex omni aetate Traditio tam frequenti praeclaroque adſenſu in divinam hujuſmodi Magorum adorationem conſpirat, nullus dubito, quominus ea inter fidei dogmata recenſenda ſit. Quam enim hac firmiorem obtinent traditionem perplura dogmata, quae ſola Traditio qua talia credenda praecipit? Retulit quidem generatim cit. *Matthaeus* Chaldaeorum adorationem, *& procidentes adoraverunt eum*; Eccleſia tamen, Patres, Doctores uno adſenſu locum de divina, ſeu uni Deo debita adoratione interpretati ſunt. Quid autem ulterius ad conſtituendum fidei dogma requiras, ſi teneas, perpendaſque *Tridentinae Synodi* decretum de explicatione Scripturarum ad ſeſſ 4.? Pluribus adſertum perfacile confirmare liceret, at otium crearunt qui nobis praeiverunt Clariſſ. doctrina & critice Viri *Boſſuet.* in docum. paſtor. 1. *Honorat. a S. M.* in animadv. in reg. crit. t. 2. l. 3. diſſ. 4. art. 5 ſqq. *Faſſon.* in diſſ. ſingul. *Trombel.* in vita M. Ss. t. 3. par. 1. d. 25. quaeſtiunc. 1. c. 1. ſq. quos adire ne pigeat.

Hoc ergo gaudet Verbi Divinitas ſancto dogmate, quod ab ipſa revelatum ad nos uſque ſine ſcripto tranſmiſerunt Apoſtoli. Quo videris quanta ſit ſacrae Traditionis auctoritas, quantoque ipſa jure regula fidei ſit.

---

112 QUAESTIO IV. Quid de auctoritate Eccleſiae univerſalis? RURSUM QQ. DOGM. SCHOL.

ADSERO. Hanc & diſtribute docentem & credentem fidei dogmata diſerte probant infallibilem ſacrae paginae: e. c. *Matth.* 18. 17. *Act.* 20. 18 *Ephes.* 4. 12. & 1. *Tim.* 3. 15. ubi etiam, uti alias, jure ſuſpiciunt ſacri Interpretes fidei perpetuae dotem in Eccleſia ſponſa Chriſti; quibus

bus uno quaſi ore adcinunt ſaepe *PP.* (*hh*).

113 Et rationi quidem valde coſonum eſt, ut quae eſſentia ſua ſancta eſt, ſimulque columna & firmamentum veritatis ſub Chriſto capite, haereſi nequaquam maculetur vel etiam invincibiliter; alias nempe & ei deficeret promiſſa S. Spiritus adſiſtentia, & nobis in dubiis circa fidem & mores recurſus infallibilis ad inerrantem Eccleſiae ſenſum, ad quem utique remittimur ab *Aug.* (*i*) & *Ambr.* (*k*).

O B J E C T I O N E S.

114 Obj. Eccleſia univerſalis non eſt regula fidei. Nam 1.° Eccleſia ſic ſumta, nempe toto orbe chriſtiano diſperſa, eſt congregatio mere humana, cui non eſt promiſſa infallibilitas: ergo decipi poteſt vel docendo, vel credendo falſum, ſaltem invincibiliter. 2.° Synagoga, quae erat vetus Eccleſia, ſaepe a fide defecit; & nova deficiet, ſaltem Antichriſti tempore, de quo Chriſtus Luc. 18. *quum venerit Filius hominis, putas ne, inveniet fidem in terra?* 3.° Eccleſia comparatur lunae, quae ſaepe deficit. 4.° quaelibet pars Eccleſiae poteſt errare in fide; ac ſaepe plures partes errarunt ex ſingulis ordinibus multi ſcilicet Pontifices, Epiſcopi, Presbyteri, laici: ergo & poſſunt ſimul omnes errare. 5.° ex Hier. (*l*) *ingemuit totus orbis, & Arianum ſe eſſe miratus eſt.*

115 ℟. *N. Ant.* Ex teſtimonio ejuſdem Lutheri (*m*) quod impenſe laudamus & amplectimur, *Eccleſia nec debet, nec poteſt mendacia & errores docere, nec in unico quidem articulo.. & qui poſſet aliud fieri, quum os Dei ſit os Eccleſiae?.. Deus non poteſt mentiri, ita nec Eccleſia.* Ad 1. prob. *D. A.* Eccleſia ſumta ſeorſim diſtributive quantum ad ſingulas ſuas partes, *Eſto*: ſumta indeterminate quantum ad partes neceſſarias ad veram Eccleſiam viſibilem conſtituendam, *N.* Sic enim competit Eccleſiae infallibilitas erga credenda; hoc ſiquidem pacto verum eſt, quod nequit errare qui ſentit, quod univerſa Eccleſia ſentit. Et *D.* reſp. *Con.*

116 Ad 2: nunquam defecit Synagoga, quia tempore Moſis, ipſe, Levitae, Sacerdotes, qui erant numero complurimi, in fide permanſerunt; tempore Eliae, Iſaiae, Jeremiae permanſit verus Dei cultus in templo Salomonis; & nunquam tempore legis veteris veri Dei cultores defuere; nec Chriſti tempore defecit a fide Synagoga, ſed ceſſavit, utpote umbra, ad ſolis lucem abolenda. Deinde quamdiu vivet Eccleſia, tametſi ſub tempora Anti-chriſti multum adflicta & obſcurata, perdurabit ejus fides ex Chriſti promiſſione, *Matth.* 28. 20. Adducta Chriſti verba ſolum innuunt (*n*) quod *quum Chriſtus adparuerit, magna erit raritas electorum*, quod & idem Chriſtus indicarat *Matth.* 24. 24.

117 Ad 3: non in omnibus comparatur lunae, ſed quatenus lumen a Chriſto accipit, ſicut illa a ſole, vel quatenus inſtar lunae ſenſim cre-

(*hh*) Ec.*C. Ephes.* in epiſt ad Neſtorium, *Tertull.* l. de praeſcript. cc. 21. 28. 36. *Iren.* l. 3. c. 3. alias 2. *Cypr.* epiſtolar. l. 4. ep. 9. *Hieron.* in c. 4 Iſaiae, *Aug.* l. 28. contra Fauſt. c. 2. & l. 33. c. 9.

(*i*) L. de util. cred c. 8. & 17.

(*k*) L. 3. de fide c. 77.

(*l*) Dial. adv. Lucif.

(*m*) In tr. de veteri vera Eccl.

(*n*) Ap. *Bed.* ibi.

erevit. Ad 4. *D. A.* quaelibet pars in ſe ſpectata, & ſibi relicta, *Eſto*; comparate ad unam, veram, & perpetuam Eccleſiam, in ſpeciali Dei providentia & promiſſione fundatam, *N. A.* & *Con.* Teneor itaque fide credere quidquid ita credit univerſa Eccleſia. Ad 5: Hier. loquitur per exaggerationem;tunc enim, nempe ſub tempora Conc. Ariminenſis an. 359. firmius in fide perſtitit Clerus Romanus cum Papa Liberio poſt lapſus reſipiſcentiam; firma & Gallia cum Hilario; plurimaeque Orbis plagae (*o*).

Nec inſignia porro deſunt ſanctae huic veritati comprobandae teſtimonia vetera.

(o) Conf. *Suar.* cit. *s.* 6. a n. 2. & 10. 12. *Gonet* heic d. 3. a n. 14. *Becan.* cit. *Rhod.* heic q. 2. s. 5. §. 2. *Gamach.* heic c. c. 4. n. 41.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro auctoritate Eccleſiae.* **CLASSIS IV.**

E RE LITURGICA.

1 *Vere dignum. Qui Eccleſiam tuam in Apoſtolica ſoliditate fundatam, ab infernarum eruis terrore portarum; ut in tua veritate conſiſtens, nulla recipiat conſortia perfidorum. Per &c.*

Tum, *Vere dignum. Qui Eccleſiam tuam ſempiterna pietate non deſerens, per Apoſtolos tuos jugiter eam & erudis, & protegis. Per &c.*

E SACRAMENTARIO VULGO LEONIANO AD PRAEFATIONES MISSAE VI. ET VII. IN NATALI APOSTOLORUM PETRI ET PAULI (ap. *Ballerinios* in edit. oper. S. Leonis t. 2. col. 38. & ap. cit. *Murat.* t. 1. col. 334. ex antiquiſſimo Codice Veronenſi, primum edito a Jos. Blanchino.)

Illa profecto verba *in tua veritate conſiſtens*, & *Eccleſiam tuam ſempiterna pietate non deſerens* dogma noſtrum aperte produnt, egregieque confirmant. Quid enim aliud eſſe putes, Eccleſiam in veritate conſiſtere, quam eſſe *columnam & firmamentum veritatis* ex 1. *Timoth.* 3. 15.? Et quid rurſum aliud, Dominum ſempiterna pietate non deſerere Eccleſiam, quam ei nunquam non adſiſtere, ne unquam a vero aberret Sponſa ſibi dilectiſſima, praeprimis in ſummo omnium negotio, quod fidem ſpectat? Quo quidem, me judice, praecipue tendit promiſſio illa celeberrima, qua Chriſtus Dominus, ex vulgatiſſima Interpretum expoſitione Eccleſiae fidem, ſpemque communivit ex *Matth.* 28. *ecce Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſumationem Seculi*. Neque vero alio eget interprete textus hic Leoni I. vulgo adſcriptus, quam Leone. Hic enim epiſt.31.ad Pulcheriam Auguſtam agens de abolendis Eccleſiae ſtudio & opera erroribus, quibus concilium, aut potius latrocinium Ephesi-

heſinum II. fidem ſanctam temeraverat, in ſpem remedii, optatique eventus veniſſe teſtatur, eo praecipue, *quia* NON DESERIT ECCLESIAM SUAM *divina protectio, dicente Domino, ecce Ego vobiſcum ſum* &c. Confer amabo verba haec cum productis in rem noſtram e Leoniano Sacramentario.

2 *Vere dignum. Qui ſecundum promiſſionis tuae ineffabile conſtitutum, Apoſtolicae confeſſioni ſuperna diſpenſatione largiris, ut in veritatis tuae fundamine ſolidata nulla mortiferae falſitatis jura praevaleant.*

EX IPSO SACRAMENTARIO IN PRAEFATIONE MISSAE I. IN EODEM FESTO (ap. laud. *Murat.* t. 1. col. 330. ſq.)

Haec quidem Praefatio etiam *Balleriniis Fratribus* mox citatis ubi de hoc Sacramentario, col. 35. nota 27. ſicut & plura in ſequentibus hiſce feſtis, Leoniana videtur.

Porro clarius, praeclariuſque mihi eſt teſtimoninm, quam ut ullo egeat commentario, aut illuſtratione qualibet. Paris itidem conditionis eſt quod mox ſubjicimus.

3 *Vere dignum. Tu etenim tribuis, Domine, ut praedicationis Apoſtolicae claritatem nulla juris inferni ſubdola doctrina ſubvertat, nulla praevaricatio veritatis offuſcet...*

EX PRAEFATO SACRAMENT. IN PRAEFAT. MISSAE IV. IN IPSO NATALI DIE PETRI ET PAULLI (ap. citt *Ballerin.* col. 36. & *Mur.* col. 332.)

4 *Vere dignum. Quia tui operis, tuaeque virtutis eſt, ut beatorum Apoſtolorum Petri & Paulli glorioſa confeſſio ... nec capiatur unquam falſis, nec perturbetur adverſis...*

EX EODEM SACRAMENTARIO IN PRAEFATIONE AD MISSAM ALIAM XXI. DE IPSIS APOSTOLIS PETRO ET PAULLO (ap. cit. *Murat.* col. 340. & *Ballerin.* col. 43.)

Citra omnem dubitationis aleam loquitur heic S. Pontifex *Leo* de confeſſione, hoc eſt de fide, quam Eccleſia catholica romana confeſſione potiſſimum Petri Apoſtoli erudita, & condita profitetur. Immo hiſce verbis ipſe *Leo* mihi adludere videtur, ſeu potius brevi compendio tradere quae idem in ſerm. 2. docuit de confeſſione, ſeu fide Petri comparate ad fidem Eccleſiae. Sic ille dogmatice ac eleganter in rem noſtram diſſerit. „ Soliditas enim illius fidei, quae in Apoſtolorum Principe eſt laudata, perpetua eſt: & ſicut permanet quod in Chriſto Pe-

Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Chriſtus inſtituit,, Eccleſia videlicet ejuſque fides, juxta illud ex *Matth.* 10. *tu es Petrus & ſuper hanc petram aedificabo eccleſiam meam, & portae inferi non praevalebunt adverſus eam.*

„ Hoc enim obtinuit, dilectiſſimi (paucis interjectis pergit S. Pontifex), illa confeſſio, quae a Deo Patre apoſtolico inſpirata cordi omnia humanarum opinionum incerta tranſcendit, & firmitatem petrae, quae nullis impulſionibus quateretur, adcepit. In univerſa namque eccleſia, *tu es Chriſtus filius Dei vivi* quotidie Petrus dicit, & omnis lingua, quae confitetur Dominum, magiſterio hujus vocis imbuitur. Hec fides ... tanta divinitus ſoliditate munita eſt, ut eam neque haeretica unquam corrumpere pravitas, nec pagana potuerit ſuperare perfidia. „ Hic quidem ſenſus Leonianae Praefationis; haec illius compendii explicata diſſertatio.

Sed & alias id ipſum confirmavit *Leo*, cujus, ut cetera mittam, illa ſunt praeclara verba in epiſt. olim. 40. ad Anatol. Epiſ. Conſtantinopolitan. cap. 1. „ ut per Sacerdotis(Romani ſcilicet Pontificis) probabilem fidem merito praeſumamus, quod tota Eccleſia eidem credita, nec rugam cujuſquam ſit erroris habitura, nec maculam, dicente Apoſtolo 2. *Cor.* 11. 2. *deſpondi enim vos uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto*; illa eſt enim virgo Eccleſia, ſponſa unius viri Chriſti, quae nullo ſe patitur errore vitiari „ Dixeris plane, Leonem haec, aliaque plura Sacramentarii ſtromata ſuis commentariis interpretatum eſſe, aut illius auctorem, ſi quis alter fuerit, Leonis ſtilo ac ſententiis imbutum e leonianis commentariis ea eſſe mutuatum. Quod vero eidem Leoni maxime uſitatum fuerit ſua repetere atque tranſcribere, ſeu explicatius proponere, ex epiſtolis ejuſdem ſatis ſuperque liquet. (Conf. *Ballerinios* citt. t. 1. col. 328. ſq.) Confeſſio itaque, ſeu fides eccleſiae, quae cum fide Apoſtolorum Petri & Paulli eadem eſt, *divina operante virtute nunquam capitur falſis*, ſeu, quod in idem recidit, *nullo ſe patitur errore vitiari*. Nefas itaque ſit eccleſiam definientem aut credentem ceu Regulam fidei non revereri.

In eundem praeterea ſenſum plura nos interpretamur id genus documenta, quibus pergimus e theſauro ejuſdem eccleſiae depromtis argumentis ſanctum dogma conſtabilire.

5 *Deus, cujus Spiritu totum corpus Eccleſiae multiplicatur & regitur ...*

E SACRAMENTARIO GELASIANO IN VIGILIA DE PENTECOSTEN AD MISSA ORAT. II. (ap. cit *Murat.* t. 1. col. 599.)

Sanctiſſimo quidem Triados Spiritu *regitur totum corpus Eccleſiae*; at praecipue quum definienda ſunt aut credenda fidei dogmata, quippe quae abſque peculiari Spiritus directione aut adſiſtentia nequeunt inerranter definiri ab eccleſia docente, aut ab eccleſia audiente ſalutariter credi. Quis ſanae mentis haec diffiteri audeat? Sed & hanc directionem

 Spi-

Spiritus promiſit eccleſiae Chriſtus Dominus, diſceſſurus ad Patrem; verbis illis ap. *Joan.* 14. 16. *Ego rogabo Patrem & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiſcum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non poteſt accipere ... vos autem cognoſcetis eum, quia apud vos manebit.* Et ℣. 26. *Paraclitus autem Spiritus ſanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & ſuggeret vobis omnia quaecumque dixero vobis.* Tum ap. ipſum *Joan.* 16. 13. *quum venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.*

Haec quidem Servatoris noſtri promiſſa ſuis olim Apoſtolis, ac in ipſis toti ſubinde corpori ſponſae ſuae eccleſiae magnifice indulta. Hoc dono dignius & ſublimius quidquam aliud ex iis quae conceſſa eccleſiae ſunt, plane non videris. Heinc jure optimo eccleſia vix ad celebrandum ſancti Spiritus pervigilium accedit, illud gratiſſimo animo coram Deo commemorat.

6 *VD Qui Eccleſiam tuam ſempiterna pietate non deſerens, per Apoſtolos tuos jugiter & eam erudis & protegis. Et ...*

E LIBRO II. SACRAMENTAR. GELASIANI IN PRAEFATIONE AD MISSAM IN NATALI OMNIUM APOSTOLORUM (ap. eundem *Murat.* t. 1. col. 658. ex Codice Thomaſiano.)

Erudiri eccleſiam per Apoſtolos nihil eſt aliud, quam doctrinam ab Apoſtolis vel voce, vel ſcriptis traditam, apud quam eſt depoſitum fidei, prorſus illibatam jugiter conſervari.

Vides, celebrari olim in romana eccleſia commune omnium Apoſtolorum feſtum, quod etiam vigilia praecedebat, tametſi ſuus eſſet cuiquam ſingillatim Apoſtolo feſtus dies, puta Petro, Matthaeo, Thomae &c. quemadmodum hodiernis inſtitutis commune Sanctis omnibus feſtum cum pervigilio dicamus, ſuumque deinde peculiare eiſdem Sanctis per circulum anni.

Eandem Praefationem, quantum ad jugem Apoſtolorum eruditionem legimus apud *Sacramentar. Gregorian.* nono Kalendas Septembris in natali S. Bartholomaei Apoſtoli, exſcriptum ab ipſo *Murat.* t. 2. col. 331. tum apud *Miſſale Francorum* in Miſſa de uno Martyre, ibidem col. 685.

7 *Excita Domine potentiam tuam & veni: & quod Eccleſiae tuae uſque in finem ſaeculi promiſiſti, clementer operare. Per ...*

EX EODEM LIBRO IN ORAT. DE ADVENTU DOMINI (ap. laud. *Murat.* col. 680.)

Adluditur ad promiſſum Chriſti Servatoris mox expoſitum, ex *Matth.* 28. *ecce Ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſeculi.* Eandem praefert pro tempore Adventus deprecationem *Gregorianum Sacramentarium* ap. eundem *Murat.* t. 2. col. 138.

8 *Vere dignum &c. æterne Deus. Qui Eccleſiam quam in tuis fidelibus ubique pollentem Apoſtolicis facis conſtare doctrinis, præſta quæſumus, ut per quos initium divinae conditionis accepit...*

E SACRAMENTARIO GREGORIANO IN PRAEFATIONE AD MISSAM S. MATTHAEI EVANGELISTAE (ap. cit. *Murat.* t. 2. col. 335.)

Apoſtolicis conſtat doctrinis eccleſia, ſingulari, perpetuaque cura providente Domino; quoniam in doctrinis dogmaticis nihil unquam tenuit, immo nec tenere poteſt, niſi quod didicit ab Apoſtolis ex quo divinae congnitionis initium ab eiſdem accepit. En tibi *Apoſtolicam* eccleſiam, quaſi dixeris in pronunciandis, tenendiſque ſacris dogmatis inerrantem, & regulam fidei.

Haec item in *Sacramentario Leoniano* Praefatio eſt ad Miſſam III. in Natali Apoſtolorum Petri & Paulli ap. ipſum *Murat.* t. I. col. 332.

9 *Deus qui Eccleſiam tuam catholicam, quam tuo ſancto ſanguine redemiſti, nunquam derelinquis; nobiſque indignis...*

E MISSALI GOTHICO IN MISSA DE INVENTIONE SANCTAE CRUCIS, AD PACEM (ap. laud. *Murat.* t. 2. col. 607.)

Haec itidem Deprecatio eandem piiſſimo animo refricat perpetuam Domini directionem ſeu adſiſtentiam erga catholicam eccleſiam ſancto ſuo ſanguine redemtam. En inſuper *catholicam* eccleſiam, toto nimirum orbe diffuſam eadem univerſum orbem fidei dogmata perdocentem. Et vero fieri poſſe credideris, ut quae eſt columna & firmamentum veritatis, nec unquam ab Spiritu veritatis intus adſpirante derelicta, orbem univerſum erroribus imbuat? Apage ſis, ne eos, quos fingere iſtiuſmodi errores lubeat, eccleſiae ſponſo ac proviſori Deo, blaſphemo ore adpingere cogaris.

Jam vero circa Oſculum pacis inter Miſſarum ſollemnia nonnihil diſſeruimus *ſupra* in Par. II. Tom. IV. p. 464. ubi de re liturgica in dogma Gehennae, itemque Tom. V. p. 248. atque utrobique adnotavimus liturgicos Scriptores hac de re pertractantes, quos, ſi lubet, adeas.

De prima autem inſtitutione feſti Inventionis ſanctae Crucis varie Liturgiographi noſtri. Haec quidem certa. Apud Graecos non reperitur hoc feſtum, quod nempe omnino praetermittunt eorum Menaea, Triodium, Paracleticum, Typicum S. Sabae, in quibus ceteroqui officia, pſalmodiae, & id genus alia, quae feſtorum celebritatem ſpectant, adcuratiſſime deſignari ſolent. Nec aliud porro inter liturgicos eorum libros de S. Cruce feſtum perlegeris, quam illud ad diem XIV. Semptembris, uſitato nomine Ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ *exſaltationem Venerandae Crucis* adpellatum.

Si

Si audias eruditiſſimum S. Crucis panegyriſten *Gretſerum* in t. 1. noviſſimae operum editionis l. 1. de S. Cruce c. 64. ſub fin., is in Menologio Graecorum haec reperit ad diem VI. Martii, *eodem die inventio venerandae Crucis*, *quando a B. Helena inventa eſt*, ſic ipſe graecum latine vertit. Ceterum, ut cenſemus cum *Papebroch.* ad 3. Maii cap. 3. n. 22. p. 365, hoc argumentum *nimium exſile eſt*, *quam ut conſiderari mereatur . . . potuit autem in una aliqua eccleſia ob privatam rationem ſimile quid induci*. Nec feſtum illam notam ullum indicare putaverim, ſed meram inventionem commemorare; quum nulla deinceps praeſcribantur de hac inventione divina officia, nulli hymni, nullum ex aliis, quae tantillum in celebribus Graecorum feſtis ſcribi & uſurpari conſueverunt. Mitto Kalendarium Coptitarum, laudatum a cit. *Grets.* c. 65. p. 116., quod ad diem 14. Septembris inventionem Crucis adnuntiat, quia nempe, ut ſuſpicor, nimium recens eſt.

Quod inſuper Latinos ſpectat, deſideratur ejus nominis ſollemnitas in nonnullis Codicibus liturgicis, cujuſmodi ſunt Sacramentarium Leonianum Blanchini, & Gregorianum Muratorii, tum Orationale Gothicum, Kalendarium Frontonis, Capitularia Evangeliorum Georgii, Lectionarium Luxovienſe Mabillonii, Lectionarium Ambroſianum Thomaſii, ejuſdemque Comes. At contra habetur in aliis; videlicet in laudato Miſſali Gothico, & in Breviario, Miſſalique Mozarabum; tum in Sacramentariis Gelaſiano, Bobiano, Gregoriano Pamelii, Menardi, Roccae; necnon in pervetuſtis codicibus eccleſiae Turonenſis, Remenſis, Gellonenſis, Rotomagenſis, uti alias innuimus ex Martenio; item in Carnutenſi Antiphonario, Comite Pamelii, Kalendario marmoreo Neapolitano; ac in Martyrologiis ferme omnibus, cum Lucenſi Florentinii, Gellonenſi, Corbejenſi Dacherii, Genuino Bedae, Romano parvo, Adoniano, Uſuardino. E quibus facile ſubinferas, hanc ſollemnitatem apud pleraſque latinas eccleſias jamdiu celebrari conſueviſſe, omitti vero apud alias, quouſque juſſu, uti ſuſpicor, Gregorii XI. qui ſedit ab an. 1371. ad 1378, eccleſiae univerſae Latinorum celebritatis ritus exceptus eſt; fertur enim, eo jubente, Petrum Senogallienſem Epiſcopum feſti officium exſaraſſe, quod deinceps Clemens VIII. quum officium ad ritum ſecundae claſſis promovit, pluribus reformavit.

His praehabitis, ubi inquiritur in primaevam feſti originem, primus adeſt *Micrologus*, qui in obſervat. eccleſ. cap. 55. haec habet, *Euſebius Papa a B. Petro trigeſimus ſecundus conſtituit ut omnes chriſtiani inventionem S. Crucis quinto nonas Maii ſollemniter celebrarent*. Adluſiſſe videtur ad vulgatum *Anaſtas.* in lib. pontif. ubi in Euſebio dicitur, *ſub hujus temporibus inventa eſt crux Domini noſtri Jeſu Chriſti* 5. *non. Maii*; tum ad canonem *Crucis*. de Conſecr. diſt. 3. a *Gratiano* tributum Euſebio ſub his verbis, *Crucis Domini noſtri Jeſu Chriſti*, *quae nuper*, *nobis gubernacula ſanctae romanae Eccleſiae tenentibus*, *quinto nonas Majas inventa eſt*, *in praedicto Kalendarum die Inventionis feſtum vobis ſollemniter ce-*

celebrari mandamus. Verum bina haec documenta ſpuriis adcenſentur ab eruditis Viris: & merito quidem, quum ſancta Crux non niſi poſt Nicaenam synodum ſub S. Silveſtro inventa ſit Hieroſolymis a B. Helena. (Lege *Suar.* de relig. t. 1. l. 2. c. 7. n. 2. & *Franc. Pagium* in breviar. ubi de S. Euſebio, qui ab an. 310. quatuor menſibus in ſede functus eſt.)

Occurrit deinde *Jo. Fronto*, qui in ſuo Kalend. ad diem 3. Maii p. m. 170. poſtquam exſufflavit ceu fabulam Micrologi effatum, incaute Pamelio exceptum, adnotavitque nullam apud Graecos de feſto mentionem fieri, ſic inde quaeſtionem definit: *itaque non niſi poſt annum a Chriſto* 720. *coepit* (feſtum) *celebrari*. Facile tamen revincitur Fronto ex latinis codicibus liturgicis mox adlatis, & nonnullis quidem eo anno 720. antiquioribus, qui feſtum ſuis adnuntiant eccleſiis. Neque ipſi reponere fas eſt, in eis codicibus feſtum poſterioribus temporibus adjectum eſſe: quo enim invicti ponderis argumento eam adjectionem comprobaverit? Alias ei merito quis objecerit, plura feſta, quorum inſtitutionis diuturnitatem ab ſuo perantiquo Kalendario idem repetit, illi recentioribus aetatibus adſuta eſſe; nihil enim facilius quam antiquis novos caracteres forma, ſtiloque adſimiles confingere. Quod ſi intemperans illa cogitatio teneat, urgeatque; de regula illa omnibus probatiſſima, qua vetuſtatem feſtorum, aliorumque in veteribus monumentis contentorum cum ipſorum vetuſtate metire conſuevimus, actum erit.

Adcedit poſtremo loco *Papebrochius* proxime laudatus, qui n. 23. credere amat, Romae in Baſilica, in aedibus Seſſorianis erecta in memoriam ejus, quae Conſtantino contra Maxentium pugnaturo adparuerat, Crucis, inſtitutum eſſe feſtum ſtatim ac in ea Baſilica, quam nunc S. Crucem in Hieruſalem vocitamus, ſollemniter collocata eſt portio inventae S. Crucis, quam Helena Hieroſolymis redux Romam detulit; ita vero ut ea feſtivitas propria manſerit huic Baſilicae, uſque dum ſubcedentium Pontificum aliquis ante Seculum veroſimiliter VI. idem feſtum voluit ab aliis quoque Urbis eccleſiis celebrari. Haec ſummus ille Vir. Porro haec fieri poterant; quod autem facta ſint, nullo vel leviſſimo documento commonſtrat Auctor. Ea itaque, me judice, pie credi, amari, conjectari poſſunt; ſerio definiri non poſſunt.

Nos autem, certo inſtructi documento, plane adſerimus & ſerio definimus, id feſtum jam ab an. circ. 683. ad inſtar praecipuarum ſollemnitatum, puta Natalis Domini, Circumciſionis, Epiphaniae, Paſchatis, Adſcenſionis, Pentecoſtes, ac dierum dominicorum apud eccleſias Hiſpaniae celebrari; & lege quidem lata ab Ervigio Rege, qua Judaeos ad ipſum ita peragendum obſtrinxit. Regnavit quidem Ervigius ab an. 680. ad 687. Ipſam vero legem inter ceteras *Wiſigothorum leges*, publicatas Judaeis Toleti in eccleſia S. Mariae VI. Kalend. Febr. Ervigii Regni anno primo, etiamnum perſpicimus in l. 12. tit. 3. c. 6. p. 1004. ap. *Hiſpan. illuſtrat.* & ap. *Linderborgium* in codice legum antiquar. par. 1. p. 224. Neque vero crediderim, Judaeos ea lege teneri,

ac

ac inſimul Chriſtifidelium eccleſias feſtum omittere. Ac inde putaverim feſti ritum ad viciniores Galliarum eccleſias effluxiſſe. Certam igitur habemus eam inſtitutionem. Num vero ipſa omnium prima fuerit? Opinor profecto quantum ad eum ſollemnitatis ritum. Num autem ſimpliciter prima? Mihi incertum.

Porro *Baillet.* de invent. S. Crucis ad 3. Maii t. 2. §. 2. n. 5. col. 72. conjectat, eam legem primum latam fuiſſe ab aliquo Toletano Concilio ad proterendam Judaeorum ſuperbiam ſeſe nimium efferentem. Enim vero, ſi mea me non fallat memoria, in nullo Toletano Concilio, quod Ervigium praeceſſerit, exſtat ejuſmodi lex aut praeceptio. In variis quidem ex ipſis Conciliis actum fuiſſe reperias de rebus Judaeos concernentibus; tum in aliis de feſtis a populo obſervandis; in nullo tamen, quod meminerim, aut legem illam pro Judaeis latam, aut feſtum inventionis S.Crucis quomodolibet celebrandum: quod plane notum erit cuique ea evolventi Concilia ap. Aguirrium in collect. CC. Hiſp. t. 2., noſque pluribus facile illuſtraremus, ſi diutius inmorari liceret. Primus itaque & unus hujuſce feſti apud Hiſpanos Auctor mihi Ervigius eſt, pietate ac zelo orthodoxae religionis valde conſpicuus.

De Inventione S.Crucis, & ejuſdem feſto plura citt. *Papebr.* & *Gretſer.* tum *Baillet.* ad 3.Maii, *Bened.* XIV. de feſt. l. 1. c. 14. *Thomaſſin.* de feſt. lib. 2. c. 24. *Trombelli* de cultu SS. t. 2. par. 3.diſſ. 10. ſect. 2. c. 9. a p. 301.

Pluribus, variiſque heinc inde congeſtis munimentis fas eſſet propoſitum dogma ſaltem ex indirecto communire ac illuſtrare; ea tamen meliori coſilio tanquam ad ſedem opportuniorem, ad eam duximus revocanda Claſſem, quae ſub finem Partis IV. eccleſiae notas, ceteraſque ab Sponſo Chriſto exceptas dotes directa facie oſtendet atque exſornabit.

RURSUM QQ. DOGM. SCHOL. 118 QUAESTIO V. Quid de auctoritate Concilii Oecumenici? ADSERO. Eam oſtendunt *ſacrae literae*: e.c. *Matth.* 18.20.*(q)* *Luc.* 10.16. *Act.* 15.18. *Patres* itidem mox laudati, ut alios propemodum innumeros praeteream (*r*) Ii quippe omnes aut diſerte, aut virtute ferunt, Synodorum generalium decreta divina eſſe & ab Spiritu S. edita; atque adeo quoslibet eis reluctantes non unquam inter haereticos non recenſuit Eccleſia. His adde quae *ſupra* dedimus teſtimonia pro auctoritate Eccleſiae per orbem diſperſae docentis; quam utique primores divinae legis Do-

(*q*) Quemadmodum locum interpretantur *C. Chalced.* act. 3. ep. ad Leon. P. *Synod.* gener. V. collat. 8. *Synod.* gen. VI. act. 17. *C. Tolet.* III. ſub init. *Coeleſtin.* P. ep. ad C. Epheſ. I. *Cyril.* in expoſit. symb. Nicaen. ſub init. *Vigil.* P. epiſt. ad Epiſcopos Galliae.

(*r*) Cum *Athanaſ.* ep. ad Epictet. ap. Epiphan. haer. 77. *Leone* P. ep 60. ad Maxim. Antiochen. *Gelaſ.* P. ep. ad Epiſcop. Dardaniae, *Baſil.* ep. 78. *Cyril.* l. 1. de Trinit. *Aug.* ep. olim 162.

Doctores Concilium celebrantes plane repraeſentant.

119 Praeſtat inſuper ratio Adſerto ſubſidium. Quia enim ſi Concilium oecumenicum non ſit inerrans, falſo ac imperite vulgo dicunt eadem Concilia ſe eſſe in Spiritu S. coacta; dubia eſſent quae hucuſque in eis pro fide & moribus definita ſunt; vituperio digni eſſent ii plures, qui propter defenſionem ejuſmodi definitionum conciliarium exſilia, ſupplicia alia, ipſamque mortem ſubiiſſe feruntur; nullum denique eſſet firmum judicium pro ſervanda eccleſiae unitate, ac pro dirimendis litibus circa res fidei interdum inſurgentibus: quae quidem abſurda non niſi qui volens deſipiat ultro devoraverit.

OBJECTIONES.

120 Obj. Concilium oecumenicum non eſt regula fidei. Nam 1.° ex Aug. (s) plenaria priora Concilia poſterioribus emendantur. 2.° multa Concilia generalia errarunt; ſcilicet Epheſinum II. probando haereſim Eutychianam; Ariminenſe conſentiendo ſuppreſſioni vocis *Conſubſtantialis*; Francofordienſe reprobando Concilium Nicaenum II. & cultum Imaginum. 3.° Nazian. (t) innuit Conciliorum contemtum, quorum, inquit, fauſtum exitum nunquam viderit 4.° Leo (u) adcuſat Conc. Chalcedonenſe inconſultae temeritatis circa canonem quemdam ab hoc Conc. editum. 5.° neſcitur, an Epiſcopi pronuncient in Conciliis cum legitimis conditionibus: immo nonnulli ex eis interdum ignorant Scripturas, traditiones, Theologiam: neque ad ferendum ſuffragium circa res fidei paſſiones, ac praejudicia exuunt.

121 ℞. *N. Adſ.* Concilium generale legitimum non minus nequit errare in definitionibus fidei, quam nequeat univerſalis Eccleſia, quam repraeſentat, tanquam ejus generalis, & infallibilis congregatio; hactenus enim ejuſmodi exſiſtimatum eſt ab ipſa Eccleſia, quae plane non minus noſcere debet, quinam coetus conſtituant ſua generalia comitia, quam quaevis Reſpub. civilis. Hinc qui ejuſmodi Conciliorum definitionibus reſtiterunt, haeretici habiti ſunt; & contra, plures Catholici pro eis tuendis, tanquam pro totidem fidei articulis, exſilia, & mortem ſubſtinere non dubitarunt.

122 Ad 1. prob: Aug. loquitur de emendatione in iis, quae diſciplinam ſpectant, non fidem; illa ſiquidem pro variis temporibus variari poſſunt, cum fides ſit omnino invariabilis. Ad 2. *N. Ad*. Epheſinum II. non fuit legitimum, ſed potius conciliabulum. Ariminenſe fuit a Liberio reprobatum. Francofordienſe fuit particulare, ex ſolis Provinciis Carolo Magno ſubjectis coactum; nec a Papa adprobatum eſt, nec ab Eccleſia univerſali.

123 Ad 3: Naz. loquitur de Conciliis particularibus, quae vidit Seculo IV. paſſim celebrari cum infauſto exitu propter Praeſulum Arianorum, & Semi-Arianorum factiones & ſtudia; nec illa quidem habentur legitima. Et vero idem Naz. multis ornat laudibus Nicaenum ge-

(s) L. 2. de bapt. c. 3.
(t) Epiſt. ad Procop.
(u) Epiſt. 54. & 55.

generale. Ad 4: canon ille, ſpectans tantum deſciplinam, ſcilicet, praeeminentiam datam Epiſcopo Conſtantinopolitano ſupra alios Patriarchas Orientales, editus eſt abſentibus romanis legatis, & contra Leonis inſtructionem: idcirco quantum ad eum non habetur univerſe ipſum Concilium oecumenicum. Ad 5: ubi adteſtatur Eccleſia, Concilium eſſe perfecte oecumenicum, notum eſt, quod ejus judices cum requiſitis conditionibus pronuntiarint. Nec deinde ignorantia, factiones, praejudicia judicum Spiritus ſancti adſiſtentiae, quae conciliares definitiones reddit infallibiles, & irreformabiles, obſiſtere poteſt (x) (§).

Sancto praeterea dogmati confirmando ſubeſt antiquitas ſacra & illuſtria promit documenta.

(x) Conſuli poſſunt cit. *Suar.* s. 7. & d. 11. *Arri.* d. 9. a n. 38. & 40 *Gamach.* cit. c. 12. a verſ. *Quinto objicitur*. *Can.* de loc. l. 5. c. 5. *Gon.* d. 4. a n. 9. *Rhod.* s. 5. §. 5. *Antoi.* de fid. s. 4. c. 4. a. 4.

OBSERVATIONES.

(§) I. De ſacris hiſce regulis, earumque uſu in diſceptationibus theologicis quae utiliora cenſuimus, praelibavimus *ſupra* ad Tom. I, ubi de locis theologicis a p. 299. perplura ſuperſunt, ſi Deus faverit, diſputanda polemice in Theolog. noſtra polem. fundament.

II. Hucuſque traditis de fide ſuperna Recentiores Theologi cum *Joſ. Redihamer*, *Petro Andr. Gauggi*, *Petr. M. Gazzaniga* diſputationem poſtremo loco ſubnectere conſueverunt de neceſſitate fidei cum internae tum externae ad ſalutem. Nos autem ex inſtituto diſciplinae dogmatico-ſcholaſticae intenti, quae potiſſimum aut ex integro mores ſpectant, quaeſtiones ad ſcholam Theologiae ethicae profeſſoribus diſcutiendas, revocandas jure duximus.

CLASSIS V.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
pro auctoritate Concilii Oecumenici.

E RE LAPIDARIA.

I HIC REQVIESCIT IN PACE DOMNA BONV
SA Q VIX. (*quae vixit*) ANN XXXXXX ET DOMNO MENNA
Q VIXIT (*qui vixit*) MNOS (*annos*) .... E ABEAT (*habeat*) AN AT
EMA (*anathema*) A IVDA SI QVIS ALTERUM OMINE (*hominem*) SVEER
ME POSVER (*poſuerit*) ANATHEMA ABEAS (*habeas*) DA (*ab*) TRI
CENTI (*tercentum*) DECEM ET OCTO PATRIARCHE (*Patriarchis*)
QVI CHANONES (*canones*) ESPOSVERVN (*expoſuerunt*) ET DA (*ab*)
SCĀ (*ſancta*) XPI (*Chriſti*)
PVATVOR (*quatuor*) EVGVANGELIA (*Evangelia*, pro *Evangeliis*)

Romae olim in Suburana S. Agathae Baſilica, modo in ſacro Muſeo Vaticano, muro ad laevam ingredientis incruſtatum; quo Marmor juſſu Bened. P. XIV. tranſvectum eſt an. 1757. menſe Septembri.

Praeclaram hanc Tabulam ſepulcralem tradiderunt complurimi, quos, adjectis variantibus eorum lectionibus, citat nuperus Tabulae

In-

Interpres *D. Matthaeus Jacutius* Benedict. Congregat. Montis virginis, in iconiſmo Lapidis, autographis expreſſi caracteribus, e regione ſui commentarii ſito: videlicet *Celſ. Cittadin. Aring. Reines. Martinell. Ciampin. Fleetwood, J. Bapt. Gervaſon.* quibus adjicere potuiſſet *Eduard. Corſinum* ubi de notis Graecorum, diſſ. 3. p. 53. ex autographis Donii ſchedis; ex quo deinceps ipſum mutuatus eſt *Zacharias* in diſſ. de uſu rei lapidariae in ſtudiis theolog. c. 6. p. 353.

Illos merito *Jacutius* minus exactae fidelitatis incuſat, quod nullus eorum prototypon ad amuſſim exſcriptum dederit; quod & de duobus poſterioribus *Corſino & Zacharia* adfirmare licet. Verum, quod plane lepidum eſt, culpa eadem, immo craſſior in ipſum *Iacutium* regeri debet; quippe qui habito prae oculis Titulo, qui unum ſuae lucubrationis argumentum eſt, pro *BONVSA* legit *BonoUSA* & pro *CHANONES* exſcribit *CANONES*; tum poſt *ANN* mittit punctum, quod in prototypo deſideratur, & poſt *MNOS* quinque adjicit puncta, quum quatuor tantum ſuus iconiſmus praeferat: ut mittam, literam *V* ſaepius in iſto vocalem, & non conſonam repraeſentari, quam exhibet lectio Jacutii. Ex iis vero concludas, oportet (quod & alias inculcavimus) perraras eſſe Auctorum Inſcriptiones, quae vel ex oſcitantia exſcriptoris, aut Typographi, vel ex incuria correctoris typorum, nonnihil ab autographis non diſcrepent. Et vero dummodo prototypi ſubſtantiam in typis habeas, de abſentia minutiorum ne nimium querare.

Venio ad egregiam auctoritatem, quam Oecumenicum Concilium Nicaenum, CCCXVIII. Patribus conſtans, in rem noſtram ſibi vendicat ex Marmore ſub ea periodo, *anathema habeas ab tercentum decem octo Patriarchis, qui canones expoſuerunt.* Quibus porro & nitide Patribus illis adſeritur quod *canones expoſuerunt*, & aperte exprimuntur *Anathema*, dirae ac imprecationes illae, quae ab ipſis contra Arium, contemtoreſque ſacrarum legum contortae ſunt. Quaſi vero Epitaphii auctor, tametſi barbarus, peſſimuſque grammaticus, pius tamen & orthodoxus eccleſiae filius, haec intenderit loqui: nihil ea venerabilius ſynodo, quae ſacra fidei dogmata definivit, canoneſque ſeu leges univerſae praeſcripſit eccleſiae; nihilque ea reverenti pavore dignius, quae fidem adverſum hoſtes peracerbo interminato anathemate vindicavit: haec quidem orthodoxi omnes optime norunt, firmiſſime tenent, venerabundi profitentur: ergo ne ullus audeat deinceps mortuum heic ſupra mortuum tumulare, ut majore quo poſſim terrore omnes commoveam, ad tremendum illud CCCXVIII. Patrum anathema provoco, quod cuiquam tumuli violatori minitor, ſummiſque deprecor votis.

Hic, mea ſententia, genuinus periodi ſenſus, ex quo quanta colligatur ſacri Concilii decretorum, actorumque reverentia & auctoritas apud priſcos eorum temporum fideles, nemo non viderit.

Anne vero placuerit epitaphii architecto adludere ad unum aliquem canonem, quo Nicaeni Patres ſub anathemate inhibuerint ne mortuus ſupra mortuum tumularetur? Porro inter vicenos circumferri

ſolitos eorum Patrum canones nihil tale. Num ipſi ulteriores praeterea condiderint canones, inſerto alicui hoc anathemate? Lis, eaque gravis ac diuturna eſt apud Eruditos, necdum, deciſa. Negant quidem multi cum *Hincmaro* Remenſi; ajunt vero alii cum *Bellarm. Baron. Turriano Ecchellenſi*, *Michaël. Baillet. Copo, Chryſoſt. a S. Joſeph, Joſ. Blanchin.* quibus lubenter alias ſubſcribimus in noſtra Theol. polem. fundamentali, ubi de canone ſacrae ſcripturae; ſuffragantibus parti adſerenti *Athanas.* epiſt. ad Felicem P. II. *Euſeb.* de vita Conſtantini l. 3. *Hieron.* prologo in lib. Judith, *Ambroſ.* epiſt. ad Epiſc. Vercellens. *Aug.* epiſt olim 118. multiſque perantiquis codicibus, quos magno eruditionis adparatu in rem ſuam congeſſit cit. *Blanchin.* in vindiciis pro Vulgata, praeſertim in epiſt. ad Comitem de Thuun a p. m. 359.

Ceterum licet ex eiſdem, aliiſque Scriptoribus & monimentis extundere poſſimus canones alios, e c. de canone authentico librorum ſacri codicis, de celebratione Paſchatis die Dominica, de prohibito bigamis ad ſacros ordines adceſſu &c; de praefato tamen anathematis argumento nullum, quem ab aliquo adnotatum viderim, Nicoenum canonem demonſtrare fas eſt. Potuit quidem ejuſmodi canon edi a Patribus, atque eo Nicaeno Seculo apud vulgus circumferri, quo enata eſſet auctori Marmoris occaſio diſerte ad ipſum canonem provocandi; verum quod editus reapſe fuerit, quum nullo conſtet documento, non niſi temere adfirmare quiveris.

Jamdiu profecto poenis, diriſque Pagani caverant, ne mortuus ſupra mortuum immitteretur, uti habemus ex profanis aliquot Lapidibus apud eorum collectores cum *Menkenio* de diris veterum, quem, ſi vacat, adeas. Quod autem Chriſtianos ſpectat, id ipſum ne fieret pluribus eccleſiaſticis legibus cautum eſt. Sic enim Concilium Autiſſiodorenſe I. ſub an. 578. can. 15. *non licet mortuum ſuper mortuum mitti*: ſic *Matiſcon.* II. ſub an. 585. can. 17. *comperimus multos necdum marcidatis mortuorum membris ſepulcra reſerare, & mortuos ſuos ſuperimponere... quod ſi factum fuerit, ſecundum legum decreta, ſuperimpoſita corpora de eiſdem tumulis rejectentur*; atque adeo antiquiores extſtabant leges, quae ſuperimpoſitionem vetarent: ſic *Capitularia Francorum Regum* capitulo 198. ex capitulo 58. Herardi, tom. 1. edit. Baluz. col. 957. *& mortuum ſuper mortuum non ponant*: ſic demum ſtatuta *S. Bonifacii* Moguntini Archiep. cap. 19. ap. Acher. in ſpicileg. t. 9. p. m. 65. *non licet mortuum ſuper mortuum mitti*. Hoc utique facinus inter violationes ſepulcrorum, quae apud gentes quaslibet ſacra fuerunt, Patres illi recenſuerant. Nihil ergo mirum, quod Lapis noſter Bonuſianus id ipſum tanquam immane ſacrilegium graviſſimis intentatis diris praecaverit, eſto nec a Nicaeno Concilio, nec ab legibus mox productis, eo recentioribus, & ad exteras eccleſias perlatis, exſemplum, quod ullatenus aemularetur, deſumere potuerit.

Adde ex adnotatione Scriptorum Romae ſubterraneae cum *Caſalio* de vet. ſacr. chr. rit. cap. 66. par. 3. p. m. 268. ſub init, quemadmodum ipſa vetuſtiorum coemeteriorum ſtructura ob oculos repraeſentat, nun-

nunquam illi priſci fideles cadavera cadaveribus premere, aut ſuperaddere conſueverunt; quamvis enim duo vel plura in eodem ſepulcro corpora non detrectarent condere, ſingulis tamen ſuos diviſim loculos reponebant. Quaſi religioni vulgo duxerint romani Chriſticolae defunctorum oſſibus (quam praeconceptis judiciis animo reputabant) quietem nullo unquam pacto interturbare.

Nicaenos Patres vocavit *Patriarchas* Auctor Tituli, quod *foediſſimo errori* adtribuit cit. *Fleetwood* p. 288. quaſi cunctis illis Patribus honorificum conceſſerit titulum, qui primum in Chalcedonenſi Concilio uſurpatus eſt & quibuſdam duntaxat primoribus Hierarchis donatus. Ceterum, uti erudite obſervat cit. *Jacutius*, cui lubenter ſuffragamur, potuit ſapienter Auctor noſter eos omnes alia ratione dicere Patriarchas, hoc eſt Patrum Principes, ſeu eximios & praeclariſſimos in ordine epiſcopali Patres; quo ſenſu ipſam nomenclaturam *Gregor. Nazianz.* orat. 20. n. 41. 71. & *Nyſſen.* orat. de Magno Epiſc. pleriſque ſuae aetatis Epiſcopis adtribuerant, ac deinceps *Conc.* CP. I. inſignioribus Dioeceſeon aliquot Praeſulibus adjecit, teſte *Socrate* hiſt. l. 5. c. 8.

Ad aetatem denique Saxi devenientes, neſcio quo conſilio eam *ſequioris Seculi* velit cit. *Martinell.* de diacon. S. Agathae p. 43. quam jure tamen alii ejuſdem exſcriptores e ſignis, quae praefert, antiquiſſimam vulgo cenſent. Illi epocham cum *Iacutio* ad tempora quarti labentis, aut ineuntis quinti Seculi conſignamus. Ipſum recole p. 4. ſqq.

2 CREDO. . . . .
. . . . . . QVI HVNC TVMVLVM VIOLAVERIT HA
BEAT ANATHEMA A CCCXVIII
PATRIBVS. (*Nicoenis*) . . . .

Arimini, uti ſupra ad Tom. IV. p. 292. n. 8.

Rurſum heic commendatam adcipe ſacroſancti Concilii Nicaeni auctoritatem, & ſub eodem quidem omnino ſenſu, quo proximum Lapidem commentati ſumus. Hic vero intentati cauſſam anathematis univerſaliorem reſpicit, nempe quamlibet tumuli violationem, quam videlicet Saxa tum profana tum ſacra, itidemque leges tam civiles quam eccleſiaſticae graviſſimis poenis, diriſque paſſim devovent. Ejuſmodi Saxa ſparſim recitant Antiquarii cum *Gruter. Murat. Menken.* de diris vet; leges civiles *Io. Kirchmannus* de funerib. Romanor. l. 3. c. 26. & *Iac. Gutherius* de jure Manium l. 3. c. 25.; eccleſiaſticos demum canones Conciliographi. Certa Marmoris aetas nondum apud Eruditos innotuit: aliquibus ad Seculum VII. revocatur, aliis ad VIII. paucioribus ad X Hanc in rem merito conſulendus, qui ipſum commentatus eſt, *Io Bapt. Gervaſonius* in epiſt. ad Marchion. Francipanium, quam exſtare audio in Miſcell. Venet. vol. 5. a p. 357.

Quod ſi liceat eruditionis juxta atque confirmationis gratia ad ſequiora ſecula excurrere, bina ſuppetunt graeca Marmora ſepulcralia, quorum primum ad an. Ch. 1186. pertinet, alterum vero ad 1325., quae

ad

ad anathemata ipſorum Patrum Nicaenorum diſerte provocant. In primo, haud pridem reperto in oppido Firmanae Dioeceſis, quod hodieque nuncupant *Montem Ulmum*, Theoſteriſtus monachus inducitur collegas adloquens barbaro graeco idiomate ſic in latinum verſo,

. . . .
Qui ſepulcrum hoc breve quamvis diſſipaverit
Excidat ab Edem hereditate
Et in maledicta Patrum incurrat.

Scilicet Patrum Nicaenorum, uti adpoſite mihi videor interpretari, duce cit. *Iacut.* p. 58. cui illius iconiſmum cum graeca & latina interpretatione debemus.

Alterum vero longe illuſtrius,ex *Seldeno* de Arundellianis Marmoribus p. 56. relatum, explicatumque a *Corſino* ubi de not.Graecor. diſſ. 3. p. LII. ſqq., haec habet ex graeca correctione, latinaque ejuſdem *Corſini* verſione,

Vel ſi quis monaſterium *defraudaverit, ſive expenderit*, alienaverit *aliquid, habeat ille imprecationes ſanctorum CCCXVIII. divinitus definientium Patrum.*

En tibi Nicaenum Concilium ea aetate a Joanne Monacho, quem Marmor loquentem inducit, diſertiſſime receptum, ſuſpectumque ceu regulam fidei divinitus definientem. Conſule laud. *Corſin.*

Monumentorum alterius generis loco ingenua erroris noſtri revocatio adcedat. Erat quidem animus auctoritati cujuſque Concilii oecumenici egregie communiendae & illuſtrandae eam heic repetere percelebrem Inſcriptionem Bethlehemiticam, diu productam pro exſiſtentia Dei ad Tom. II. Claſ. IV. n. 1. p. 41. ex *Franc. Quareſmio*; immo & ſex reliquas, quae inter alia muſivo quoque opere ejuſdem Baſilicae ornamenta, ſtilo conſimili reliqua ſex pri-ra Concilia oecumenica uſque ad Nicaenum II. compendio referunt, exponuntque ſub arcu quodam figurato, adjectoque inferne veluti ſuggeſtu, cui adpictus eſt liber ſancta cruce ſignatus, comitante hinc thuribulo & inde candelabro. Sic enim rem nobis propoſuit laudatus in cit. loco *Quareſm.* & clarius porro, exhibita partim ejuſdem ornati templi ichnographia, *Ciampin.* de ſacr. aedif. a Conſtant. extructis c. 24. p. 159.

Pulcra quidem & conſpicua ſunt in rem noſtram ſeptem haec documenta praenobili muſivo opere laborata, graece ſingula conſcripta (ſi excipias ſeptimam, quae Nicaenum II. recitat) & a cit. *Quareſmio* latine verſa & commentationibus elucidarata. Ea propter animum, fateor, pungebant meum, ut quanta poſſem adcuratione palam illa recuderem atque illuſtrarem.

Enim vero re diuturno examine diſcuſſa, in eam tandem ſuper aetate ſacrorum pignorum deſcendi ſententiam, quae illam cum cit. *Ciamp.* ex poſterioribus documentis Seculo XII. ſub Emmanuele Porphyrogenito Comneno, qui Orientis Imperium ab an. 1143. ad uſque 1180.

1180. adminiſtravit, conſignat; atque adeo ultra metam ſeu epocham nobis praefixam ſuper aetate monumentorum veterum, quibus utimur, circumſcriptam; videlicet ab anno primo chriſtiano uſque ad milleſimum. Hoc itaque Titulo & hiſce documentis, eſto alias magno in pretio habendis pro auctoritate Concilii oecumenici, ſuperſedere cogimur, & quae ex iis in cit. Tom. II. cum laude & gaudio prodoximus, illico expungenda aequo animo ſubſtinemus. Interea vero conferas amabo in id praenobile argumentum praecitt. *Quareſm.* & *Ciamp.*

CAPUT. SECUNDUM

De Spe.

124 SPes theologica, quam catholica fides nos condocet, theologicam fidem ſuapte natura ſubſequens, eſt *Actus voluntatis ſupernaturalis, tendens efficaciter in bonum abſens, & arduum cum quadam veluti ſecuritate de eo obtinendo, innixus Bonitati Dei erga nos.* (y) Virtus haec praeſtantiſſima eſt, ac jucundiſſima, utpote divinae dilectionis ſuaviſſimus ilex. Suis gaudet dotibus, de quibus in praeſentia, ducibus *Scripturis*, cum *Pſ.* 4. 6. *Rom.* 4. 5. & 15. 13. & 1. *Tim.* 6. 17. *Hebr.* 6. 18. & 1. *Theſſal.* 5. 8. & 1. *Petr.* 5. 3. & 1. *Joan.* 3. 3. *Tit.* 3. 7. Tum *PP.* cum *Aug.* (z) *Ambr.* (a) *Philon.* (b) *Chryſoſ.* (c). Quibus accedit *Trid.* (d) Primum vero errores, qui in iſtud argumentum impegerint, ex more noſtro percurrimus.

PROLUSIO POLEMICA
HISTORICO-CRITICA

HISTORIA POLEMICA.

De Erronibus in Spem Theologicam.

125 PRaenobilis porro quum ſit & longe perſpicua Spei theologicae notio, una cum ejus dotibus, eas nihilo ſecius errorum fragoribus impetiverunt complurimi, quaſi caecutientes in meridie. Videlicet

Ex variis Perſonarum claſſibus

I. *Judaei omnes*, quod teneant Meſſiam nondum veniſſe, nullam habent ſpem in Chriſtum Redemtorem, nec ullam merito habendam eſſe mordicus pugnant. His addito *Mahumedanos*, quippe qui licet ex Pſeudo-Propheta ſuo in Alcorano ſaepius de Chriſto perquam honorifice

(y) Vulgo *TT.* cum *Th.* 2. 2. q. 17. *Suar.* de Spe d. 1. s. 3. *Amic.* de Spe d. 19. a s. 1. *Rhod.* d. 3. q. 1. *Con.* de Spe d. 19. a dub. 2. *Viv.* de Spe p. 4. d. 5. *Gut. de la Sal* de Spe d. 1. c. 2 *Eſp.* l. 6. a q. 33. Gon. t. 4. tr. 10. d. 9. ab. a. 1.

(z) L. de corrept. & grat. c. 13. & Enchir. c. 8. & in Pſ. 99.

(a) In c. 27. Lucae.

(b) L. de Abraham.

(c) Ser. 14. in c. 8. ad Roman.

(d) Ses. 6. c. 6. & 7. & can. 3. & alias.

ſice ſentire videantur (*e*) eum tamen mundi Redemtorem, in quo ſit ſalus, minime noverunt. Ut mittam Atheos, Polytheos, & reliquum Deiſtarum impium vulgus, cui religio ſupernaturalis, Duce Chriſto Redemtore, in quo reponamus ſpem ſalutis, nulla eſt.

II. *Simon Magus* ſalutem volentibus, quin bonis & juſtis operibus egerent, ſpem habere juſſit unice in ſe ipſo, ejuſque ſcorto Helena, ſeu Silene. (*f*) Quippe qui & ſe pro Jove aut Meſſia & Servatore mundi reputandum eſſe animo inſolenti vel potius amente decrevit, & Helenam ſuam pro Minerva, ſeu virtutum ſupernarum productrice (*g*).

III. *Raymundus Lullus*, quem cives ejus Majoricenſes ceu Beatum Doctorem & Martyrem colunt ſub an. 1315. martyrii palma coronatum, hanc incuſatur comparate ad ſpem adoptaſſe ſententiam „ quod omnia de genere bonorum, quae fienda ſunt, ſunt fienda Dei puro amore & non ex alia cauſſa & ſpe mercedis aeternae „ (*h*) cui & *Anonymi* quidam in Catalonia & Aragonia ſubſcripſiſſe feruntur ſub Innocentio P. VI. qui ſedebat adhuc, opinor, an. 1361. (*i*) Hoc porro placitum ſpem theologicam e medio tollere videtur. (*)

IV. *Eckardus* gente Teuthonicus, inſtitutum O. P. profeſſus, clarus alioqui, piiſſimuſque Theologus ſub initium Seculi XIV. hanc docuit propoſitionem „ qui non intendunt res, nec honores, nec utilitatem, nec devotionem internam, nec ſanctitatem, nec praemium, nec

(*e*) Conſule ſis de hoc argumento *Lev. VVarnerum* in compendio hiſtorico eorum, quae Mahumedani de Chriſto & praecipuis aliquot religionis chriſtianae capitibus credunt.

(*f*) Ap. *Iren.* L. 1. c. 20.

(*g*) Plura de cauſſa Simonis alias, & uberius ad Tom. V. p. 327. ſqq.

(*h*) Haec *Eymeric.* in direct. Inquiſit. par. 2. q. 9. n. 5.

(*i*) Ibid. *Eymeric.* q. 11. n. 8.

ADNOTATIO.

(*) Eruditis Viris notiſſima profecto eſt diuturna & acerrima quidem controverſia ſuper perſona, ſcriptis & erroribus famoſi Lulli; tum ſuper aequitate ac fidelitate Eymerici in damnatione errorum, quos eidem imputavit. Cauſſam hanc implexam & odioſam quid juvat heic pluribus contexere; quo heic adficti particulatim erroris aut reum, aut innocentem probemus Lullum? Fortaſſe alias huic dirimendae opportunior erit locus.

Apologiſtae Lullo ſunt *VVading.* in annal. Ord. S. Franc. ad an. 1315. a n. 10. *J. Bapt. Soller.* S. J. Bollandianorum Socius ad d. 30. Junii, alii. Contra vero pugnat *Nat. Alex* ad Sec. XIII. & XIV. c. 3. art. 20. *Echard.* de Scriptor. Ord. Praed. t. 1. ubi de Eymerico, *Antonin. Bremond* in Bullar. Dominic. t. 2. in notis ad conſtit. 39. Gregorii P. XI., alii pariter. Laudatos interea (quibus adde *Vazq.* t. 1. in 1. par. d. 133. jam ab init. *Ruiz* de Trinit. d. 32. ſect. 1. *Aguirre* in Theol. Anſelmiana t. 2. d. 51. ſect. 1. *Pegna* in notis ad citata Eymerici loca, *Spondan.* ad an. 1329. *Nicol. Antonium* in biblioth. hiſpana veteri ubi de Lullo, *Mut* in hiſt. regni Majoricae t. 2. l. 2. c. 11. ſqq.) qui plura voles, adire poſſis.

Haec autem opportune ſubjicienda duximus. Et primo quidem Romae cauſſa Lulli excitata ſub Sixto V. & Gregorio XIII., necdum deciſa eſt. Quin etiam in Concilio Tridentino quum texerentur catalogi librorum prohibitorum, conſcripto, ut ajunt, tractatu in defenſionem Lulli a Doctore Villeta Barcinonenſi, libri Lulli, qui tot, tantoſque continere errores circumferuntur, in illorum ſeriem minime relati ſunt.

Dum

nec regnum coelorum, ſed omnibus illis renuntiaverunt, etiam quod ſuum eſt, in illis hominibus honoratur Deus „ Quo plane videtur opera, quae ſpes directa praemii coeleſtis eliciat, reprobare. Hanc numero octavam una cum aliis 27. theſibus ejuſdem Auctoris Joannes P. XXI. vulgo XXII. gravi inuſta cenſura proſcripſit an. 1329. (*k*).

V. *Schola Lutherica* & *Calviniſtica* in hiſce doctrinae placitis, Proto-magiſtris *Luthero* (*l*) atque *Calvino* (*m*) ducibus, ferme conveniunt. 1.° ſpes re non diſtinguitur a reliquis virtutibus theologicis. 2.° ſpes informis nulla eſt, quemadmodum & fides. 3.° operari intuitu aeternae retributionis omnino malum eſt; quia nempe non licet ſpem illam in meritis noſtris reponere, eſt enim contra dignitatem Servatoris noſtri, ac porro eſſet unumquemque in ſe ipſo confidere 4.° Nec item operari ex timore ſervili, e. c. ob metum incurrendi gehennam, vel beatitatem amittendi, quid honeſtum eſt ac laude dignum. (*n*) Ab hac doctrina ſatis ſuperque Tridentinis Patribus profligata (*o*) non nimium abeſt *Janſeniſtarum* ſchola. (*p*).

VI. *Molinoſius* ſaepe in ſcenam productus haec in ſpem tenenda juſſit „ Non debet anima cogitare nec de praemio, nec de punitione, nec de paradiſo, nec de inferno, nec de morte, nec de aeternitate „ (*q*) Item „ Qui ſuum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de inferno, nec de paradiſo, nec debet deſiderium habere propriae ſanctitatis, nec propriae ſalutis, a cujus etiam ſpe ſe purgare debet. „ (r) Alia id genus effutiit pſeudo-myſticorum recentium dux, quibus ſanctae ſpei, qua noſmet fulcire ſaepe numero juſſit Dominus, atrox indixiſſe bellum videtur (*s*).

 VII.

Dum ergo ſub judice lis eſt, nec alias pro erroribus lullianis rationes exſtent luce meridiana clariores, quales nempe ex jure gentium exigit aequitas ad damnandum reum, ne unquam damnetur innocens, nequit merito Lullus interea errorum ſibi adſcriptorum damnari reus.

Hinc & alio quoque ex capite aequum non videtur Lullum in catalogis haereticorum vulgo recenſeri apud tralatitios Haereſeologos *Lutzemburg. Prateol. Sander. Gaulter*, quippe in ſchola chriſtianae fidei Doctor enituit Lullus egregie polemicus pluribus ſcriptis commentariis pro cunctis pene dogmatibus fidei contra Judaeos, Mahumedanos, Schiſmaticos, Ethnicos, Heterodoxos. Eos particulatim recenſuit *Sollerius* mox citatus.

Corrigendi preaterea rurſum veniunt qui cum *Lutzemb. Prateo. Sand. Bzovio, Gaulterio*. Lullo noſtro ſumma injuria tribuunt errores faediſſimos, quos omnium fortaſſe primus *Eymericus* cit. adſcripſit Raymundo cuidam juniori, quem plurimi temere, reor, adpellare conſueverunt *Neophytum*, nec non alii *Raymundum Lullum de Tarrega*. Plura in hanc rem praenotavimus *ſupra* in Prolus. de erronibus in fidem p. 8. ſq. quae recolere non pigeat.

(*k*) Recole dicta ad Tom. II. p. 89. ſq. Adde iis quae ſcripſerunt *Raynald.* ad eum an. *Nat. Alex.* ad Sec. XIV. c. 12. art. 3. *Echard.* in Script. O. P. t. 1. in Aicardo ad an. 1309. p. 507.

(*l*) In conc. 2. de poenit. in t. 1. oper. fol. verſo m. 11. ſq. & ſaepe alias.

(*m*) Inſt. l. 3. c. 15. ſqq. & alias.

(*n*) Conf. *Valemburg. Fratres, Budde. Turretin. Gaulter.* in anatome Calvin. par. 2. diſſem. 123.

(*o*) Seſſ. 6. c. 6. & 11. & can. 31.

(*p*) De hujuſmodi male ſapientium placitis perbelle *Suar.* S. J. de grat. l. 1. c. 12. n. 2.

(*q*) Eſt prop. VII. ex confixis ab Innoc. XI. in conſt. *Coeleſtis Paſtor.*

(*r*) Prop. XII. ibidem confixa.

(*s*) Recole ibidem propp. XIV. XV. XVI.

VII. *Anonymus* aut *Anonymi* ex Schola Rigoriſtarum aut Janſenianorum haec tenuiſſe placita deprehenduntur ad Seculum XVII. In primis „ intentio qua quis deteſtatur malum & proſequitur bonum mere ut coeleſtem obtineat gloriam, non eſt recta, nec Deo placens „ (*t*) Deinde„ quiſquis etiam aeternae mercedis intuitu Deo famulatur, caritate ſi careat, vitio non caret, quoties intuitu licet beatitudinis operatur „ (*u*) Inſuper „ timor gehennae non eſt ſupernaturalis „ (*x*) Demum „ adtritio, quae gehennae & poenarum metu concipitur ſine dilectione benevolentiae Dei propter ſe, non eſt bonus motus ac ſupernaturalis „ (*y*).

VIII. *Franciſcus de Salignac la Mota Fenelon*, Archiepiſcopus Cameracenſis apud Gallos, Janſeniſmi acerrimus maſtyx, haec inter alia ſpei theologicae dogmatis minus conſona ſcripſiſſe perhibetur ſub finem Seculi XVII. 1.° „ datur habitualis ſtatus amoris Dei, qui eſt caritas pura & ſine ulla admixtione motivi proprii intereſſe. Neque timor poenarum, neque deſiderium remunerationum habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, neque propter felicitatem in amando inveniendam. 2.° „ in ſtatu vitae contemplativae, ſive unitivae amittitur omne motivum intereſſatum amoris. „ 3.° „ derelictio non eſt niſi abnegatio, ſeu ſui ipſius renuntiatio, quam Jeſus Chriſtus a nobis in Evangelio requirit, poſtquam aeterna omnia reliquerimus. Iſta noſtri ipſorum abnegatio non eſt niſi quoad intereſſe proprium etiam aeternum. „ Eodem ferme recidunt plura ejuſdem Auctoris placita ſub aliis concepta vocibus (*z*). (*)

IX.

(*t*) Eſt prop X ex damnatis ab Alexandro P. VIII. an. 1690. 7. Decembr.

(*u*) Prop. XIII. ibidem confixa.

(*x*) Prop. XIV. ibidem proſcripta.

(*y*) Prop. XV. ex eiſdem profligatis. Errantes harum propoſitionum ſenſus tradidit earum commentator haud vulgaris *Viva* S.J. quem conſulere poſſis.

(*z*) Propoſitiones iſtae ſunt numero I. II. & VII., ex XXIII. quas Innocentius P. XII. proſcripſit conſt. *Quum alias*. 1699. 12. Martii, utpote excerptas e libro Fenelonii, praenotato *Explication des maximes des ſaints*, pariter confixo.

ADNOTATIO.

(*) HAec ſummo Viro, pietate, nobilitate, doctrina, eruditione conſpicuo humanitus calamo exciderunt. At pulere, vereque de eo dictum, quod ſi quando a veri tramite deflexit, ob nimiam caritatem deflexerit. Eo ſiquidem potiſſimum tendunt feneloniani ſyſtematis placita, ut in animis ad altioris perfectionis gradum contendentibus amorem Dei exigant puriſſimum, cujuſque proprii commodi, quod ſpes praemii ſeu retributionis confovet, expertem. Rem ab ovo, ut ajunt, paucis exponimus.

Galliam pervaſerat exitioſa recentium Quietiſtarum doctrina a Molinoſio duce pervulgata, eamque commentario edito 1670. promovere adgreſſus eſt *Franciſcus Malavalius* laicus Maſſilienſis, qui tamen adcepta in opus ſuum cenſura, quam Sedes Apoſtolica tulerat an. 1688. humillime cecinit palinodiam.

Poſtmodum vero majores eadem pſeudo-myſtica doctrina turbas excitavit in Gallia, in ſcena perſonam agente illuſtri quadam Matrona *Guyon* pietati impenſe addicta, atque imbuta, ut fama erat, per P. Lacombe ex familia Barnabitarum directorem ſuum Theologiae Molinoſianae principiis theoreticis quantum ad contemplationem, minime vero practicis quantum ad mores.

Guyon itaque nonnullis editis opuſcu-

lis,

IX. *Paſchaſius Queſnellus* adeo temere caritatem extulit, ut ſpem & timorem ſervilem, quem ſpes progerminat, pene omnino ſubverterit. Eum audi. Primum „ totum deeſt peccatori quando ei deeſt ſpes, & non eſt ſpes in Deo ubi non eſt amor Dei „ (*a*) Deinde „ qui a malo non abſtinet niſi timore poenae, illud committit in corde ſuo & jam eſt reus coram Domino „ (*b*) Inſuper „ ſub maledicto legis nunquam fit bonum, quia peccatur ſive faciendo malum, ſive illud non niſi ob timorem evitando „ (*c*) Praeterea „ timor ſervilis non ſibi repraeſentat Deum niſi ut Dominum durum, imperioſum, injuſtum, in-

lis, quibus cogitata ſua circa orationem mentis promuvit, ad Feneloninm & Boſſuetum, duo tum clariſſima Galliae luminaria adceſſit, nobilem ab eis adprobationem rerum ſuarum adeptura. Fenelonium quidem (quod vix credibile eſt) in ſui rapuit admirationem matrona piſſima; Boſſuetus vero hallucinationes ejus ſpiritus ſibi detectas jam tum improbare coepit.

Habita deinceps juſſu Regis ſeria conſultatione, cui Noallius, Fenelonius, Boſſuetus, & Tronſonius Praepoſitus generalis Congregat. S. Sulpicii interfuerunt, cauſſa definita eſt in urbe Iſſi die 10. Mart. 1695. praeſcriptis nempe XXXIV. articulis germana Theologiae myſticae principia complenctentibus; quibus & ipſa ſubſcripſit Guyonia.

Mox doctrinam in conſeſſu privato ſancte conſtitutam palam edocere atque confirmare adgreſſi ſunt Harlaeus tum Pariſienſis Archiepiſcopus edito paſtorali documento adverſus aberrationes nuvae myſtagogiae, & Boſſuetus quibuſdam vulgatis literis paſtoralibus de ſtatibus orationis. Has tamen illico perſtrinxit Fenelonius eo, quem praenotavimus, commentario in vulgus ſparſo: unde haud levia quidem inter duos Praeſules clariſſimos, factionesque utrique addictas diſſidia; publico interim carceri (de la *Baſtilla*) mancipata Guyona, quae tantae liti cauſſam dederat, aut ſaltem occaſionem; donec ad judicium ſupremum Sedis Apoſtolicae delata re, Innocentius XII. uti praemiſimus, Fenelonii commentarium, ac ſingillatim tres ſupra viginti theſes ex eo collectas proſcripſit. Nimirum „ ſive in obvio earum verborum ſenſu, ſive adtenta ſententiarum connexione, ceu reſpective temerarias, ſcandaloſas, male ſonantes, piarum aurium offenſivas, in praxi pernicioſas ac etiam erroneas „ eas damnavit Innocentius: quo quidem lis penitus extincta eſt.

Sed en tibi Fenelonium Fenelonio plane majorem. Quippe qui conſtitutionem Innocentianam ex ſuggeſtu in Templo coram frequenti multitudine ſe tota mente, totoque corde amplecti ſanctiſſime proteſtatus eſt, atque adeo librum ſuum, atque errores in eo contentos ſimpliciter & abſolute damnavit ad mentem Pontificis.

Quin etiam decreto dato an. eodem 1699. 9. April. ad Clerum ſecularem & regularem, eos admonet de pontificia, ſuaque illarum theſium ſub eodem omnino ſenſu proſcriptionem, injungens pariter ut idem & ipſi teneant, ac nullus in poſterum librum praememoratum ſecum retineat aut legat. O Virum incomparabilem, atque hoc uno ex facinore immortali dignum fama & laude! Nec minime quidem audimus adverſarios Fenelonii ex factione Boſſueti, qui ap. & fere cum Racine praeclara haec noſtri Praeſulis geſta in ſenſum aut finem ſiniſtrum inique interpretati ſunt.

De cauſſa Fenelonii plura videris ap. ipſum *Fenelon.* in reſpons. ad declarationem trium Epiſcopor. in libr. ſuum praecitatum de an. 1698. & in aliis ejuſdem ſcriptis de hoc argumento; *Boſſuet.* in quietiſmo redivivo, aliſque de eodem argumento opuſculis, *Racine* in comp. hiſt. eccl. t. 13. art. 34. *Ramaſay.* in vita Fenelonii, *Phelippeau.* in relatione de hac re in modum diarii concinnata, *Dupin.* ad Sec. XVII. t. 4. p. m. 17. ſqq. edit. 1727.

(*a*) Eſt prop. LVII. ex proſcriptis in conſt. *Unigenitus.* excerpta ex comment. Queſnelli in Matt. 27. 5.

(*b*) Prop. LXII. ex comment. in Matthaeum. 21. 46.

(*c*) Prop. LXIV. ex comment. in epiſt. ad Galat. 5. 18.

intractabilem „ (*d*) Eodem ferme recidunt alia ejuſdem placita (*e*) Quantum autem theſes iſtae a vero aberreut, ſanaeque Patrum, ac Theologorum doctrinae repugnent, ſatis patet, & abunde oſtenditur ab Interpretibus Antiqueſnelliſtis (*f*).

Jam ab erroribus ad ſaniora Theologiae dogmatico-ſcholaſticae placita deveniamus.

(*d*) Prop. LXVII, ex comment. in Luc. 19. 21.

(*e*) Vt puta prop. LX. & LXI. & LXIII. & LXIV. & LXV. & LXVI.

(*f*) Eos conſule, prae ceteris *LaFontenium* ac *Deſiderantium* in eas theſes.

§. I.

Spei Indoles & Dotes.

125 QUAESTIO I. Quae ſpem neceſſario praecedant? ADSERO I. Duo, ſcilicet actus intellectus, qui dirigat, & regat ſpem; quia enim ignoti nulla cupido; ſimulque actus voluntatis, qui amet ſaltem amore concupiſcentiae rem ſupernaturalem, quae ſperatur; quia (*g*) *ſpes ſupponit amorem ejus, quod quis adipiſci ſperat*; & (*h*) amor eſt quaſi pondus, & prima radix, ex qua reliquae adfectiones dimanant.

127 II. Cognitio illa ſpei cujuſcumque moderatrix debet eſſe judicium fidei firmiſſimum ſuper omnia, divinis revelationibus innixum; abſolutum quidem erga auxilium gratiae, & conditionatum erga beatitudinem ſub conditione noſtrae cooperationis & perſeverantiae finalis obtinendam, ſic tendens e. g. *ſi bene vivero, ut poſſum cum Dei gratia mihi promiſſa, ſalvus ero* (*i*). Ratio I. partis; quia actus ſpei eſt quantum ad animi adfectum omnino certus & infallibilis ratione actus fidei (*k*) quia enim ſpes ſolum a fide per ſe pendet (*l*): ergo praerequirit judicium fidei. Ratio 2., quia non aliter probari poteſt illa ſpei certitudo, quam innuit *Trid.* (*m*) inquiens, *tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare omnes debeant*; & quoque Paulus 2. *Tim.* I. *ſcio cui credidi, & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſervare*. (*n*)

OBJECTIONES.

128 Obj. contra II. Adſ. Actus ſpei non habet eam certitudinem. Nam I.° nequit fundari in fide. Tum quia auxilium dari indifferenter omnibus, non eſt de fide. Tum quia interdum ſperamus a Deo majora gratiae dona abſolute obtinenda, quam vel ſint ſimpliciter neceſſaria, vel noſtris diſpoſitionibus debita: quae proinde ſpes nequit fundari in fide, quod Deus illa ſit nobis collaturus. 2.° ut actus tum mentis, tum voluntatis ſit certus, neceſſe eſt, ut ejus materia ſit infallibilis; at ſaepe qui ſperat, poſtea damnatur. 3.° judicium praelucens

(*g*) Ex *Th.* heic q. 66. a. 6. ad. 2.

(*h*) Ex *Auguſt.* alicubi.

(*i*) Adcinunt *Suar.* d. I. s. 7. n. 3. *Compt.* cit. s. 2. n. 3. & 6. *Gut.* d. I. n. 4. *Viv.* cit. q. 4. *Rhod.* q. 2. s. 3. §. I, contra Albelda, Palau. &c. ap. Gut. a n. 31.

(*k*) Ap. *Comp.* s. 3. *Viv.* cit. &c. ex *Script.* & *PP.* & *Trid.* ses. 6. c. 13.

(*l*) Ap. *Suar.* cit.

(*m*) Ses. 6. c. 13.

(*n*) Vide ſis iterum *Gutierrem* n. 44.

cens ſpei non eſt certum, nam cum ipſo dubito, an ſim ſalvandus: ergo nec ſpes certa eſt.

129 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. Adſ.* & primam prob. adj.; nam ex *Arauſic.* Deus ſemper nobis praeſto eſt cum auxilio; & ex *Trid.* neminem Deus deſerit in ordine ad ſalutem, quin prius ab ipſo deſeratur. Ad ſecundam: ejuſmodi ſpes ſic concepta non eſt proprie theologica, quia non habet fundamentum irrefragabile ſuae certitudinis. Ut ſummum erit pia fiducia, ex bona divinae liberalitatis exſiſtimatione procedens.

130 Ad 2. *D. Ma.* ut ſit certus abſolute, *C.* conditionate, *N.* Qui ſperat, & damnatur, defecit a conditione ſuae cooperationis, quam efficaciter intendit, & ſub qua ſperavit. Ad 3: nec judicium praelucens ita certum eſt, nec ſpes ita certa, ut excludat omnem prorſus conditionem, ſe tenentem ex parte ſperantis: unde ejuſmodi certitudo ex parte ipſius conditionata eſt; adeo tamen firma, ut anxietatem animi depellat, tametſi non omnino timorem ſalutarem de perdenda beatitudine, propter fragilitatem propoſiti; ille etenim timor ab ipſa ſpe oritur, & fovetur, ut magis certa ſit beatitudinis adſequutio, quae ſperatur, & de qua in praeſentia ſpei dubitari nequit. (*o*)

131 QUAESTIO II. Num ſpes theologica diſtinguatur re a deſiderio? ADFIRMO (*p*). Quia ſpes eſt in iraſcibili, ac deſiderium in concupiſcibili. Et ſaepe quis deſiderat, quin ſperet. Inſuper deſiderium anxietatem cauſſat; ſpes vero in Deo dulce gaudium; quippe quae animum erigit, ne labatur, eſtque nova recti proſequutio in voluntate, novuſque adfectus, quo peculiariter adficitur ad rem, & media, per quae obtinenda eſt. Ut ſummum dixeris, deſiderium comitari ſpem, non vero conſtituere, ad ſenſum Scholae.

132 QUAESTIO III. Quaenam abſentia, & arduitas requiratur in materia noſtrae ſpei? ADSERO I. Non requiritur abſentia phyſica, ſed ſufficit intentionalis negativa, ut ajunt, in eo ſita quod pro ſigno poſteriori ad ſpem, vel etiam pro ſigno ejuſdem ſpei non detur notitia abſoluta de praeſentia, & poſſeſſione rei. Quia & juſtus ſperare poteſt gratiae augmentum, quod adcipit una cum ſpe in hujus praemium, & peccator ultimo ſe ſe praeparat ad gratiam cum ſpe veniae, quam inſimul conſequitur: & tamen uterque caret judicio vero ſupernaturali abſolute enuntiante boni ſperati abſentiam. Hoc pacto Adamus, & Angeli creati in gratia juſtificante, potuerunt uno, eodemque momento mereri per ſpem gratiae pro ſigno priori ipſam gratiam, quam pro ſigno poſteriori poſſederunt.

133 II. Aliqua requiritur arduitas, vel difficultas in aſſequendo bonum ſperatum (*q*). Quia ad iraſcibilem, ex qua ſpes oritur, pertinet

(*o*) Conf. *Th.* q. 18. a. 4. *Suar.* cit. d. 1. s. 7. a n. 4. *Rhod.* heic q. 2. s. 3. §. 1.

(*p*) Cum *D. Th.* 1. 2. q. 40. a. 1. *Bonav. Med. Comp.* cit. s. 1. n. 6. contra ſubtilem Scotum cum ſuis.

(*q*) Favent *Thom.* cit. q. 40. art. 1. *Pau. a Conc.* heic tr. 15. d. 2. n. 12. contra Rip. & Marin.

net animum erigere, ac difficulter adgredi. Ea tamen requiſita arduitas conſiſtit indeterminate in quacumque difficultate, vel circunſtantia, reddente materiam ſpei non facile adſequibilem, vel ob ejus excellentiam, vel ob difficultatem perſeverandi uſque ad mortem in gratia &c. (r) Quia quaelibet ex iis circunſtantiis eſt ſufficiens, ut propter ipſam ſit neceſſaria animi erectio eſſentialis, ut ajunt, ſpei, hoc eſt confirmatio, ſeu firmitas adpetitus adverſus difficultates; adeo ut non obſtante rei arduitate, ab ejus proſequutione non deſiſtat; hoc tamen ipſo ea quaelibet circunſtantia reddit materiam arduam arduitate ad ſpem requiſita: ergo (s).

134 QUAESTIO IV. Num ſpes ſit amor concupiſcentiae erga Deum, quatenus Deus nobis bonus eſt? ADFIRMO. Quia ſi talis non eſſet, ſed virtus ſpecialis, ab eo amore diſtincta, virtutes theologicae eſſent quatuor. Nam amor concupiſcentiae Dei eſt virtus theologica, quum amet Deum ut ſummum bonum, qui eſt amor ſupernaturalis; uti Beati gaudium de ſua beatitudine ſupernaturale eſt, & ad amorem concupiſcentiae abs dubio pertinet (t).

135 QUAESTIO V. Quae ſit ſpei indoles, ac perfectio inter virtutes theologicas? ADSERO I. Eſt diſtincta a ceteris. Ita vulgo noſtrates adverſum Lutheranos, Calvinicolas, Janſeniſtas. Nam ex 2. *Tim.* 2. *ſectare juſtitiam, fidem, ſpem, caritatem*; & ex 1. *Cor.* 13. *nunc autem manent fides, ſpes, caritas, major autem horum eſt caritas*. Adcinit *Trident.* inquiens (u) *haec omnia in juſtificatione ſimul infuſa adcipit homo, fidem, ſpem, caritatem*. E quibus Adſertio haud immerito videtur *Suarezio* fide certa. (x) Adde quod virtutes illae re invicem diſtinguuntur, quae diverſa gaudent ratione formali; quae plane diverſitas in unaquaque virtute theologica reperitur. Hinc

136 II. Spes haec & formata eſſe poteſt, videlicet conjuncta cum caritate, quae dici ſolet forma extrinſeca virtutum, per quam nempe habent ut ſint vere merentes; & quoque informis, aut ſejuncta a caritate perfecta & habituali, non ſecus ac de fide mox diſputavimus. Quantum vero ad ſpem informem, quam Novatores oppugnant, eximie facit proſcriptio illa theſis LVII. inter Queſnellianas, *totum deeſt peccatori quando ei deeſt ſpes, & non eſt ſpes in Deo ubi non eſt amor Dei*. Adcedit congrua ratio. Quoniam etſi nemo abſque caritate poſſit aeternum beari, poteſt autem injuſtus homo ſperare, ſe ope divina juſtitiam & caritatem adepturum, quibus denique aeternum beetur; pro certo tenens quod ex *Luc.* 3. 8. *potens eſt Deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahae*. Ajebat demum *Aug.* (y) *fruſtra quidem, ſed tamen poteſt ſperare veniam qui*

(r) Adcinit *Gat.* n. 23. cum *Con. Ovie. Salmant. Albeld.* &c.

(s) Conf. *Con.* heic d. 19. dub. 2. n. 19. *Rhod.* q. 1. s. 3. *Plat.* n. 312. in 2. editione, qua nunc utor.

(t) Recole *Con.* heic l. 3. d. 19. dub. 1.

(u) Seſſ. 6. cap. 7.

(x) Vide ipſum s. 3. n. 22.

(y) Tr. 83. in Jo.

qui non diligit: aliquam ergo ſpem eſſe informem agnovit.

137 III. Eſt peraeque honeſta, ac ſupernaturalis, ut reliquae. Ita noſtrates omnes. IV. Eſt natura poſterior fide ac prior caritate (z) ſcilicet poſterior fide, quia haec (a) eſt fundamentum omnium ſupernorum donorum. Quare ex *Rom.* 10. *quomodo invocabunt in quem non crediderunt?* & ex *Aug.* (b) *quid autem ſperari poteſt quod non creditur?* Ac deinde prior caritate, quia homo ſuapte natura ab imperfectis ad perfectiora tendit, ac prius ſibi bonum amat, quam Deo (c) Unde praecepta eſt ſpes, tameiſi abſque ipſa poſſet homo ad caritatem elevari. Conſtat de hoc praecepto ex *Pſal.* 4. 6. *Pſal.* 61. 9. *Rom.* 8. 24 & 1. *Timoth* 6. 17. &c. V. Medium tenet locum perfectionis; quia ſimpliciter excedit fidem, quae eſt virtus intellectus; & exceditur a caritate, quia major horum eſt caritas (d).

OBJECTIONES.

138 Obj. *primo* contra II. Adſ. Spes informis ſejuncta a caritate repugnat ſacris Scripturis. Nam 1.° ex *Prov.* 24. 20. *non habent futurorum ſpem mali*, & ex *Sap.* 5. 15. *ſpes impii tanquam lanugo eſt, quae a vento tollitur*. 2.° ex 1. *Joan.* 3. 5. *omnis qui habet hanc ſpem, in eo ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt*; ac ℣. 11. *cariſſimi, ſi cor noſtrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum*. 3.° paſſim habes in ſacro codice, potiſſimum vero in pſalmis, beatos eſſe qui ſperant & confidunt in Domino. At haec omnia evincunt ſpem abſque caritate non conſiſtere.

139 ℞. *N. Adſ.* Ad probb. *D.* hanc ultimam *Mi.* ſubſ: evincunt de ſpe formata, viva, & perfecta, *C.* de ſpe mortua & informi, *N.* Haec itaque ſpes eſt iniquorum, juſtorum illa. Quid? quod ſpes, quaecumque illa ſit, caritatem aliquam inchoatam, ut vocant, praefert, aut praemittit, quatenus quod non deſiderat, aut concupiſcit homo, non ſperat, nec inſuper deſiderat quod nuſpiam amat. *Nullus*, ajebat *Bonav.* (e) *ſperat niſi quod amat*, cui conſentit *Thom.* (f) ac deinceps *Eſtius* (g) *Lenſaeus*, *Berti* cum ejus Epitomatore *Hieron. Buzio*, *Gauggi*, *Gazzaniga*, alii. Ex qua ſane doctrina nonnulli ſatis adpoſite exponunt celebre illud *Tridentini* effatum (h) quo de peccatoribus, quum ad converſionem diſponuntur, ait „ in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propitium fore, illumque tanquam omnis juſtitiae fontem diligere incipiunt „ hoc eſt dilectione inchoata & imperfecta, quae ſpei fines non tranſilit. Cum hac igitur dilectione, aut caritate copulatur interdum ſpes informis.

140 Obj *ſecundo*. Spes informis repugnat etiam Patribus. Nam ex *Ambros.* (i) „ ex fide eſt caritas, ex caritate ſpes „ & ex *Aug.* (k) „ ſpes

(z) *Suar.* s. 7. n. 1. & 6. ex *D. Th.* & Scripturae, ac PP. loquutionibus.
(a) Ex *Trid.* ses. 6. cap. 6. & 8.
(b) Enchir. c. 8.
(c) Lege *Th.* 2. 2. q. 17. a. 8.
(d) V. *Suar.* s. 6. n. 4. *Amic.* d. 19. n. 18.
(e) In 3. diſt. 26. q. 3. a. 2.
(f) P. 2. 2. q. 17. a. 8. ad 2.
(g) In 3. diſt. 26. §. 2.
(h) Seſſ. 6. cap. 6.
(i) L. 8. in Luc.
(k) In enchir. c. 8.

ſpes ſine amore eſſe non poteſt „ tum (*l*) „ qui non amat, inaniter credit, inaniter ſperat „ inſuper (*m*) „ ſi credit & diligit ... efficit ut etiam ſperet ſe ad id quod diligit eſſe venturum „ Adde *Magiſtrum*, ex iis ſubinferentem, (*n*) chriſtianam ſpem caritate poſteriorem eſſe. ℞. Haec pariter, & ſi quae ſint alia ſimilia PP. ac TT., de ſpe formata, quam ſine caritate minime reperias, intelligenda ſunt; quo pacto & *Thom.* Magiſtrum interpretatus eſt (*o*).

§. II.

De materia & ratione potiſſima Spei.

141 QUAESTIO I. Quaenam materia? ADSERO 1. Primaria eſt Deus, ejuſque beata poſſeſſio, adeo ut utrumque inſimul quidem per ſpem adtingatur, intendendo Deum qua poſſidendus proponitur, & poſſeſſionem, qua Dei eſt. (*p*) Quia primaria eſt ſummum bonum noſtrum; tale autem eſt Deus, ejuſque beata poſſeſſio. Ideo *Gen.* 15. dixit Deus Abrahae, *Ego ... merces tua magna nimis.* Et conſonat *Aug.* (*q*) *praemium virtutis erit ipſe, qui virtutem dedit, & qui ſe ipſum ... promiſit.*

142 II. Eſt ſecundaria quidquid ad primariam obtinendam conducit, nimirum bona ſupernaturalia, ac etiam naturalia in eum finem ordinata. Quia ejuſdem virtutis eſt velle finem, & media neceſſaria. Item bona omnia temporalia, quae nobis a Deo ſperamus, quin ad beatitudinem diſerte conferant. Quia ex *Aug.* (*r*) *ea omnia pertinent ad ſpem, quae in oratione dominica continentur*; at in ea continentur temporalia bona, ſcilicet panis noſter quotidianus. Et plane quidquid a Deo petimus eſt materia ſpei, quia omnino in ſpe fundatur (*s*).

OBJECTIONES.

143 Obj. contra 1. Adſ. Deus, ejuſque poſſeſſio non ſunt ejuſmodi materia. Nam 1.° Deus nequit eſſe proxima materia amoris concupiſcentiae; quippe dedecet, Deum, qui eſt ultimus finis, amari propter aliud, ſeu propter nos. 2.° materia ſpei debet eſſe quid futurum; at Deus non eſt futurus, ſed praeſens. 3.° Deus non eſt formale bonum noſtrum, ſed conjunctio cum Deo.

144 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Ejuſmodi amor per ſe ſe tendit in Deum, nam quod creatura conjungatur Deo, tanquam ultimo fini, per ſe eſt quid capax referri in Deum, & ejus gloriam. Nec ullo amore Deum propter nos amamus, ſed nobis; amando ſcilicet conjunctionem noſtri cum Deo tanquam cum ultimo fine noſtro ſuperno, ſimulque noſtram ultimam perfectionem, in ea conjunctione ſitam. Ad 2: Deus in ſe non eſt futurus, ſecus autem qua poſſidendus eſt. Ad 3: complexio ex Deo, & conjunctione noſtra cum ipſo eſt bonum noſtrum formale.

(*l*) Ibid. n. 31.
(*m*) De doctr. chr. l. 1. c. 37.
(*n*) In 3. diſt. 26.
(*o*) P. 2. 2. q. 17. a. 8 ad 3.
(*p*) Ita frequentius *TT.* cũ *Suar.* s. 1. n. 2. & 4. *Con.* cit. n. 44. *Plat.* n. 247. *Gut.* d. 2. n. 3.
(*q*) L. 12. civ. c. 30.
(*r*) In enchir. c. 114.
(*s*) Conſentiunt vulgo *DD.* contra *Viv.* q. 3. n. 2. cum Ovie.

le. Nihilominus Deus eſt ſimpliciter bonum noſtrum, quia licet nobis per bona creata conjungatur, non ratione ipſorum eſt bonum noſtrum; immo potius ipſa ſunt bona, quia habent ordinem ad Deum, ipſumque nobis conjungunt (*t*).

145 QUAESTIO II. Qualiſnam ratio potiſſima, ob quam quis ſperat a Deo beatitudinem, & dona reliqua cum ſupernaturalia, tum naturalia, ut ſibi bona? ADSERO. Eſt divina Bonitas erga nos, aliquomodo connexa cum eo bono, quod ſperamus; connexa; ſcilicet, vel per decreta divina, vel per divinas promiſſiones, vel per Chriſti merita, vel per ſanctorum preces, vel per quodcumque aliud ad Deum pertinens. Quia enim iſtam rationem deſignant paſſim Scripturae pro analyſi ſpei; e. g. *Ego autem in Miſericordia tua ſperavi* ex *Pſ.* 12. &c. Et ſub hac quidem ratione ſumme noſter erigitur animus, ut firmiter ſperet adſequutionem boni, quod efficaciter intendit (*u*). Dum vero *Trid.* (*x*) rationem ſpei in eo, qui ad Deum convertitur, reponit in Dei Miſericordia, & promiſſionibus per Chriſti merita, loquitur de rationibus, non quas neceſſario, ſed quas ut plurimum habet ſpes ad juſtificationem diſponens (*y*).

§. III.

De reliquis ad Spem adtinentibus.

146 QUAESTIO I. Quid de actibus, ſpei adnexis, praecipue de Timore? ADSERO I. Ad eandem ſpei virtutem pertinent actus omnes averſantes, ſcilicet, Odium, Fuga, Dolor, timor amittendae beatitudinis, ac aeternae damnationis incurrendae. Quia ad eundem habitum pertinet proſequi bonum, & malum oppoſitum averſari; non enim averſamur malum, niſi ex amore boni.

147 II. Ex iis praecipue timor varie partitur apud *AA.* ſed prout ex ſpe ſuboritur, eſt proprie timor amittendae beatitudinis, & aeternae damnationis incurrendae, vel alterius, quod ad iſtam ducat, prout eſt naturae malum & incommodum. Quia actus ſperans beatitudinem, & timens ejus contrarium, tendunt in rem ſub ratione proprii commodi, ſuntque ita inter ſe ſubordinati, ut unus ex altero intime oriatur. Sic enim eodem pondere, quo lapis deorſum tendit, & locum contrarium refugit.

148 III. Timor hic dicitur ſervilis, & ipſe quidem honeſtus eſt, ſupernaturalis & utilis ad ſalutem; utpote ab ſpe divina elicitus. Fide ſanctum. Quoniam ex ſacro codice, ut plura mittam, ex *Pſ.* 110. & *Prov.* 1. *initium ſapientiae eſt timor Domini*, nempe ſervilis, uti Patres vulgo ex-

 po-

(*t*) Conſuli poſſunt *Suar.* s. 1. n. 3. & 5. & s. 3. a n. 6. *Con.* d. 19. a n. 40. & 46. *Plat.* cit. a n. 315.

(*u*) Lege *Gut.* d. 2. a n. 27.

(*x*) Ses. 6. cap. 6.

(*y*) De hoc argumento plura dabunt *Suar.* cit. s. 3. a n. 20. *Con.* d. 19. dub. 4. a n. 50. & 55. *Arria* heic d. 27. a n. 24.

ponunt eum *Baſil.* (z) *Aug.* (a) *Greg.* M. (b) *Beda* (c) *Bern.* (d) Adeinunt *PP.* praeter mox laudatos alii eunt *Hieron.* (e) & *Caſſiano* (f) Adde *Trident.* (g) *Alexandr.* P. VIII. proſcribentem theſim illam xiv. *timor gehennae non eſt ſupernaturalis*, & *Clement.* P.XI. profligantem theſes Queſnelli lx. ſqq. ad uſque lxvii. (h) Porro timor hic conjungi poteſt cum filiali ſuborto ex caritate; ab iſta ſiquidem imperari poteſt. (i) Plura timoris ſervilis bona collegit ex Auguſtino *Berti*, ejuſque epitomator *Bazius* indicavit (k). Lutheri, aliorumque Novatorum cavillos in hoc Adſertum viriliter convellunt DD. Polemici, & nos paucis *inferius* (l).

149 iv. Timor inchoatus, aut initialis, ut dicunt, vel eſt ipſe ſervilis prout eſt initium filialis aut caſti, quo nempe quis Dei offenſam timet, quia praeciſe offenſa Dei eſt, vel eſt filialis prout ſervilem connotat; non eſt tamen ab utroque diverſus.

150 v. In Beatis manet quantum ad ſubſtantiam timor ſervilis; quia Beati averſantur peccatum, qua malum Dei eſt & cauſſa poenae, quae ſecundum ſe eſt eorum naturae poſſibilis; nam ſeorſim a beatitudine peccare poſſent, ac damnari. Carent tamen imperfectionibus viae, anxietatis, & ſolicitudinis. Etenim *perfecta caritas foras pellit timorem* ex 1. *Joan.* 4. id eſt anxium, & ſolicitum, qualis eſſe ſolet pure ſervilis in viatoribus (ll). Manet item timor reverentialis, ad filialem pertinens, quo, ſcilicet, perpenſa Dei eminentia, & propria vilitate, ſe ſe cum quodam horrore coram tanta Majeſtate dejiciunt (m).

151 QUAESTIO II. Num operari propter mercedem, & retributionem aeternam, ex ea duntaxat ratione, *quia Deus eſt ſummum bonum noſtrum*, ſit actus ſpei per ſe bonus, honeſtus, commendatione dignus? ADSERO I. Eſt ejuſmodi generatim in omnibus fidelibus. Docet fides. Et conſtat quidem ex *Scripturis* cum *Eccli.* 18.22. *Pſ.* 118.36. *Matt.* 6. 33. *Luc.* 16.9. *Phil.* 3.14. & 1. *Cor.* 9.10. *Col.* 3.24. Tum ex *PP.* cum *Ambr.* (n) *Hier.* (o) *Aug.* (p) Quibus adde *Trid* (q) *Alexandr.* VII. (r) *Clement.* XI. (s) Siquidem ille finis eſt bonus, & certe ſive finis ſit proximus, ſive remotus, ſive in integrum, ſive ex parte: ergo additus actui cum non vitiat. Dein-

(z) Orat. in principium Proverb.
(a) De ſerm. Domini in monte l. 1. c. 9. & tr. 9. in epiſt. Joan.
(b) Homil. 19. in Ezech.
(c) In 1. Prov.
(d) Hom. 23. in Cant.
(e) In c. 1. Malach.
(f) De inſtitutis renuntiantium l. 4. c. 39.
(g) Seſſ. 6. can. 8. & ſeſſ. 14. cap. 4. & can. 5.
(h) Lege, ſi vacat, earum expoſitionem & confutationem ap. *Lafontaine*, *Vivam*, *Deſirantium*, alioſve Anti-Queſnellianos.
(i) Conf. *Gutier.* cit. d. 2. n. 52. & d. 3. n. 5.
(k) L. 23. diſ. 2. c. 2. prop. 2.
(l) In. Differt. de Poenitentia virtute, ubi de Adtritione.
(ll) Ita in re *Suar. Rhod Gutierrez* heic.
(m) Vide ſis *Suar.* cit. s. 4. & *Plat.* cit. a n. 330.
(n) In c. 15 Luc.
(o) L. 2. in Jovinian.
(p) Serm. 1. in pſal. 103.
(q) Seſ. 6. cap. 11. & can. 31.
(r) In proſcriptione theſis x. & xiii.
(s) In damnatione theſis queſnell. anae lv.

Deinde opera noſtra quaſi ſuapte natura ſunt media ad eum finem: ergo eum intendere per haec opera, bonum eſt, ac honeſtum. Id ipſum paucis *ſupra* praemiſimus (*t*).

152 II. Eſt particulatim in juſtis, qui etiam perfecta qualibet caritate praediti ſint. Quia enim propter coeleſtem retributionem cum laude operati ſunt viri ſanctiſſimi; ut puta Moſes ex *Hebr.* 11. 26. David ex *Pſal.* 15. 5. & 26. 14. & 72. 25. aliique permulti, quorum exempla paſſim dat ſacer codex. Quin etiam Apoſtolos, quos plane perfectiſſimos eſſe decebat, hortatus eſt ſaepe Chriſtus Dominus ad operandum intuitu divinae mercedis, e. c. *Matth.* 5. 12. & *Luc.* 10. 12. Anne animis perfecta caritate inſtructis, & amoris Dei puriſſimi exſercitio deditis praeceptum divinae ſpei, ut amori unice vacent, diſpenſatum eſt? At nuſpiam ea diſpenſatio adparet vel ne per umbram quidem. Heinc merito profligatus eſt ab eccleſia commentitius ille Quietiſmus, qui jubebat animas perfectas a quocumque divinae ſpei actu abſtinere (*u*).

OBJECTIONES.

153 Obj. *primo* contra I. Adſ. Actus ſpei non eſt per ſe ſe generatim laude dignus in cunctis fidelibus. Nam 1.° ex *Bernar.* (*x*) *non ſine praemio diligitur Deus, etſi abſque praemii intuitu diligendus ſit*; deinde (*y*) *ſuſpectus eſt mihi amor, cui aliud quid adipiſcendi ſpes ſuffragari videtur ... impurus eſt, qui & aliud cupit; purus amor mercenarius non eſt*: item (*z*) *facit & mercenarius* (opus Dei) *ſed quia non gratis, propria trahi cupiditate convincitur ... ibi ſine dubio ſordes, ſive rubigo*. 2.° qui propter ſpem praemii operatur, ita animo adfectus eſt, ut niſi praemium ſibi paratum ſperaret, bene non operaretur: ergo inſtar ſordidi mercenarii unice mercedem amat; quod vituperavit Dominus ex *Joan.* 10. 12. ſq. 3.° amor, quo quis Deum amat ut ſibi beneficum eſt amor cupiditatis aut concupiſcentiae, imperfectus plane, ac vitioſus; quum Deum, aut Dei poſſeſſionem non ad Deum referat, ſed ad propriam utilitatem, ſecundum genuinam ſpei cujuſque propriae notionem & indolem.

154 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Bernard. in locis adductis loquitur de ſpe divina non abſolute & quantum ad ejus adtributa, ſed comparatione facta ad perfectam caritatem, cujus porro tot, tamque eximiae ſunt dotes, ut ſpes reſpectu habito ad ipſam ferme vileſcere videatur rubigine ſordida, utpote quaerens quae ſua ſunt. Nuſpiam vero Bernardus ſpei exſercitium abſolute ac in ſe ſe inſpectum ceu quoquo modo imperfectum aut vitioſum deprimit; quod nempe norat optime & a Deo praecipi, & ſaepius in ſacris literis commendari. Ad 2: mercenarius eſt, non quidem ſordidus, ſed honeſtus, laudabilis, Deoque gratus, qui propter mercedem, quae Dei ceu finis ultimi poſſeſſio eſt, Deo

(*t*) Ad Tom. V. p 390. n. 469.

(*u*) Lege, ſi vacat, *Innoc.* XI. conſt. *Coeleſtis Paſtor.* prop. VII. & XII. ac *Innoc.* XII. in proſcriptione theſium Fenelonii, prae primis ad theſim I. & II.

(*x*) Tr. de diligendo Deo c. 7.

(*y*) Serm. 83. in Cant.

(*z*) Tr. cit. de dilig. Deo c. 12.

jubente, laborat. Quo plane itidem convincitur, eo actu unice mercedem velle, hoc eſt Dei ceu finis ultimi poſſeſſionem unice amare, quod ſibi ſperanti bona ſit. Quid tum vero? Si haec omnibus bene ſapientibus plana & certa non ſint, vera ſpei theologicae notio e medio tollatur oportet, ac, plaudentibus novatoribus, cum notione ac indole caritatis perfectae confundatur.

155 Neque vero paſtorem mercenarium vituperavit Dominus, quod mercenarius eſſet, ac munus ſuum obiret unice propter mercedem, ſed quod male ſe gereret in negotio gregis ſibi commiſſi; oves nimirum venienti lupo adrepta fuga permittens. Heinc ad 3: amor concupiſcentiae, quem ſpei indoles praefert, per ſeſe non eſt vitioſus, quemadmodum nec ſpes ipſa vitioſa eſt. Nec aliunde conſtat de praecepto proprio referendi ad Deum ex ratione perfectae caritatis ſingulos quoſque actus noſtros, ac eos prae primis, quos elicit ſpei virtus, quae ſuapte natura in utilitatem ſperantis primario tendit (*a*).

156 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Actus ſpei non decet juſtum virum perfecta caritate nitentem, ad ſtatum altiorum virtutum vocatum. Nam 1.° *Clem. Alex.* (*b*) inquit, viros perfectos, quos nuncupat gnoſticos aut ſapientes, „ propter ſuam in Deum caritatem lubentes parere vocationi, nullum alium ſibi ſcopum proponentes, niſi ut Deo placeant, non autem propter praemia laborum „. Idem inſuper, quem ſequuntur *Nazianz. Baſil. Caſſian.*, triplicem diſtinguit juſtorum ſtatum; unum nempe ſervorum, qui timent, alium mercenariorum qui ſperant, tertium filiorum qui tantummodo amant. At viri perfecti virtutum ſublimiorum vocationi parentes, filii ſunt. 2.° perfectus vir in ſublimiorum virtutum ſtatum contendens, illis par eſt animum exſerceat, quae ſublimiores ſunt, Deoque gratiores; at ejuſmodi eſt caritas comparate ad ſpem, ceteraſque virtutes. 3.° Moſes *Exod.* 32. 31. dixit Domino, *aut dimmitte eis banc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti*, videlicet de libro vitae: tum Paullus propriae ſalutis jacturam pati paratus, ut alienae proſpiceret, animoſe inclamabat *Rom.* 9. 3. *optabam ego ipſe anathema eſſe a Chriſto pro fratribus meis*: ergo eorum exemplo & potiori quidem jure viris perfectis licet, ita Deum amare, ut ſpem omnem ſalutis procul abjiciant. 4.° pia quaedam perſona fertur aeterna beatitudine ſe ſponte abdicaſſe, ut offenſas in Chriſtum Dominum illatas quoad ejus fieri poſſet, compenſaret; at hoc ipſo ſpem omnem ſalutis aeternae abjecit. Actum ſimilis abdicationis pro communi, vulgarique lectorum piorum exſercitio legiſſe memini apud quamdam deprecationem typis editam a *P. Petro Calatayud* Soc. J. piiſſimo juxta atque doctiſſimo Viro.

157 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Clemens idem in ſtromatibus ſaepenume-

(*a*) His quidem, doctrinae de ſpe ſolidiori conſentaneis, propoſitas objectiones expedite ſolvimus, ſecus ac eas, nobis minime probantibus, plerique Recentiorum ſolvere conſueverint cum *Boſſueto*, *Bertio*, *Bazio*, *Gazzaniga* &c.

(*b*) Strom. l. 7. n. 11.

mero ingeminat, Chriſtianos ut ut in ſublimi perfectioris vitae apice conſtitutos, ſpe remunerationis aeternae ad operandum adlici. Quocirca ut ſibi conſtare deprehendatur, dicendus eſt in locis objectis loqui de quibuſdam eximiae ſanctimoniae viris, qui vitam perpetuo degunt exſercitio caritatis perfectiſſimae addictos, quin tamen interdum ipſi actus a Deo praeceptos non eliciant; alioqui praeceptum infringentes a caritate perfecta plane deciderent. Ad 2. *D. Ma.* & aliis pariter, quae ſaltem interdum jure divino praeſcriptae ſunt, *C.* ſecus, *N.* Et *C. Mi.* Et *N. Con.* Porro virtutes illae Deo ſunt gratiores, quae ad beneplacitum Dei potius conformantur, eſto ex ratione potiſſima ignobiliores ſint.

158 Ad 3. Moſes & Paullus loquuti ſunt hypotetice, hoc eſt ſub conditione, quae hunc aut ſimilem redderet ſenſum „ ſi poſſit juxta Dei beneplacitum cum diſpendio meae ſalutis, aliorum ſalus & divina gloria conjungi, aeternam ſubire damnationem lubenter ſtatuo, excluſo tamen odio Dei „ Ita, nec improbabiliter quidem, nonnulli interpretes. Qui autem hoc eximiae caritatis ſacrificium Deo idem ſuggerenti praeſtiterunt, ſpem ſalutis aeternae non abjecerunt abſolute, ſed duntaxat ſub conditione quod ea abjectio ſancta ſit, Deoque adcepta. Quid inde vero contra praeceptum ſpei omnibus commune, hac intercedente divinitus exceptione in iis heroibus? Quod ſi Dominus eam duumvirorum oblationem adceptaſſet, ipſiſque innotuiſſet adceptatio, minime ſpes aeternae ſalutis in eorum animis conſiſtere potuiſſet, non ſecus ac ille cui damnatio aeterna revelaretur, ſalutem aeternam ſperare non poſſet. Heinc

159 Ad 4: piorum illae abdicationes, quas non niſi Deo peculiariter inſpirante honeſtas atque licitas eſſe reor, hypoteticae ſunt, non abſolutae; non ſecus ac illae, quas mox expoſuimus de Moſe ac Paullo. Ex iis autem perperam colligerent Pſeudo myſtici dogmata illa, quae omnibus in perfectionem vitae ſpiritalis contendentibus communia eſſe amant, ac fere neceſſaria; ut nempe perpetuo puri amoris ſtudio addicti, ſpei cujuſque de retributione aeterna ſint prorſus immemores (c).

160 QUAESTIO III. Num liceat in creatura, vel in propriis meritis ſperare? ADSERO. Licet ſperare in propriis meritis, ex gratia factis, aut faciendis, tanquam in cauſſa morali inſtrumentali, per quam a Deo, in quo tanquam in fine ultimo ſpes reponitur, ad beatitudinem perducimur (d). Quia ſic merita noſtra ad ſalutem conducunt, ut ejuſdem vera cauſſa moralis ex divina promiſſione. Immo ſecluſo merito proprio, ſpes ſalutis ſpes non eſſet, ſed vana, & temeraria praeſumtio. Simili pacto ſpem honeſte reponimus in meritis Chriſti, Deiparae, & aliorum juſtorum, quatenus ex ipſis propitium nobis Deum ſperamus. Idem

(c) Conf. *Buſſuet.* tr. de Myſticis in tato, *Duguet* in explicat. myſterior. paſſion par. 1. c. 7 §. 7. *De Rubeis* tr. de carit. c. 39 *Maſſoulie* tr. de amore Dei, ac tr. de vera orat.

(d) Suffragantur *Con.* d. 19. n. 75. *Gut.* d. 2. n. 24 cum communi.

162 Idem ſaepe Scripturae perhibent, ut *Pſ.* 131. 1. *Tob.* 4. 12. *Iſai.* 38. 3. *Rom.* 5. 3. & 1. *Tim.* 3. 13 & 2. *Tim.* 4. 7. Idcirco ſi oppoſitum alibi docere videntur, e. c. Judith 9. 9. Pſ. 48. 7. Luc. 18. 14. & 2. Cor. 1. 9. ibi tantum reprehenditur eorum ſpes, aut fiducia in propriis meritis, quae aliquo laboret vitio, e. g. nimiae in ipſis meritis confidentiae, praeſumtionis, ſuperbiae, ceterorum deſpectus; quibus plane ſi immunis non ſit ſpes in meritis, vana eſt. Item ex *Jerem.* 17. 5. *maledictus homo, qui confidit in homine*, ſcilicet tanquam in cauſſa principali; licet enim in creatura ſperare, ceu in agente ſecundario & inſtrumentali, per quod quis juvari poſſit ad bona, in beatitudinem ordinata (*e*).

163 Jam CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS pro ſpe theologica, illa Sapientum paganorum teſtimonia perhibent, quae praemia aeterna hominibus in remunerationem virtutum moralium a diis parata palam adſeruerunt. Ea ſatis abunde ſupra produximus (*f*) Qui ſiquidem haec praemia virtute morali praeditis proponebant, virtute ſaltem adfirmarunt, ſperandum eſſe a Diis ceu aequis & largiſſimis remuneratoribus illa ex voto ſubceſſura. Quid? quod ſpes in deos collocandas eſſe, atque bona & in vita & poſt mortem ab iis expectanda, *Huet.* auctore (*g*) Philoſophorum prope omnium conſtans opinio fuit. Addo, & omnium gentium Paganiſmum profitentium. Ut quid enim, ſpe in deos ſublata, tot ipſae ſacrificiis, feſtis, votis, & cujuſque generis obſequiis numina percolebant ſua? Intendebant utique in omnibus bonum ſibi, atque patrocinium, praeſidiumque in res ſuas a diis impetratum vel impetrandum. In hunc porro finem patrocinio & advocatione Geniorum propemodum innumerabilium utebantur (*h*) variis item praeclariſque nominibus decorabant deos, quos nempe cerni adpellabant conſervatores, ſalutiferos, paciferos, frugiferos, auxiliatores, opiferos, amicos, patres, optimos (*i*) Quin etiam qui de nomine non agnoſcebantur dii plurimi, colebantur in ſuo munere: ſic enim virtutem, honorem, victoriam, pecuniam, concordiam dearum loco habitas dicebant, quae videlicet ejuſmodi dona diſpenſarent, non ipſa dona. (*k*) Adde, Paganos coluiſſe paſſim deos, qui immites, ferales, exſitialeſve haberentur, ea tantum de cauſſa, ne nocerent, ac ut procul abeſſent. Hoc enim pacto & iidem pertimuiſſe, ac reveriti fuiſſe feruntur Eumenidas, deam febrim, malam fortunam, tonitruum, elementa, pluraque id genus commentitia numina (*l*) Ethnici ergo, ductante rationis lumine, in deos ut ſibi bonos ſpem eſſe collocandam crediderunt. Pluribus id ipſum argumenti genus proxime retractabimus. Ex-

(*e*) Conſule *D. Th.* heic q. 17 a. 4. & *Bellarm.* l. 5. de juſtif. c. 7.

(*f*) Ad Tom. IV. p. 238. n. 275. ſq.

(*g*) In qq. alnet. l. 3. c. 2.

(*h*) Recole quae ſcripſimus ad Tom. III. p. 91.

(*i*) Vide ſis dicta *ſuperius* ad Tom. II. p. 287.

(*k*) Confer *Tullium* l. 2. de nat. deor. *Vitruv.* l. 8. in prooem. *Raynaud.* S. J. in Theol. nat. diſt. 7. n. 25.

(*l*) Lege, ſi vacat, *Clem.* Alex. in protrept. *Cyprian.* l. de vanit. idol. *Arnob.* l. 4. n. 70. *Cyrill.* Hieroſ. catech. 6. *Acoſta* S. J. hiſt. Ind. l. 5. c. 4.

Digitized by Google

Excipiant denique Concordiam, virtuti huic illuſtrandae gratia documenta vetera.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *CLASSIS VI.*

pro Spe theologica.

E RE MARTYROLOGICA.

1 *Deus vero, qui univerſorum Dominus eſt, & aeternus Imperator, dedit ſervis ſuis per Jeſum Chriſtum filium ſuum* fiduciam *moriendi. Per quem etiam* donat nobis reſurgendi ſpem, *ut ad amplioris vitae incrementa, praeſentis vitae detrimenta nobis profutura credamus.*

S. Ferreolus M. adloquens Criſpinum Praeſidem, dum illum hortatur, ut, ſupplicia evaſurus, Chriſtianorum repudiet ſectam (ex *Act.* Sancti n. 2. Ea citavimus in Adpend. p. XXIX.)

Spes itaque reſurrectionis & bonorum coeleſtium ad catholicum Ferreoli ſenſum, a veteribus eccleſiae inſtitutis procul dubio adceptum, donum ſupernum eſt, quod recte agentibus per Chriſtum dat Deus.

2 *Quomodo poteſt homo chriſtianus lapides & ligna colere, Deo relicto immortali, qui ... & me &* omnes in eum ſperantes *poterit conſervare?*

S. Nicander M. adloquens Maximum Praeſidem, hortantem ut diis immolaret (ex *Act.* citt. in Adp. p. XXX.)

Innuit hoc ſermone Nicander ſacrae in Deum omnipotentem ſpei effecta mirabilia.

3 *Benedictus ſis Domine Deus*, Chriſtianorum ſpes, *qui confirmas lapſos & erigis proſtratos, qui redimis a corruptione* ſperantes in te.

S. Basilius Presb. Deum orans coram Juliano Comite, quum ejus cutis multo immanius, quam ſolitum erat quotidie fieri, diſſecaretur (ex *Act.* uti ſupra in Adp. p. XVIII.)

4 *Quid tardatis? quid ſtatis? Corpus lanietur, membra torqueantur. Denique quodcumque de me ſupplicium volueritis, ſumite. Nolite mihi* beatam

ſpem

ſpem *invidere*. *Quanto enim magis tormenta augebitis, tanto magis praemium comparabitis*. Commercia *ſunt iſta nobis cum Domino atque* contractus. *Pro vivicibus in corpore eminentibus, in reſurrectione ſplendido induemur amictu &c.*

S. Gordius M. ad Praeſidem, quo ſaeviora intentabat ei ſupplicia (ex *Act.* uti ſupra in Adp. p. xxxiii.)

Vides, chriſtianam ſpem, ceu quibuſdam intercedentibus commerciis & contractibus Dei cum hominibus, promiſſionibus divinis inniti.

5 *Noſter autem Deus magnam virtutem habet*, in quo ſperamus & *feſtinamus ad martyrium, ubi etiam* ſpem *noſtram habere confidimus*.

S. Maximilianus Miles M. verba faciens ad Julianum Comitem, ei, ſuoque ſocio Bonoſo praecipientem, *colite Deos, quos & nos colimus, & mutate ſignum, quod habetis, de labaro* (ex *Act.* uti in Adpend. p. xvi.)

Exſempla alia mirae in Deum ſpei, qua erecti Martyres ſupplicia intrepide perferebant, quis brevi enumeret? Complurimi quidem ſpem, qua innutriti ab Eccleſia, fovebant in corde, palam in adloquutionibus prodebant, quod ex Actis eorum perdiſcimus. Sic enim e. c. Rufus Diac. ap. Bolland. ad d. 27. Aug. p. 19. n. 8. Zenon miles olim ſub Diocletiano ap. eoſdem ad d. 2. Sept. p. 362. n 5. Evelpistus ap. cit. Ruin. p. 44. n. 3. Pionius ap. eundem p. 129. n. 10. &c. &c.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

6 ܝܡܐ ܗܘ ܠܝ ܠܐܠܗܐ܂ ܕܠܗ ܒܫܪܝܪܘܬܐ ܦܠܚ ܐܢܐ܂
ܘܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܒܫܪܪܐ ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܘܠܐ ܡܫܠܡܢܘܬܗ
ܕܫܘܪܝܐ ܐܝܬ ܠܗ ܘܠܐ ܫܘܠܡܐ ܘܠܐ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܪܗ ܡܫܝܚܐ ܐܝܬ
ܠܝ ܡܫܝܚܐ ܦܪܘܩܝ ܠܝ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܡܫܬܒܚ ܗܘ ܥܡ ܐܒܘܗܝ
ܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܒܒܝܬ ܡܠܟܘܬܐ ܕܒܪܗ ܘܡܛܠ ܗܢܐ ܐܢܐ܂

Nimium

Deum juro, cui ex animo deſervio, & Chriſtum

ejus

ejus, in quo ſpem conloco meam omnem, *nunquam me commiſſurum, ut ſive tu, ſive tuus iſte rex* (*) *quem tantopere jactas, ſive cujuſque generis tormenta, quibus me terrere putas, avellant me a caritate Jeſu, quem ab ineunte aetate uſque ad banc ſenectutem unice dilexi.*

(*) Sapor II. Perſarum Rex

S. Barhadbesciabas, Arbelae Hadiabenorum Metropolis Diaconus, M. reſpondens animoſe Sapori Tamſapori Praeſidi, eum ut fidem Chriſti ejuraret vehementer urgenti. Arbelae, reor, an. 350. d. 23. Jul. (Ex *Act.* Sancti chaldaicis ap. Act. MM. orient. p. 129. §. *At.*)

7 ܗܘ ܕܝܢ ܡܫܝܚܝܐ ܐܢܐ. ܒܣܒܪܬܐ ܕܐܝܬ ܠܝ ܥܠ ܐܠܗܗܘܢ
ܕܡܫܝܚܝܐ ܪܒܐ. ܡܛܠܗܕܐ ܐܝܩܪܟ ܕܛܠܝܘܬܗܘܢ ܘܫܢܩܐ ܐܝܟ
ܐܬܒܪܝܬ.

Legito

Ita ſane, Chriſtianus ſum ea ſpe, *quam in Chriſtianorum Deo maximam, certiſſimamque repoſui; adeo ut honoribus tuis illorum ſupplicium anteponam.*

S. Phustkius, Karngabarus, hoc eſt regiorum opificum Praefectus in aula Saporis Regis, M. reſpondens animoſe Sapori, eum graviter increpanti, quod dignitatem ſibi a Rege nuper collatam exſitio poſthaberet ſuo, & ſortem martyrii cum ſociis chriſtianis communem quaereret. Seleuciae ad an. 34. (Ex *Act.* S. Simeonis Epiſc. & Socc. MM. ap. Acta MM. orient. p. 36. §. *At.* De hiſce Actis ſupra in Supplemento ubi *pro Exſiſt. Dei*.

Martyrem hunc pro alio dogmate mirabiliter adloquentem ſupra produximus ex Sozomeno ad Tom. V. in Adpend praemiſſa p. xxxvii. ſub nomine *Puſices*; ſequuti utique Bollandianos ad d. 21. Apr. & Ruinart. in Act. S. Symeonis Ep. & Socc. §. 4. p. m. 636.

Ibidem pariter Sancti Martyrio dedimus cum Ruinart. annum circ. 345. Modo tamen, ut vides, re maturius expenſa, ſententiam aliam ſequimur ceu veri ſimiliorem, duce & auctore Interprete noſtro. Recole ſuperius indicata in Supplem. ubi *pro Deo uno*.

8 *Fruſtra intentas quas neutiquam timemus minas, tormenta, ferrum*: illum *quippe* Deum *nobis adfuturum* ſperamus, *cujus vi atque ope nobis conſtitit invictus, aequabiliſque animus, nullatenus plane motus in acerbiſſimis quaeſtionibus, quibus nos dudum torſère tui collegae*. Ipſum *nos tormentis tuis fortiores* praeſtiturum confidimus.

S. Acepsimas Epiſc. M. haec ſuo & Sociorum nomine reponit Magorum Principi & Praeſidi, graviſſima eis minitanti ſupplicia, ſi juſſi ab Imperatore ſolem non adorent. In Perſide an. 376. ſub perſequutione Saporis Regis (ex *Act.* Sancti & Socc. Joſephi & Aithilahae, ap. Act. MM. or. p. 191. ſq. §. *Inter.*)

9 *Et tu quidem corpus meum profligaſti, utpote in poteſtate tua poſitum*: *ſed animae meae eripere non potes* pulcherrimam ſpem, quae me recreat *ex futura corporum reſtitutione nobis Chriſtianis promiſſa*.

S. Josephus M. praelaudati Acepſimae Socius, reſpondens Praefecto, ſic illum poſt acerbiſſimos ei illatos cruciatus objurganti, *vides tuum ut corpus ad omnem vitae uſum ineptum atque inutile effecerim?* Uti *ſupra* in proxima Adloquutione ap. citt. Acta MM. or. p. 201. ſq. §. *Poſteaquam*.

10 *Minime adducar, ut Domini & Dei noſtri nomen ejurem*, cui Chriſtianorum ſpes univerſa innititur, *cui confidiſſe neminem unquam poenitebit vel pudebit unquam*, quam ſpem, fiduciamque *confirmata ſacramento* ejus promiſſa certiſſimam faciunt.

S. Jonas M. reſpondens Praeſidi, vehementer urgenti ut fidem Chriſti, ſolem, elementaque adorans, ejuraret. Apud Perſas in oppido Hubaha, ſub perſequutione Saporis, an. 327. (ex *Act.* Sancti & aliorum x, Socc. ab Eſaia Adabi Arzunitae filio coequali, ac teſte oculato conſcriptis, ap. noſtrum Cl. Aſſem. In adpend. ad hiſtoriam perſicae xl. annorum perſequutionis, p. 218. §. *Poſtrema*.) Memoria Sancti, ſimulque fratris ejus & in paſſione ſocii Brichieſu apud Martyrologia vulgo celebratur d. 29. Mart.

Recole demum quae innuimus in Adpend. martyrologica, p. xlv. Atque interim obmuteſcant qui ſpem theologicam aut nihili pendunt, aut eam vitii coram Deo, cui ingrata ſit, inſolenter traducunt.

ERE

11 *E RE LAPIDARIA SACRA.*

MAR ☧ CIANE
A ω
VIVAS IN

SPES ☧ IN DEO

Apud Hiſpanos in vico Bujalance, *in agro Petri Alphonſi de Caſtro, referente Murat. p.* 1907. 6.

In teſtem Epitaphii ſuas tantum ſchedas adfert *Muratorius*. Sed hic tamen teſtis fortaſſe cuipiam haud ſatis firmae auctoritatis erit; quoniam nullus ex iis ſchedis profertur Auctor haec recitans; ac pro certo deinde habetur, Muratorium haud exſcripſiſſe Titulum ex ectypo. Idemque dixero de aliis id genus citationibus, quae apud laud. Murator. interdum occurrunt.

Quod ſi fidem in praeſentia muratorianis ſchedis adhibeamus, egregium in dogmatica Epigraphe pro ſpe theologica documentum praeſtamus; ubi nempe Marciano vita functo ſpes in Deo, ſeu ſuomet principio & fine aeternum poſſidendo commendatur; vel potius gratulatur Lapis Marciano, quod propter ſpem theologicam, quam in Deo, fine ſuo, dum viveret, repoſuit, beate demum poſt mortem in Deo, aut in Chriſto vivat.

12 SPES IN DEO
IN D.
STEFANIS

Romae e cryptis ſubterraneis ap. Boldet. in obſervat. p. 418.

13 SPES IN CHRISTO BONOSO QVI VIXIT ANN. P͞M LXX.
☧ QVI FECIT CVM PLATILLA ANN. L. D. X. KAL. MAJAS
BENEMERENTI IN PACE

Romae olim in coemeterio SS. Marcellini & Petri ap. Murat. p. 1846. 4. *ex Bonarrota.*

Lapidem hunc chriſtianum eſſe, ſingula quaeque ſigna conſpicue demonſtrant; immo & illuſtrem theologicae ſpei confirmationem. Quod autem praefata Kalendarum deſignatio, uti & Nonarum, Iduumque in aliis paſſim chriſtianis, non ſit ejuſmodi caracter, qui epitaphium chriſtianum ab ethnico ſimpliciter diſcernat, quidquid ſecus olim cenſuerint, aut dubitarint Eruditiſſimi Viri cum *Fabretto, Mabillon. Juſto Fontanino, Caeſ. Malvaſia*, apertiſſime evincitur ex multis paganis epitaphiis gruterianis, aliiſque pluribus, Kalendas itidem, Nonas, aut Idus praeferentibus. Ea eruditiſſime congeſſit Cl. *Lupius* in epitaph. S. Severae §. 11. p. 76. ſqq. Eum adi ſis.

14 PVBLIO FIL IN PACE
SYMFERON ET SABINA
PARENTES

Romae in coemeterio S. Saturnini ap. Marangon. in adpend. ad acta S. Victorini p. 92.

Anchora apud priſcos Chriſti cultores habita eſt prae primis ac tradita ceu praeclarum ſymbolum theologicae ſpei erga Deum O. M. Ac optimo quidem conſilio; quoniam ex Oraculo Apoſtoli *Hebraeor.* 6. 17. ſqq. *abundantius volens Deus oſtendere pollicitationis heredibus immobilitatem conſilii ſui, interpoſuit jusjurandum, ut per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mentiri Deum, fortiſſimum ſolatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitam* SPEM, *quam* SICUT ANCHORAM *habemus animae tutam ac firmam*. Ex iis autem *Chryſoſt.* in Pſal. 10. *Ambroſ.* in eadem Apoſtoli verba, & *Rufin.* Aquilejenſ. in Pſalm. 151. ſub expreſſo Anchorae hieroghyphico ſpem divinam exponunt, & commendant. Nec ab ſenſu quidem ipſorum latum unguem abludit Nolanus ille *Paullinus*, ubi in natalitio Carm. 2. de S. Felice, poëmate nunc 13. ſub fin. haec Felicem adprecatur:

Sis bonus o felixque tuis, Dominumque potentem
Exores, liceat placati munere Chriſti,
Poſt pelagi fluctus, mundi quoque fluctibus actis,
In ſtatione tua placido conſiſtere portu.
Hoc bene ſubductum religavi littore claſſem;
In te compoſitae mihi fixa ſit anchora vitae.

Meritiſſimo igitur & multo pridem *Clemens Alex.* in Paedag. l. 3. c. 2. veterum chriſtianorum conſuetudinem exprimendi in anulis ſignatoriis *Anchoram* laudavit, promovitque. Tum quippe primaevi fideles, ſaeviſſimis in Eccleſiam perſequutionum procellis ingruentibus, validiſſimiſque ventis Chriſti naviculam impetentibus, maxime laborantes erant in remigando: quocirca oculis ſibi propoſito, cordique immiſſo Anchorae typo, in certam emergendi e periculis ſpem erigebantur impavide, ac nuſquam ſe ſe divino deſtituendos praeſidio animoſe confidebant. Ideo profecto ſymbolicam Anchoram & in coemeterialibus depingendam conclavibus, & celandam in anulis, & in ſepulcralibus ſaxis ſcalpendam curabant; cujus videlicet adſpectu ſpem coelitus conceptam indeſinenter confoverent. Figuram Anchorae, quam coemeterialia Romae conclavia praeferebant, habes ap. *Aringh.* l. 6. c. 40. p. 627., quam vero oſtendebant anuli, mox aperuimus ubi de fide; quam demum ſepulcralia ſaxa continebant, ibidem dedimus. Marmora perplurima ſacro eodem ſpei ſymbolo inſignita, diu nobis collecta, brevitatis ſtudio miſſa facimus.

E RE LAPIDARIA PROFANA.

15 SPEI. AVG.
SACR
L. CORN. POTIT
V. S. L. M

Aquilejae in Monaſterio ap Bertolum de Antiquit. Aquilejenſ. n. xxxx. p. 65.

Ineditum vocavit hoc Marmor literatum Bertolus, qui ipſum edidit an. 1739. Neſcio tamen an illud primum ediderit *Muratorius* in ſuo theſauro juris publici facto eodem an. 1739. ubi Marmor, ſibi a Bertolo miſſum adfert ad p. 90. 7.

16 SPEI. AVGVSTAE
C. SACCONIVS
VARRO. TRIB. CO.
H. IMILIANAE
DELMATARVM
V. S.

Ad fontes Timavi, ubi olim templum Diomedeum, nunc vero pagus vulgo adpellatus S Giovanni del Carso, *ap. Philipp. a Turre in monumentis veteris Antii, ubi de diis Aquilejenſibus p.* 320.

Lapidem aliquanto diverſum recitavit *Gruter.* p. 102. 3. eundem vero ex Turrio diligenter exſcripſit cit. *Bertol.* p. 68.

17 BONAE. SPEI
AVG. VOT.
PP. TR.

Romae olim in via Appia non procul ab hippodromo caſtrenſi ſub ſimulacro ſpei ap. Gruter. p. 1075. 1. *e Boiſſardo.*

18 M. AVR. PACORVS AEDI
TVVS SANTAE VENE
RIS IN SALVST HORTIS
SPEI
ARAM CVM PAEMENTO
SOMNIO MONITVS SVM
TV. SVO DD.

Romae olim ſub anaghypho ſpei ſimulacro ap. Montfaucon in antiq. illuſtr. t. 1. par. 2. l. 5 c. 1. p. 332. ex eodem Boiſſard.

Paementum heic pro pavimento adcipias, quod cum ara in honorem deae conſtruendum curavit Pacorus, & certe vel fortaſſe marmoreum,

reum, vel ex more illorum temporum teſſelatum, ſeu muſivo opere.

19 SPEI INVICTAE
SACRVM
T. VASCONIVS. FRE
GELLANVS. AEDIL. QV̄I
AERAR. SATVR. PEC
SVA. FACION. COER.

Fregellae, nunc Ceperano, *ap. Murat. p. 91. 1. ex Ligorio.*

Vides ex hiſce Titulis, quanto fuerit apud Ethnicos in pretio ſpei erga ſua numima Virtus; quippe cui tanquam *auguſtae*, atque *invictae* coelorum deae marmora dicabant, vota ſolvebant. Conjectat laud. *Murat.* p. 90. 8. Aquilejae, ubi primus exſtat Lapis, & aedem fuiſſe, ſeu templum ſpei Auguſtae ſacrum: id tamen omnino incertum, ac nullo nixam video fundamento conjecturam; quis enim vel innuere auſit, ibi Pagani cujuſpiam dei extitiſſe delubrum, ubicumque repertus ſit eidem deo ſacer lapis? Et vero certum eſt, ſi fides Romanarum rerum Scriptoribus, ſpem deam Romae delubrum, immo delubra obtinuiſſe, in quibus ei precibus, votis, feſtis, ſacrificiis cultus deferebatur, quam nempe Calatinus quidam conſecraverat, ut memoriae prodidit *Tullius* l. 2. de legib.; videlicet, ut ego quidem interpretor, apotheoſim, aut divinos ei honores primus inſtituit, vel aedem ſacravit. Haec autem, quae in foro olitorio erat, ex *Tit. Livio* in dec. 3. l. 1. & 2. *fulmine icta eſt*, & poſtea *Q. Fabio Coſ. fil. & Tib. Sempronio Graccho Coſſ. incendio conflagrata*, hoc eſt, apud faſtos petavianos, an. U. C. 541. & ante Chriſtum 213. ſcilicet ante bellum Actiacum, ut ſcribit *Dion* in hiſt. l. 50. & nonnullorum quidem opinione, libertorum opera. At novum deinde templum in ſeptima urbis regione, hoc eſt in Via lata ſpei conſtructum eſt, uti habemus ex *Lilio Gyraldo* in hiſt. deor. ſyntagm. 1. col. m. 30. & confirmat *Bandur.* de Numiſmat, Impp. Rom. t. 1. p. 40. nota 3. ex argenteo ac perraro Numo Herennii Etruſci, ſpei ſacro; & merito quidem, nam quum Herennius idem Etruſcus, Decii Auguſti filius, Auguſtus fuerit an. Chr. 251. paullo antequam e vivis excederet; intelligenda eſt ſpei illa figura novam aedem ſibi ſacram exprimere, minime veterem diu incendio conſumtam.

Tertium inſuper fanum ſpei dicatum eſt in via Appia non procul ab hippodromo caſtrenſi, ut interpretatur *Pratillus* in comment. de via Appia l. 1. c. 9. verſus fin. ad quod itidem ſpectare conjectat Titulum illum *BONAE SPEI* mox deſcriptum. Quartam praeterea aedam ad Tiberim ſpei conditam a Marco Fulvio Cenſore tribuit *Anonymus* in antiquit. explicatis edit. Hagae comit. 1727. & haec fortaſſis illa fuit, quae ex *Corn. Tacito* ab Attilio eſt vota, & a Germano ſacrata; vel illa potius, quam antiqui *ſpem veterem* dixerunt ex *Lamprid.* & *Frontinio*. Et vero celebriores antiquae Romae Scriptores, quos vide ſis ap. *Thaeſaur. Grae-*

via-

vianum t. 2. ac 3., de duobus poſtremo loco indicatis ſpei delubris ſatis confuſe diſſerunt. Dedicatio denique templi Deae ad forum olitorium Kalendis Auguſtis ſollemnis erat, quemadmodum ex veteri Kalendario ad eum diem adnotavit in ſuo romano & graeco Kalendario cit. *Gyraldus* tom. 2. col. m 839. templi vero ad viam Appiam, eodem interprete *Pratil.* Nonis ejuſdem Auguſti, ex Kalend. vet. ap. laud. *Gyrald.* Hic in ſpem cultus antiquae Romae, cui Graecos praeiviſſe liquet ex *Theoga.* in γνώμ. Haec fortaſſe monimenta profana conſpexerat, aut ſimilia Nolanus ille eruditiſſimus Epiſcopus *Pontius Meropius Paullinus*, quippe qui in epiſt. 16 ad Jovium an. 399. conſcripta, ad col. 89. edit. Veron. 1736. ubi invehitur in miſeram paganorum caecitatem diſerte adnotat, eos *ſpem in ſimulacris coluiſſe*. Elegantem vero ſimulacri ſpem deam referentis effigiem ex aureo Adriani Imp. numiſmate deſcripſit laud. *Gyrald.* t. 1. col. 30.

Quod vero ſpem ut deam cum Romanis aliae coluerint gentes, ſatis aperte comprobat, praeter alia, epitheton illud *Auguſtae*, quo donatur in utroque priore lapide. Quidquid enim ſecus opinari cum aliis videantur *Reineſ.* epiſt. 69. ad Rupert. & *Spon.* in diſquiſit. antiquit. diſſ. 29., arbitror tamen ego cum pluribus, conſpicuum hunc titulum apud veteres non niſi rebus ſanctis, cultu ac religioſa veneratione dignis tributum eſſe, prae primis diis, deabuſque. Sic enim, teſte *Ovid.* l. 1. faſtor. verſ. 609.

Sancta vocant auguſta patres: auguſta vocantur
Templa ſacerdotum rite dicata manu.

Sic ex *Dione* l. 53. p. 507. *quae in honore, atque cultu ſunt, ea auguſta vocantur*. Sic ex infinitis propemodum ſaxis apud Antiquarios ſapientes exſcriptis, videmus ceu proprio & peculiari titulo auguſtos ſalutari Jovem, Junonem, Apollinem, Cererem, Dianam, Janum, Martem, Mercurium, Minervam, Neptunum, Saturnum, Vulcanum, ceteros demum, quos pagana vetuſtas in ſacris deorum faſtis percolebat adſcriptos.

Diis itaque, deabuſque proprium *Auguſti* nomen, ex primaeva vocabuli notione, & alii forſan nuſpiam conceſſum uſque ad Octavianum Caeſarem, qui decreto Senatus, fine bellis civilibus impoſito, ob egregias virtutes *Auguſtus* eſt dictus, Jovique Auguſto, ſeu Deo in ſocietatem ſanctiſſimi nominis per adulationem adſcitus, uti egregie occinuit laud. *Naſo* l. 1. verſ. 608.

Hic ſocium ſummo cum Jove nomen habet.

Dum ergo ſpem ſaxa noſtra pervetuſta Auguſtam ſalutant, deam profitentur & colunt. Nonnullas ſpei imagines collegit cit. *Montfauc.* t. 1. par. 2. l. 3. c. 1. p. 332.

Quo inſuper ſenſu ſpem, & alias virtutes ei ſimiles, veteres ceu Deas coluerint, adpoſite docemur a *Tullio* cit. l. 2. de legib. fere ſub med. in haec verba „ Bene vero quod Mens, Pietas, Virtus, Fides conſecratur manu, quarum omnium Romae dedicata publice templa

ſunt,

ſunt, ut illa qui habebant (habent autem omnes boni) deos ipſos in animis ſuis collocatos putent . . . quoniamque exſpectatione rerum bonarum erigitur animus, recte etiam ſpes a Calatino conſecrata eſt . „ Adde ex iis, quae *ſupra* diſſeruimus Tom. II. p 287. quod ethnicae gentes, quae ut plurimum ſuorum Providentiam deorum reverebantur, ſibi firmiter perſuaſum haberent, deos quoſque in ſua munia ac loca ordine diſpertitos, adcinctoſque, de cunctis ubique mortalibus & mortalium eventis indeſinenter curam gerere. Subinde vero qui ex inſtituto legis, ad ſenſum Tullii, ſpem ut deam colebant, & eos ex animo ſpem rerum bonarum in Proviſoribus diis ſuis collocaſſe putan'um eſt. Quaſi & ipſi in eum ferme ſenſum, quo nos Deum verum *ſpem noſtram* dicimus, & *ſpem ſuam* deos reputaverint ſuos.

20 PONTIFICIS VOTIS ANNVANT DII ROMAE REIP.
ARCANAQ. MORBIS PRAESIDIA ANNVANT QVORVM
NVTV ROMANO IMPERIO REGNA CESSERE

Romae olim in veteri fragmento ap. cit. Thomaſin. de donar. veterum cap. 34.

Dignum porro Votum, quod Romanae Reipublicae diis emiſerit quiſpiam Romanus Pontifex, ubi morborum copia ingrueret, miſereque Rempublicam divexaret. Exinde vero firmiſſimam animo conceptam ſpem obtinendi a diis medelam cordatiſſime oſtendit, habita ratione ſummae ipſorum numinum erga Romanum Imperium, quod regnis ceteris praefecerunt, beneficentiae. Quo videris ſpei theologicae in ſummo Deo eximium typum.

His facile adnectere liceret documenta propemodum innumera, petita a perpetuis Votis pro valetudine infirmorum, aliiſque impetrandis beneficiis, quae paſſim profani Lapides a voventibus ſoluta exprimunt diſerte ſub nomine *Votum*, aut alio ſimili; vel crebrius indicant ſub notiſſimis ſiglis *V. S. L. M.* Sic enim Ethnici plerumque ſua Vota inſtituebant, ut cum deprecatione pro obtinendo dono, vel cum adoratione pro eo obtento ſemper fierent: alii nempe vota nuncupantes prius deprecari numina, vel adorare conſueverunt; alii vero diis vovebant, mox eoſdem adorabant, ipſorum opem implorantes. Jam vero qui alterius ex animo implorat opem, conceptiſſimam hujus impetrandae ſpem exſerte prodit. Ejuſmodi vota, quae praeclara dixeris paganae ſpei ſymbola, paſſim occurrunt ap. laud. *Thomaſin.* ceteroſque profanae rei Lapidariae Interpretes.

Sed & iis omnibus adpendicis loco e re Numaria profana ſubjicere poſſis argenteum mox laudatum illum maximi moduli Numum Herennii Etruſci Imp.R. ap cit. *Bandur.* ex Fontaine & Vaillant; in cujus nempe poſtica parte feminam ſtantem in templo quatuor columnis ſuffulto, tenentem dextra neſcio quid, & haſtae ſiniſtra innixam, haec circum ornat epigraphe SPES PVBLICA. Uberrimam quippe Numus hic, una cum aliis complurimis ejuſdem, vel conſimilis typi & epigraphes, materiam praeſtat exponendae atque illuſtrandae in ſenſum mox pro-
-da-

ductum ſpei ethnicorum, perpetuae ſuorum numinum providentiae ſubnixum. Variis quidem ac perhonorificis epithetis donatur Paganorum ſpes apud haec Numiſmata, quae ex Muſeis, & Numiſmographis adcuratiſſimis abunde congeſſit cit. *Bandur.* in ſuis commentariis. Adpellatur quippe in hoc, & in aliis ejuſdem Herennii, plurimque Imperatorum, e. c. Titi & Commodi Numis *ſpes publica*, hoc eſt univerſalis omnium; in Numis Claudii Gothici, Tetrici, Taciti, Probi, Adriani *ſpes auguſta*; in Numo Poſtumi *ſpes perpetua*; in Numis Conſtantis & Juliani *ſpes Reipublicae*; in Septimii Severi & Peſcennii *bona ſpes*; in Marci Julii Philippi *ſpes felicitatis orbis*; in Adriani *ſpes populi romani*. Ita vero, me judice, ſpe ſumma & pientiſſima in eos demonſtrata, ſibi deos Ethnici obſtringere intenderunt; noſtram plane ſpem ſupernam in Deum O. M. adumbrantes. Et en tibi iterum, iterumque in hiſce paganis ſymbolis egregie depictam pro noſtro dogmate CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS.

E RE LITURGICA.

21 *Augeatur in nobis ſpes divinae beatitudinis, qua diem adventus Chriſti fideliter ſuſtinetis: veſtiamini quoque claritate juſtitiae, qua poſſitis ejus adventum intrepide praeſtolare ...*

EX ORATIONALI GOTHICO-HISPANO IN BENEDICTIONE AD MATUTINUM IN DIE SABBATO DE ADVENTU (ap. cit. *Joſ. Blanchin.* p. 34.)

Porro ſpes divinae beatitudinis haud alia eſſe poteſt quam theologica; haec enim apud viatores in eam beatitudinem ceu ſcopum ſibi proprium tendit, eam videlicet a Deo tanquam ſibi bono donandam ſecuriſſime confidens. Ad hanc vero divinam ſpem, me judice, revocanda ſunt geminata illa ſuſpiria quibus in ſingulis pene officiis eccleſiaſticis de Adventu Domini Natalem Salvatoris mundi ſummis exſpectare votis clamitat Eccleſia; nihil enim aliud eſt, Salvatorem ſibi praeſentem concupiſcere, ac in eo coeleſtis obtinendae beatitatis firmiſſimam ſpem reponere: heinc quippe Chriſtus Dominus ſpes noſtra jure dicitur, noſtrumque ſperantium fortitudo, merces ac praemium.

22 *Vere dignum. Pugnavit enim in beatis Martyribus tuis ... contra illecebras temporales ſpes coeleſtium, promiſſio præmiorum; contra vitæ præſentis affectum venturæ ſalutis æternitas.*

EX SACRAMENT. VULGO LEONIANO AD PRAEFAT. MISSAE XLII. EIUSDEM MENSIS (ap. cit. *Murat.* col. 312.)

Apertiſſime heinc intelligis, reor, notionem theologicae ſpei, quae nempe divinis promiſſis quam maxime innititur,

23 *Famulos & famulas, Domine, quaeſumus intuere, quibus in te ſperare donaſti, ac pariter eis...*

EX EODEM SACRAMENT. IN POSTREMA ORAT. MISSAE XX. MENSIS JULII (ap. laud. *Murat.* col. 366.)

Diſcimus inde ſpem theologicam eſſe ſupernum Dei donum, a Deo tanquam ſupernaturali Auctore conceſſum nobis; quippe qui naturae quibuſque viribus adjuti, illud adſequi nequeamus.

24 *Benedic Domine hanc familiam tuam in caeleſtibus, & reple eam donis tuis ſpiritalibus; concede eis charitatem..ſpem, fidem...*

E LIB. III. SACRAMENT. ROM. ECCLESIAE IN ALTERA EX BENEDICTIONIBUS SUPER POPULUM POST COMMUNIONEM (ap. cit. *Thomas.* t. 6. p. 178.)

Occurrit rurſum benedictio eccleſiaſtica, quae generatim accepta definitur a *Baſilio* in epiſt. ad Amphiloch. cap. 27. *ſanctitatis, aut ſanctificationis communicatio*, ſcilicet moralis, ac per deſiderium, quod Deo, omnis ſanctitatis fonti & largitori, interpoſita prece proponitur. Alia quidem eſt ſecundum Eccleſiae ritum benedictio, per quam ſive res, ſive perſonae divino cultui deſtinantur; alia vero, per quam aut rebus, aut perſonis a ſupremo Numine imploratur auxilium. Haec rurſus comparate ad perſonas vel eſt communis, utpote cuicumque conveniens; quotus enim quiſque, vel chriſtianus, vel ethnicus, vel acatholicus poteſt a Deo bonum vel adſtanti, vel abſenti cuilibet exorare; vel peculiaris, quae ex inſtituto eccleſiae ſolis Epiſcopis, Presbyteriſque competit, quam proprie eccleſiaſticam dixeris. Haec inſuper vel vulgaris eſt, quae nimirum extra functionem eccleſiaſticam, e. c. extra Miſſam aut divinum officium, ſuper populum aut privatam aliquam perſonam effunditur; vel ſpecialis, quae impertiri conſuevit ſuper populum in eccleſiaſtica actione e. g. Miſſae aut officii divini; & vel ſola quidem adhibita ad Deum prece, vel adjuncto ſigno crucis, vel ſub alia benedictionis formula.

Ex iis ergo, quibus omnia ferme benedictionum genera, omneſque ſpecies complexi ſumus, praeclariores in utraque Eccleſia tam graeca, quam latina habentur, quae vel more, vel jure eccleſiaſtico peculiari competunt Epiſcopis atque Presbyteris, praeſertim quum ritu publico ſacras functiones obeunt. Legito hanc in rem *Habert.* in pontif. graeco ad par. 11. obſervat. 4. 5. 6. 7. Et hujus quidem generis eſt adducti documenti benedictio; ſita nimirum in ſimplici deprecatione, quae in Miſſa excipit orationem dictam *poſt communionem*; cujuſmodi ſparſim alias legimus in hoc libro, ſub titulo *ſuper populum*, quemadmodum in Miſſali Francorum & in Miſſali gallicano ap. *Mabill.* de liturg. gallic., ac interdum etiam abſque titulo in vulgato Sacramentario Leoniano. Hodierna vero Miſſalia benedictiones id genus recitandas ferunt *ſuper po-*

Digitized by Google

populum, praemiſſa monitione, *humiliate capita veſtra Deo*, in feriis duntaxat quadrageſimalibus, aliiſque quatuor temporum jejunio pariter dicatis.

Porro ejuſmodi *orationes ſuper populum* nomine *Benedictionis* jam ab antiquis temporibus donatae ſunt, videlicet a *C. Agathensi* ſub an. 506. ſic ajente cap. 47. *Miſſas die Dominico ſecularibus totas tenere ſpeciali ordine praecipimus, ita ut ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non praeſumat*; ubi τὸ *ante benedictionem* idem eſt ac *ante orationem ſuper populum*, interprete *Bona* rer. liturg. l. 2. c. 16. n. 3. poſt *Menard.* in notis ad Sacram. gregor. nota 100. Et jure quidem optimo; nequit enim adſeri cum imperitis quibuſdam ſcriptoribus, loqui Concilium de ultima benedictione, quam in ſacro elargitur ſacerdos poſt, *ite Miſſa eſt*, quippe quae, ex ſenſu criticorum liturgicorum cum cit. *Bona, Lupo* t.5.in VII. Roman.C. ſub Greg. VII. a'p. m. 525. *Grancol.* de antiq. liturg. in ritum ejuſdem benedictionis, *Lebrun.* in explicat. cerem. Miſſae t. 1. ſub fin. ubi de eodem ritu, recentior eſt, & antiquis ignota, cujus nempe mentionem fruſtra quaeſieris ab Ordine Romano, Amalario, Strabone, vulgato Alcuino, Ruperto; nec vetuſtior illa eruditis cenſetur aetate *Guidonis* Abbatis, alias *Micrologi*, qui de ea, nec quidem ceu multum antiqua, primum, ni fallor, loquutus eſt in ſuis obſevat. c. 21; hic autem Ruperto coaevus ſub XI. Seculum inclaruit: ipſam denique benedictionem adpellavit *noviſſimam* in l. 4. c. 59. *Guil. Durand.* Lege ſis Auctores proxime laudatos pro noſtra ſententia.

Quin immo una cum cit. Concilio *Benedictionem* pro *oratione ſuper populum* uſurpaſſe videntur *Amalar.* l. 3. c. 36. ſub init. & clarius c. 37. etiam ſub init. *Walafrid. Strabo* c. 22. ſub fin. *Raban. Maurus* de inſt. cleric. l. 1. c. 33. ſub fin. Nec audiendus cit. *Bona* l. 2. c. 20. n. 4. ubi eos interpretatur fuiſſe loquutos de oratione, quae dicitur *poſt communionem*, quum ei apertiſſime adverſentur Auctorum verba, uti ea expendenti perſpicuum eſt.

Sane antiquitus apud plures eccleſias, praeſertim gallicanas, quum populo ſacrum faceret, ei ſub certa formula Epiſcopus benedictionem impartiebatur ante communionem, illamque olim vocabant *interpellationem*, ſeu *poſtulationem*, quo nomine *Auguſt.* epiſt. alias 51. ad Paullin. eam ap. S. Paullum intelligendam eſſe arbitratus eſt. Perſpicue antiquiſſimum hunc ritum exhibent *Conc. Africanum* in epiſt. ad Innocent. I. contra Pelagium & Coeleſtium, *Auguſtinus* epiſt. 179. edit. Maurin. ad Joan. Hieroſol. *Caeſar.* Arelat. hom. 8. *Hincmarus* t. 1. ſub fin. ubi de coronationib. Caroli Calvi & Ludovici, *C. Lemovicenſe* ſub an. 1029. ut placet Petavio, ap. Baron. an. 1034. ubi de Apoſtolatu S. Martialis, pleraque *Benedictionalia*, quae *ſupra* citata repereris in T. IV. ubi de Deo creatorum fine p.36.(ubi & Lectorem ad hunc locum remiſiſſe memini) quibus conſulto adnumeravimus *Ordinem Romanum Hittorpianum*, ex quo liquet ap. Hittorp. p.8 col. 2. & Mabillon. proxime citandum, in Ord. Rom. VI. n. 11. 12. p. 75. etiam apud Romanam ecle-

cleſiam ejuſmodi benedictionis ritum quandoque obtinuiſſe ; hoc enim unum teſtimonium mihi ſufficit ad eum ritum ſolide adſerendum ; cete-roqui quae ſemel iterumque duntaxat adferuntur in eodem Ordine fidem nullam facerent, contra *Mabillon.* qui in Muſ. ital. t. 2. in Ord. II. Romano n. 11. p. 49. verba teſtantia eum ritum, quem putat apud Romanam eccleſiam non obtinuiſſe, ut ſuppoſititia rejicit, eidem adſentiente *Domin. Georgio* de Rom. Pontificis liturg. t. 3. l. 4. c. 25. n. 2. p. 213. necnon *Leſleo* in notis ad Miſſale Moz-arabum p. 246. lin. 32. Nec ipſe quidem doctiſſimo Mabillonio conſentiam, donec certis documentis evincat, ritum illum apud Romanos uſui non fuiſſe ante Seculum IX.

Jam vero quod laudata Synodus Agathenſis per *τό ante benedictionem Sacerdotis* haud intelligat benedictionem ſingularem Epiſcopi, ſed frequentiſſimam & communem quibuſque Sacerdotibus ſacrum facientibus, ſatis obvium eſt, & clarius quidem quam ut ulla egeat probatione. Reſtat itaque, ut de *benedictione ſuper populum*, qua de loquimur, jam tum in eccleſia Agathenſi, quemadmodum & in Africana, Romana, pluribuſque inſtituta, ea Synodus ſermonem fecerit.

An vero benedictiones ejuſmodi alio comitante ritu, e.c. ſigno crucis extenſa manu, aut ſaltem ore ad populum converſo, elargirentur? Non ita opinor; quia enim indicatae orationes non loquebantur eum populo, ſed Deum pro populo, uti hodiernae orationes quae *ſuper populum* recitantur in jejuniis quadrageſimalibus; ſecus ac illae benedictionum orationes, quas ex officio Moz-arabico *ſupra* retulimus & illuſtravimus in cit. Tom. IV. pagg. 33. 36. ſq.

Ad extremum obiter adtigero ſententiam *Gavanti*, qui in theſauro ſacr. rituum par. 4. tit. 19. de rubricis benedictionum n. 2. haec habet „ origo harum benedictionum, quae fiunt per verba ſacerdotis, addito ſigno crucis., abſque ullo dubio ab Apoſtolis eſt; neque deſunt qui in hanc cauſſam illud Apoſtoli Paulli explicant 1. Tim. 4. (2. Tim. 1. 13.) *formam habe ſanorum verborum, quae a me didiciſti*: ſanorum, hoc eſt quae ſanare poſſunt creaturas, ſive ſenſibiles, ſive inſenſibiles „.

Ceterum principio ſolidum adſerre debuit documentum, quod omne nobis eximeret dubium de apoſtolica inſtitutione ejuſmodi benedictionis. Illa inſuper interpretatio in Paullum violentiſſima eſt, nec ullam veri ſpeciem obtendere fingi poteſt, ſi vel leviter animadvertas, ibi Apoſtolum unice commonere Timotheum, ut retineat ſanam in fide doctrinam, quam ab eodem exceperat; nec alium profecto ſenſum patitur ille textus, *formam habe ſanorum verborum, quae a me didiciſti in fide*, nec alium ſacri interpretes illi adplicant. Exinde vero mirari ſubit, nihil uſquam in haec Gavanti adſerta obſervaſſe ejus eruditum adnotatorem & illuſtratorem *Meratum* in locum citatum, ad tom. 2. p. 1309.

25 *Spes unica vitæ noſtræ & fidei reparator, æterne Deus. Pater omnipotens, qui per unicum Filium tuum ſalvare dignatus es mundum ...*

E SA-

Digitized by Google

E SACRAMENT. GALLICANO BOBIENSI IN COLLECTIONE MISSAE IN NATALI DOMINI (ap. *Mabillon.* in Muſ. ital. t. 2. p. 291. col. 1.)

Una haec Miſſa pro die ipſo Natalis Domini hoc in codice, quemadmodum & in Ambroſiano Pamelii, in Moz-arabico Leslei, in Miſſali gothico, & Lectionario Luxovienſi Mabillonii; ſecus autem in Ordine Gelaſiano & Gregoriano, & in Kalendario, ſeu Lectionario Frontonis, in quibus tres Miſſae diverſae, uti hodieque moris eſt, ad ipſum diem habentur. Heinc inquirere lubet in primaevam inſtitutionem harum trium miſſarum, prout nunc temporis a ſingulis Sacerdotibus celebrantur.

Et principio quidem ſollemnes tres Miſſas ad eum diem quod ſpectat, ſi animum intenderis ad majorem documentorum, quae proſtant, antiquitatem, Ordinum videlicet Gelaſiani & Gregoriani, nullum eſt dubium, eas primum in Eccleſia Romana inſtitutas fuiſſe, e qua idem ritus in reliquas eccleſias latinas ſenſim effluxerit. Inſtitutae nimirum ſunt pro numero ſtationum, quae Romae a priſcis temporibus fiebant ſollemniter a Summo Pontifice ad Sanctam Mariam Majorem, ad Sanctam Anaſtaſiam, & ad S. Petrum, uti docemur ab *Ordine Romano* V. Hittorpiano p. 20; ubi additur, ex iis priorem & alteram Miſſam in nocte fieri, tertiam vero in die lucida.

Quis autem Pontifex eas hoc ritu peragendas decreverit? *Ordo Rom.* mox cit. Telesphorum fuiſſe innuit, qui ſedit ab an. 142. ad 154. Clarius *Guil. Durand.* l. 6. c. 43. n. 17. edicit, *quod Teleſphorus Papa ſtatuit in die iſta debere cantari tres Miſſas*; adcinitque *Gavant.* in theſ. rit. par. 4. tit. 3. n. 3. necnon *Gratianus*, qui Teleſphori decretum profert in cap. *Nocte ſancta*. de conſecr. diſt. 1. Nec ab iis quidem multum diſcrepat *Vicecomes* in comment. de ritib. Miſſae l. 1. c. 3. *Rupertus* vero de inſtit. cleric. l. 3. c. 17. duas duntaxat Miſſas huic Pontifici adtribuit. Hos Auctores procul dubio permovit vulgatus *Anaſtas.* Bibliothec. ubi in libro pontificali ad Teleſphorum haec habet „ Hic conſtituit ut . . . in Natali Domini noctu Miſſae celebrarentur, quum omni tempore ante horae tertiae curſum nullus praeſumeret Miſſam celebrare „ Ceterum quum non uno titulo recentes Critici cum *Franc. Pagio* in breviar. Rom. Pont. in Teleſphoro, & *Franc. Blanchin.* commentar. in Anaſtas. t. 2. ubi de Teleſphoro, tamquam certo ſpurium explodant teleſphorianum decretum, & opinio ei ſuffulta ſe ipſa decidat, oportet.

Conjectat nonnemo ſe ſe prodidiſſe inſtitutorem S. Gregorium M. quum in homil. 8. in Evangelium, quae eſt de Nativitate Domini, ait, *quia largiente Domino Miſſarum ſollemnia ter hodie celebraturi ſumus*. At ſtramineam tamen conjecturam quis non dixerit? Unum quippe protulit Gregorius, nempe ſe cum populo ter eo die celebraturum fore miſſarum ſollemnia; ejus vero ritus auctorem omnino ſiluit. Quocirca nullus e recentioribus eruditiſque Liturgiographis, quod ſciam, hanc conjecturam adoptavit, nedum innuit. Immo ne unus quidem ex ipſis auctorem, quem quaerimus, commonſtrare auſus eſt, quum ille nuſpiam

ſpiam ex veri ſimili documento adpareat. Omnes itaque ipſe latet.

Ferunt quidem rituum Romanorum periti cum *Benedicto* P. XIV. de feſtis l. 1. c. 17. n. 62. tertiam hac die Miſſam olim Romae celebrari unice ob ſtationem ad S. Anaſtaſiam, in cujus honorem aedes Deo dicata erat. Alii deinde ſacrae antiquitatis gnariſſimi ſuſpicantur cum *Grancolas.* in Breviarium Roman. l. 2. c. 14., Romae, ſicut alibi, plerumque in hoc feſto, ceteriſque ſollemnioribus binas olim celebrari ſollemnes Miſſas: id quod de gallicanis eccleſiis innuere videtur S. *Greg.* Turonens. l. 2. de mirac. S. Martini c. 25. l. 1. de glor. martyr. c. 86. l. de vitis Patr. c. 8.

His vero admiſſis, hoc aliud ceu veri ſatis ſimile colligere licet; quod nimirum Pontifex, qui ſtationem ad S. Anaſtaſiam inſtituit, ipſe pariter duarum hac die miſſarum ſollemnitati tertiam denuo adjecerit. Statio vero (de antiquiſſima cujus inſtitutione plura diſcimus ex *Tertull.* l. de orat. c. 14. & l. 2. ad uxorem c. 4. & alias, tum ex *Cypr.* epiſt. olim 41. *Ambros.* ſerm. olim 25. & *Sixto* P. V. in conſt. 23. edita 13. Febr. 1586.) ad ſenſum, rituumque Romanae Eccleſiae nihil aliud eſt, quam Cleri, populique Romani concurſus privatus aut publicus indictis diebus in una aliqua eccleſia ſupplicationis cauſſa, ubi ſacra fiunt, ſermones habentur, aliaque divina officia peraguntur. Id genus ſtationes, aut conventus Romae numerantur inter antiquas & recentiores LXXXV. Potiſſimus autem ſtationis ritus in Miſſa ſollemni apud indictam eccleſiam celebranda ſitus erat; indeque in Miſſali Romano miſſis ſingulis ſtationalibus locus ſtationis praefigi conſuevit.

Plura de romanis ſtationibus dabunt ſtudioſis *Pompejus Hugonius* in hiſtoria ſtationum Romae, *Gavantus* in theſ. rit. par. 4. tit. 12. n. 27. ſqq. cum obſervationib. *Merati* a p. 1262. tomi 2. *Panvin.* tr. de ſtationib. *Ciampin.* de vet. monim. t. 2. c. 6. in hiſtor. inveſtigat. de Cruce Stational., *Grancolas.* cit. l. 2. c. 44. *Bona* de div. Pſalmod. c. 3. §. 4. *Cangius* in gloſſar. latino & *Macrus* in hierolex. art. *ſtatio*, *Lupus* par. 5. in decr. 5. Conc. Rom. I. ſub Gregorio VII. a p. 63. ad 72. *Bocquillot* hiſt. de liturg. l. 2. c. 2. a p. 317. *Carol. Bartholom. Piazza* in eorterologio romano, *Mabillon.* in muſ. ital. t. 2. comment. in Ordin. roman. §. 5. a p. XXXI., ac nonnihil de gallicanis *Marten.* de antiq. eccl. diſcipl. cap. 27. ſparſim, *Auctor* Chronici Orientalis Alexandrinorum Patriarcharum qui ſub an. 435. de Cyrillo Patriarcha Alexandr. adfirmat, *quod primus omnium Stationes in eccleſiis conſtituit*, videlicet Patriarchatus Alexandrini, *Fronto* denique in praenotatis ad Kalendarium §. 7. a p. 120.

De S. Gregorio circa Romanas ſtationes haec ſcribit ejus biographus *Joan. Diacon.* l. 2. c. 2. n. 18. „ ſtationes per Baſilicas vel beatorum Martyrum coemeteria, ſecundum quod hactenus plebs romana quaſi eo vivente certatim diſcurrit, ſollicite ordinavit: per quas & ipſe ſimul diſcurrens, dum adhuc eloqui praevaleret, viginti homilias evangelii coram eccleſia diverſo tempore declamavit. „ Ordinavit igitur, non inſtituit, ſed eas pridem inſtitutas, vagas tamen, nec certis eccleſiis

ſcri-

ſcripto addictas, fixas ac ratas in ſuo ſacramentario conſtituit, uti vulgo Joannem commentantur rituum Interpretes cum eit. *Mabill.* p. XXXII. Anne vero Gregorius ad hunc diem ceu natalem quoque S. Anaſtaſiae peculiarem ſtationem adſignaverit, cujus propterea ulterioris Miſſae ſollemnis, duabus aliarum ſtationum adjectae primus auctor fuerit, unde mos effluxerit celebrandi hoc feſtum in honorem tanti myſterii primum tribus ſollemnibus ſacris, ac totidem deinceps ubique privatis? Plane non video quid huic conjecturae tanquam veri non ſimili reponi poſſit. Quin immo *Amalar.* l. 3. c. 41. mihi videtur id aperte adfirmare, ubi inquit, *in eadem nativitate ſtatuit Auctor officii miſſam celebrari mane ſecundam*. Quis autem illi eſt officii auctor, niſi Gregorius? & quaenam miſſa illa mane ſecunda, niſi ſtatuta celebrari ad S. Anaſtaſiam tum primum, quum adparuit Gregorianum Sacramentarium?

Adde, ſi fides adhibenda laudato *Plazzae* ubi de feria 3. primae hebdomadis Quadrageſimae, p. m. 108, propterea haec ſtatio ad S. Anaſtaſiam invecta eſt, quod in ſacra ejuſdem aede velum ſanctiſſimae Virginis adſervetur: rurſum in codice mſ. Reginae Suec. duas haberi praefationes ad miſſam hujus ſtationis, priorem nempe de S. Anaſtaſia, alteram vero de Nativitate Domini. Haec autem, ſi vera ſint, & ab initio conſtituta, pietatem plane arguunt ejus, qui primum huic diei ſtationem adſixit, erga natum Jeſum, ejus Matrem, & Anaſtaſiam Martyrem, a Gregorio noſtro minime alienam.

Quid jam vero de celebratione trium Miſſarum ſingulis quibuſque ſacerdotibus hoc feſto conceſſa? Profecto ſi vera ſit nonnullorum opinio cum *Grancol.* cit. l. 2. c. 14. quod nempe S. Gregorius in concione habita in nocte Nativitatis quum illud protulit, *ter hodie celebraturi ſumus*, intenderit, quod idem ipſe ter ſacra ſollemnia peracturus eſſet, quem morem deinceps ſubceſſores proſequuti fuerint, ſicut eum ſua aetate obtinere teſtatur *Benedictus* S. Petri Canonicus ſub initium Seculi XII. in Ordine Rom. XI. a n. 15. ap. cit. *Mabillon.* in Mnſ. ital. t. 2. a p. 125., ſi haec, inquam opinio vera ſit, facile conjectarem, ejus celebrationis de qua quaerimus in praeſentia, auctorem primo notum fuiſſe Gregorium.

Mabillon. tamen de Liturg. gallic. l. 2. p. 106. *Marten.* proxime laudat. c. 12. §. 18. *Baillet.* de Sanct. ad diem 25. Decembr. §. 2. n. 12. in t. 3. col. 304. arbitrantur eas tres Miſſas etiam primitus a tribus diverſis ſacerdotibus celebrari conſueviſſe. Haud equidem video firmum pro hac vel illa ſententia documentum. Satius autem erit adſerere, morem illum ſenſim incerto auctore percrebuiſſe apud romanam Eccleſiam, ex qua in alias emanaverit, jureque conſuetudinis viguerit, quonſque palam omnibus pontificio expreſſo, ſeu tacito adſenſu confirmatus eſt.

Porro ex veteri diſciplina in pleriſque eccleſiis fas erat generatim ſacerdotibus pluries in die ſacrum facere, & vel diurnis quidem horis, aut veſpertinis, ſeu nocturnis. Lege ſis *Origen.* hom. 23. in Numer.

mer. *Auguſtin.* epiſt. olim 118. *Socrat.* hiſt. l. 5. c. 21. *Conc. Agathenſe* cap. 30. *C. Aurel.* III. cap. 28. *Martin.* Epiſc. Bracar. in capitulis graecar. ſynodor. cap. 37. *Vicecom.* de rit. Miſſae l. 3. c. 26. ſqq. Quod ſi ad recentiora tempora deveniamus, non unum ſuppetit in hanc rem exemplum. Notum quippe eſt, Leonem P. III. ſaepius una die ſepties, aut novies Miſſarum ſollemnia celebraſſe, teſtibus *Strabone* de reb. eccleſ. c. 21. & *Duran.* in ration. l. 4. c. 1. quibus conſentit *Franc Pagius* in breviar. ad Sec. IX. ubi de Leone III. n. 38. Quin & ibidem cit. *Walafrid. Strabo*, natione Germanus, Abbas divitis Augiae, denatus an. 849 ut pluribus placet, refert cap. 21, ſua aetate e ſacerdotibus alios ſemel in diem ſacris operari, alios vero bis, ter, vel quoties liberet. Tum addit, *Romanorum uſus habet, duas vel tres interdum unius ſollemnitatis facere miſſas*; & paucis interjectis, *totius uſus Eccleſiae habet ſaepius Miſſas agere pro vivis, pro defunctis, pro eleemoſynis & aliis diverſis cauſſis*, ſcilicet per unum eundemque Presbyterum. Deinde de S. Uldarico Epiſcopo Auguſtano narrat ejus biographus *Marc. Welſerus* cap. 15. ſub an. 940. binas in Monaſterio Agaunenſi Miſſas celebraſſe, unam de S. Trinitate & alteram de Dominica.

Tum apud *Conc. Salegunſtadienſe* ad Moenum prope Moguntiam coactum an. 1022. cap. 5. decretum eſt *ut unuſquiſque presbyter in die non amplius quam tres Miſſas celebrare praeſumat*, ex collect. CC, Hard. ad eum an. col. 829: qui vero ad tria Miſſarum ſollemnia adſtringebantur, plura ſine dubio in die, more patrio peragebant ante Synodum. Iis perplura liceret adgerere exempla, non modo ex eadem Germanica eccleſia, ſed etiam ex Romana, ex Gallicana, ex Africana, ex Hiſpana, ex Anglicana, in quibus Sacerdotes, non modo ſtatis diebus quos *polyturgicos* adpellare libuit *Bonae* rer. lit. l. 1. c. 18. §. 5., ſed aliis etiam generatim quibuſque poterant ſaepius ſacrum facere. Ea abunde dabunt *Bona* in cit. cap. cum notis *Rob. Sala*, *Lupus* par. 4. in decret. I. Alexandri II. p. 302. ſqq. *Marten.* de antiq. Eccl. ritib, l. 1. c, 3. §. 4. ſqq.

Hanc denique conſuetudinem, quae per multa annorum curricula obtinuit, unicae Domini nativitati facultate reſervata, ſuſtulit univerſim eccleſia decretis editis ab Alexandro P. II. qui obiit an. 1073. & ſucceſſoribus Innocentio III. & Honorio III. quibus plura ſubinde Concilia, quae collegit. cit. *Marten.* §. 18. novis illico conſtitutis adceſſerunt.

Ecquid ergo, reponis, Gregorio Magno ſingulare, & commendatione dignum, quod noſtra conjectatione celebrationem trium Miſſarum in feſto Dominicae Nativitatis inſtituerit; quum alias per tot Secula quibuſque pene latinis Presbyteris licuerit ter & amplius divinum offerre ſacrificium? At in primis hoc loci de nuda illius celebrationis inſtitutione agitur, non de laudibus Gregorii, nec de auctore, quem penitus incertum fatemur, ejuſdem celebrationis, prout hodieque ab uno eodemque ſacerdote peragitur apud univerſam Eccleſiam latinam. Haud parva inſuper Gregorio accreſcit laus, eam nudae celebrationis inſtitutionem conſequuta; eum quippe auctorem ſuum haec ſollemnitas,

tas,

tas, (licet ab alio amplificata) a cunctis excepta, nunquam abolita, ſaepius confirmata, perpetuo quidem depraedicat.

Ulteriora pro illuſtrando dogmate documenta dabunt e liturgicis Codicibus, quos proferunt, *Murat.* cit. col. 312. 374. 426. *Blanchin.* cit. p. 35. *Thomaſ.* cit. t. 6. p. 19. *Mabillon.* in ſacrament. Gallicano ap. Muſ. ital. t. 1. p. 286. 291. 303. 304. 335. 337. 346. 365. 381. Adde Orationem Dominicam pruot recitatur in Canone Miſſae apud omnes ferme liturgias, & prout exponitur in Traditione Symboli apud pleraque Sacramentaria: ſiquidem ex *Auguſtino* ſupra cit. *ea omnia pertinent ad ſpem, quae in Oratione Dominica continentur*; nempe ſollemnes petitiones, aut vota, quibus a Deo bona precamur. Petitio nimirum, quaecumque illa ſit, ſuapte natura cum ſpe obtinendi rem poſtulatam connectitur, eamque tanquam animo petentis inſitam palam demonſtrat. Quocirca ſacra omnia documenta, quae hominum vota, ſeu poſtulata ad Deum praeferunt, huc illuſtrandae theologicae ſpei gratia merito referri poſſint.

CAPUT TERTIUM

de Caritate.

164 CAritas theologica fide ſancta, quae fidei umbras & ſpei ſuſpiria praetergreſſa, ſe totam in Deum immergit, de qua heic, eſt *actio ſupernaturalis voluntatis, amans quod ratione praeditum eſt propter abſolutam Dei bonitatem.* Eſt quid creatum, quum ſit motus quidam ſeu adfectio animi volentis (*m*). Colligitur ex *Rom.* 5. 5. & ex *Trid.* ſes. 6. cap. 7. Nec aliter ex 1. *Joan.* 4. nobis *Deus caritas eſt*, quam participatione; quo ſenſu adcipiendus eſt *Aug.* ſcribens (*n*) *fraterna dilectio, qua diligimus invicem, non ſolum ex Deo eſt, ſed etiam Deus eſt.* Peculiaris virtus eſt, & una quidem ſimpliciter, non diſtincta in plures ſpecies, propter unitatem divinae voluntatis, uti fides eſt una propter divinae veritatis unitatem (*o*) Non modo caritas actualis, verum etiam habitualis a gratia ſanctificante re diſcriminatur (*p*). Iis permultae adnectuntur dotes, ex dicendis agnoſcendae, relictis bene multis ad Theologiam Moralem; itemque pluribus alias praejactis. Et nos quidem ducent *Scripturae*, cum *Prov.* 10. 12. *Oſe.* 11. 4. *Rom.* 5. 5. & 1. *Cor.* 13. 1. ſqq. *Gal.* 5. 6. & 1. *Tim.* 1. 5. & 1. *Petr.* 4. 8. & 1. *Joan.* 4. 9. Tum *PP.* cum *Aug.* (*q*) *Hier.* (*r*) *Proſp.* (*s*) *Zenon. Veron.* (*t*) *Bernar.* (*u*) *Chryſoſ.* (*x*) *Greg.* (*y*) *Nyſ-*

(*m*) Vulgo *TT.* cum *Th.* 2. 2. q. 23. a. 2. contra Mag.

(*n*) L. 8. de Trin. c. 8.

(*o*) Favet *Th.* cit. q. 23. a 3. 4. 5.

(*p*) Ex adſertis *ſupra* ad Tom V. p. 280. n. 390. contra Con. heic d. 21. n. 79. cum aliis.

(*q*) De ſp. & lit. c. 31. & L. 1. de doctr. Chriſt. c. 30.

(*r*) In 5. ad Gal.

(*s*) De vita contempl.

(*t*) Ser. de Fide, Spe, Caritate.

(*u*) L. de amore Dei c. 4.

(*x*) Hom. 76. in Joan.

(*y*) Hom. 27. in Evang.

Nyſſe. (z) *Orig*. (a). Ac etiam CC. cum *Arauſ*. II. (b) & *Trid*. (c). Primo tamen omnium loco errores percurramus.

PROLUSIO POLEMICA

HISTORICO-CRITICA

De Erronibus in Caritatem theologicam.

165 ADverſum reginam virtutumomnium ſpecioſiſſimam ex diverſis capitibus eam concernentibus, ſunt qui haud levibus erroribus deliquiſſe deprehenduntur. Videlicet

Ex variis perſonarum claſſibus

I. *Mahumedes* Pſeudo-propheta nequiſſimus juxta ac imperitiſſimus decrevit quod Deus amandus quidem ſit pluſquam pater, minime vero ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus (d) Tum quod inimici haud quaquam diligendi ſunt, nec ullum incurrat reatum qui de illata injuria ultionem ſumit. (e) Haec nebulo intolerandus adverſum expreſſa divini Numinis mandata de uſu caritatis erga Deum atque inimicos. (*)

II. *Mich.*

(z) Hom. 4. in Cant.
(a) Hom. 2 in Cant.
(b) Cap. ult. & can. 26.
(c) Seſ. 6 can. 3. & 11.
(d) In Alcorano ad Suram 2. quae inſcribitur *Vaccae*, argumento petito a vacca ruſa Iſraëlitarum ex *Num*. 19. 2. ſqq.
(e) Ad Sur. 52. inſcriptam *Montis*, Interprete *Hottingero*.

ADNOTATIO.

(*) MIrum non nemini fuiſſe novimus, quod hic Mahumedicae legis architectus eximiam illam dilectionem ſummo Deo praeſtandam eſſe deneget, cujus attributa ſummo cultu & amore digniſſima ſuſpicere ac ferme paſſim fateri videtur in Alcorano. Ut puta quum de Deo confeſſionem edit in ſura 112., quum Dei Infinitatem commendat ſur. 2: Omnipotentiam ead. ſur. 2. Omnipraeſentiam ſur 58. Omniſcientiam ſur. 6. & alias: Providentiam ſur. 2. 7. ac ſaepius, Unicitatem ſur. 7. 13 alias; Creationem mundi ſur. 16. 23. & alibi; Promulgationem Decalogi ſur. 22., alias, Miſericordiam denique in cunctis ſuris, quibus nempe, ſi nonam excipias, omnibus eam praefixit formulam „ In nomine Dei Miſeratoris Miſericordis „ .

Quid tum vero? Nos contra perdocti Viri animadverſionem miramur. Quid enim in Alcorano quaeras dictaminum cohaerentiam, & non adſectatam ſed veram pietatem ex animo ejus Auctoris profectam? Quis autem neſciat conditiones Alcorani perabſurdas, ineptas, nugatorias, fabuloſas, ſuperſtitioſas, impias, quae oculos, animoſque lectorum paſſim offendunt? Multa quidem opus illud e centonibus ab Abubekero diſpoſitum, editumque a Mahumede praefert bona, dogmatiſque ſacris conſona; multo tamen plurima iis, immo & rectae rationi, tam rerum qua ſacrarum, qua profanarum hiſtoriae, nec non verae Philoſophiae cum rationali, tum ethicae plane diſſentanea.

Varia ejuſmodi errorum ſpecimina ſparſim dedimus in editis commentariis, ubi inter agendum de Erronibus, Mahumedaniſmi mentio occurerit. Ea ſi revolvere lubeat, adeas in unoquoque volumine Indicem alphabeticum V. de Erronibus, art. *Mahumedes*, aut *Mahumedani*.

Plura id genus paucis digeſta dabunt rerum Mahumedicarum Interpretes cum *Roderico* Archiep. Toletano in hiſt. Arabum, *Philip. Lonicero* in hiſt. Turcica, *Jac. Bleds* in hiſt. Mahumedis, *Guilel. Poſtello* in libris de origine Tartarorum,

Per-

II. *Mich. Bajus*, ut vulgo dicitur, contra indolem caritatis haec ſtatuebat. 1.° „ Caritas perfecta & ſincera, quae eſt ex corde puro & conſcientia bona & fide non ficta, tam in catechumenis quam in poenitentibus poteſt eſſe ſine remiſſione peccatorum. „ (*f*) 2.° „ Caritas illa, quae eſt plenitudo legis, non eſt ſemper conjuncta cum remiſſione peccatorum „ (*g*) 3.° „ Catechumenus juſte, recte & ſancte vivit & mandata Dei obſervat ac legem implet per caritatem ante obtentam remiſſionem peccatorum, quae in baptiſmi lavacro demum percipitur. „ (*h*) 4.° „ Homo exſiſtens in peccato mortali, ſive in reatu aeternae damnationis poteſt habere veram caritatem; & caritas etiam perfecta poteſt conſiſtere cum reatu aeternae damnationis„; (*i*) 5. „ Per contritionem etiam cum caritate perfecta & cum voto ſuſcipiendi Sacramentum conjunctam non remittitur crimen extra caſum neceſſitatis aut martyrii ſine actuali ſuſceptione Sacramenti„(*k*)his additur contra indolem praecepti de diligendo Deo „ quamdiu aliquid concupiſcentiae carnalis in diligente eſt,non facit praeceptum, *diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* „ (*l*)

III. *Anonymi varii* in primum & maximum praeceptorum omnium nobis praemaxime a ſummo Numine inculcatum, quale eſt praeceptum caritatis erga Deum, enormiter erraſſe deprehenduntur, quemadmodum diſcimus ex theſibus proſcriptis, quas ſubjicimus. Videlicet 1.° „ Homo nullo unquam vitae ſuae tempore tenetur elicere actum fidei, ſpei & caritatis ex vi praeceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium „ (*m*) 2.° „ An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei ſe-

Perſarum, Arabum, Turcarum, *Auguſto Pfeiffero* in Mataeolog. Jud. & Mahomed. exſercit. 6. de Alcorano.

Tum qui errores Mahumedanorum ex inſtituto confutarunt cum S. *Eulogio* Mart. hiſpano, tr. contra Alcoranum, *S Petro Paſchaſio* Giennenſi Epiſc. Martyre quoque hiſpano, *Jo. Cantacuzeno* Imp. Graecorum in orationib.IV. contra ſectam Mahumedicam, *Cuſano* Cardin. in cribratione Alcorani libris III. *Jo. Andrea* ex Mahumediſmo in fidem Chriſti traducto, *Thyrſo Gonzalez* S. J. Praepoſito Gener. in demonſtrat.contra Mahumedanos, *Nat. Alex.* ad Sec. VII. in panopl. diſ. 6. *Ludov. Marraccio* in ſua Alcorani ex arabico in latinum verſi editione ac perpetua confutatione.

Jam vero in opere ſpiſſo ab Errone tanto ex dogmatis religionis ethnicae, judaicae atque chriſtianae conflato valde mirum eſſet, ſi ejus novae legis ſingula praecepta, dogmata, adſerta ſibi met ipſis conſtarent. Ex homine imperitiſſimo juxta atque vaferrimo, qui ut totum ſeducat mundum ſe pium perſaepe ſimulat, quid boni tuto ſperandum abſque ſumma ingentis mali commixtione? Stat ergo quam optime, profanum hominem magnam erga Deum pietatem adfectare, eidemque nihilominus dilectionem ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus abnuere, quin propterea dogma iſtud ceu ſuppoſitum Pſeudo-Prophatae abjudicandum ſit.

(*f*) Eſt prop.xxxi.ex vulgo Bajanis a Pio V. Greg. XIII. & Urbano VIII. confixis.

(*g*) Prop.xxxii. ex eiſdem.

(*h*) Prop xxxiii.

(*i*) Prop lxx. ex eiſdem.

(*k*) Prop. lxxi.

(*l*) Prop. lxxvi. ex ibidem proſcriptis. = Conferendus in ejuſmodi propoſitiones *Ripalda* S. J. earum egregius confutator t. 3. adpend. de ente ſuper diſp... c.6.

(*m*) Eſt propoſitio I.ex damnatis ab *Alexandro* P. VII. an.1665. 24. Septembr.

ſemel tantum in vita eliceret, condemnare non audeo „ (*n*) 3.° „ Probabile eſt ne ſingulis quidem rigoroſe quinquenniis per ſe obligare praeceptum caritatis erga Deum „ (*o*).

Tum 4.° „ Tunc ſolum obligat quando tenemur juſtificari, & non habemus aliam viam, qua juſtificari poſſimus „ (*p*) 5.° „ .... Hunc (*finem ultimum, qui Deus eſt*) homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decurſu vitae ſuae moralis „ (*q*) 6.° „ Praeceptum amoris Dei per ſe tantum obligat in articulo mortis. „ (*r*) 7.° „ Praeceptum adfirmativum amoris Dei & proximi non eſt ſpeciale, ſed generale, cui per aliorum praeceptorum adimpletionem ſatisfit. (*s*) (*)

IV. *Quietiſtae puri amoris adſertores* adeo doloſe, imperite, ac temere caritatem extollunt, in iis praecipue, qui in altiorem ſpiritus perfectionem contendunt, ut de cetero reliquum fere uſum aliarum virtutum exſulare jubeant, immo ſcelera praetextu altioris contemplationis committere, ſeu non reſpuere fas illis eſſe contendant. Proh dolor! En tibi ſub imagine ſanctioris virtutis aram ſceleri ſacram. Eo nempe furoris devenit vaeſana humani cordis hypocriſis. Haec plane diſcimus ex doctrina ducis Quietiſtarum recentium Molinoſii, proſcripta, & diris devota ab Innoc. P. XI. (*t*).

Sic in primis impoſtor ille caritatem ſupernam, quam nos divina adſpirante gratia elicimus, quamobrem adquiſitam vocamus, ceu nullam & irritam evertit penitus, inquiens „ qui amat Deum prout illum ratio argumentando repraeſentat, aut intellectus comprehendit, non amat Deum verum „ (*u*) quoniam ad proprium amorem erga Deum verum requirit actum perfectiſſimae caritatis coelitus infuſum, quem mere patiatur animus, & cui hic idem immerſus penitus adquieſcat, cum perpetua facultatum ſuſpenſione, quin ullam ſubinde pietatis actionem aut internam, aut externam prodat, nec quidquam ulterius ſciens animadvertat erga ſtatum ſuum interiorem, ſinendo ſe totum regendum

(*n*) Prop. V. ex confixis ab *Innocentio* P. XI. 1679. 2. Mart.

(*o*) Prop. VI. ex eiſdem.

(*p*) Prop. VII. ex damnatis ibidem.

(*q*) Eſt prop. nota haereſeos confixa ab *Alexandro* P. VIII. 1690. 24. Auguſti.

(*r*) Propoſitio acri cenſura a Clero Gallicano perſtricta an. 1700.

(*s*) Propoſitio altera ſimili cenſura tum notata, quam itidem profligaverat ſacra Facultas Sorbonae ad an. 1665.

ADNOTATIO.

(*) Theſim hanc ultimo loco poſitam ſaltem relate ad amorem Dei ſibi acriter defendendam ſuſcepit *Anton. Sirmondus* in defenſione virtutis & in ſua reſponſione ad libellum famoſum, ſuiſque patronis gaudere videtur. At eam tamen doctrinam ceu erroneam Theologi vulgo perſtringunt, ſacris utique literis, ac traditioni Patrum, ſacrorumque Interpretum adverſam. Quin & ejus falſitas ſatis aperte conſtare videtur ex adlatis proſcriptionibus pontificiis.

Hanc in rem conferri poſſunt *Ant. Arnald.* in epiſt. ad Dodarium t. 5. & in denuntiatione hareſeos impiae contra praeceptum de caritate in Deum, ac *Franc. Fitz James* Epiſc. Sueſſion. in docum. paſtor. de an. 1760. *Gazzan.* diſſ. de carit. c. 2. ubi de virt. theol.

(*t*) In Conſt. *Caeleſtis Paſtor.*

(*u*) Eſt prop. XIX. ex damnatis in ead. Conſt.

dum Deo. Haec *Quies* Molinoſiana, quam ſane quot, quantaque conſequantur abſurda, nemo non videt, nec idem tacuit ſycophanta in decurſu ſuarum theſium. (*)

V. *Ano-*

ADNOTATIONES.

(*) I. DOctrinam hanc pſeudo-myſticam ex inſtituto confutarunt *Anton. Arbiól* in libro hiſpano, cui titulus „ Deſengannos miſticos „ *Anonymus* in brevibus conſiderationibus in doctrinam Mich. de Molinos, *Kedlhamer* tr. de virt. theol. controv. 5. c. 6.

Quanto autem illa intervallo diſtet a vera & orthodoxa myſtica, quam Patres & communis Eccleſiae ſenſus hucuſque tradiderat, unuſquiſque facile conjicere poſſit ex doctrina dogmatica & practica, quam pro iis inſtituendis, qui in via interiore myſtica ſanctiorem vitam profitentur, exponunt Theologiae myſticae Interpretes, ut puta *Henric. Harphius*, *Mich. Godinez*, interprete *Emman. Lareguera*, cum aliis tum veteribus, tum recentioribus, quos *ſupra* indicavimus ad Tom. I. p. 294.

Profecto apud iſtos Doctores, ut alia mittam, plura vulgo videris & eximia quidem de caritate, ſeu amore, quo animus in altiori contemplatione donatur, exposita. Eum quidem ob mirabiles quibus ornatur dotibus, ſaepe igneum & flammeū vocant, immo & cherubicum. ſeraphicum atque divinum ſeu deificum: quo videlicet incalente cum Deo intime conjungitur animus, & in ipſum quodammodo tranſmutatur, quaſi naturam divinam induens.

Ceterum reperias nuſpiam novellum dogma de *amore puro*, qui nempe ſpei & ceterarum quarumlibet virtutum & theologicarum & moralium actiones diſerte excludat; quin immo adfirmant plerique omnes, amorem illum eximium ceteras quaſque virtutes mirum in modum confirmare, animumque ad earum exſercitium pariter communire.

Admittunt inſuper Doctores myſtici, praeſertim recentiores contemplationem quamdam ſilentii & quietis; at non ita quidem ut animi facultates omnino ſileant, quieſcant, & otientur quaſi torpentes aut dormientes abſque ullo exſercitio; ecquis enim ex hoc otio fructus, cui unice comparando contemplationis donum indulget Deus? Quidquid apud eoſdem myſticos impoſſibilis omnino eſt unio contemplationis abſque actionibus vitalibus & ſupernis mentis ac voluntatis.

In eo itaque ſilentium & quietem ejus contemplationis, quam paſſivam dixere, ſiſtunt, quod animus tunc praefervidum amorem una cum gaudio ſummo divinitus immiſſum mere patiatur, aut potius, vel ſaltem communius, quod idem animus Deo ſuo mirabiliter immerſus, praefervidi amoris actiones perpetuo ingeminet; ea tamen ſubtilitate, eoque modo pene divino, ut nihil aliud videatur agere, quam in ſinu dilecti conquieſcere ſuaviſſime, ſponſam illam aemulatus, quae ajebat, *ſub umbra illius, quem deſideraveram ſedi*, & rurſum, *quaeſivi quem diligit anima mea, tenui eum nec dimmittam*.

At nullus tamen orthodoxe myſticus in eum eximiae contemplationis ſtatum indifferentiam Molinoſianam invexit; quod nempe tunc animus Deo immerſus abſque ullo ad opera bona exſercenda & pravas cogitationes frenandas conatu, quaſi libero ad bonum & malum arbitrio deſtitutus, poſſit in omnibus habere ſe velut paſſive, ut ajunt, ſinendo ſe quaſi abripiendum quocumque vel Deus per gratiam, vel per concupiſcentiam daemon aut natura traxerit.

Haec enim in ſchola vere myſtica poſt hominum memoriam inaudita credas. Ergo ex iis ſaltem binis capitibus (e quibus ferme cetera pendent) non minus novitati faventibus, quam injuriis caritati, Molinoſiana dogmata funditus eradicanda dixeris.

II. Haereſeologi recentiſſimi vulgo ferunt, Molinoſium in excitando ſubdolis artibus horridum quietiſmum veſtigia ſolerter preſſiſſe veterum *Beguardorum* Germaniae, juniorumque *Illuminatorum* Hiſpaniae ceu ſibi ducum, auctorum & patrum. Et merito quidem: nec enim ovum ovo ſimilius, ac ſyſtema Molinoſii & aliorum, quos nominavimus, ejus ducum quantum ad potiſſima haereſum capita ſyſtematis.

Nimirum Beguardi in dogmatis habuerunt, quod homo in gradu perfectionis

con-

V. *Anonymi* Pariſiis & in Provinciis Galliarum plurimos ſparſerunt libellos ad probandum non poſſe Deum amari niſi quatenus beatificans

conſtitutus permittere poteſt corpori quidquid libuerit, quum ſenſualitatem ſpiritui & rationi perfecte ſubjectam praeferat, unde & a ſe virtutes omnes abjicere par eſt, quoniam in actibus virtutum immorari eſt hominis imperfecti; adeo ut nec SS. Eucharistiam quum elevatur, eum adorare oporteat, quoniam imperfectio eſt altitudine contemplationis indigua ad myſteria h[illegible] Chriſti adtendere. Haec illi, ut [illegible]tat e. [illegible]onc. *Viennenſi* in damnatione i[illegible]rum err[illegible]um.

Iis igitur nebulonibus homo perfectus ejuſmodi privilegiis donatus iserat, quem putabant altioris. dono contemplationis, cujus potiſſima pars eſt caritas, ſeu amor Dei praeſervidus, inſignitum, eumque ita in eo amore conquieſcere jubebant, ut nullam de uſu aliarum virtutum curam gereret, immo quidquid vellet ſenſibus corporeis ab ea contemplatione remotiſſimis indulgere, tuto poſſet. En tibi purum putum quietiſmum Beguardorum; caritati temere innixum.

Haud ſecus deinde ſuum in caritate fundabant quietiſmum Illuminati, exorti primum apud Hiſpanos an. 1575. ac deinceps an. 1623. renati. Videlicet, ut il credebant, aut credere adfectabant, per amorem eximiae contemplationis, qua ipſi donati gloriabantur, ea fit unio mentis cum Deo, eoque in ſtatu perfectionis homo conſtituitur, ut nec aliis bonis operibus, nec ſacramentis Eccleſiae ulterius egeat, immo ex conſenſu ſolius partis inferioris quidquid criminoſum aliis eſt, abſque ullo crimine poſſit perpetrare.

Et ipſis quidem ſollemne erat dogma, ſectariis ſuis ejuſmodi contemplatione conſpicuis opus ſolum eſſe relinquere ut in eis Deus ageret, eos vero ad agendum nequaquam teneri. Heinc apud illos plurimae revelationes, extaſes, raptus, adparentia miracula, conceſſa divinitus privilegia, quibus a Satana in angelum lucis commutato confictis ſeducebantur homines ſceleſtiſſimi, quietiſmum ſuum jactantes. Conſ. *Andreas Pacecus* Inquiſit. gener Hiſp. in edicto, quo retulit, damnavitque Illuminatorum Hiſpali repullulantium 66. errores anno, recor, 1623. *Victorius Syrius* in ſuis memoriis reconditis, *Godinez* in theol. myſt. l. 8. c. 6, cum notis Lagueruae. Hi ergo Molinoſo famoſi prodromi & duces.

Sed iſti tamen e medio & infimo aevo recentiores ſunt. Alios ipſi adſigno veterrimos ex primis Eccleſiae Seculis, *Gnoſticos* inquam illos, quorum obſcoenitatem in dogmatis, myſteriis & moribus, multis referunt & carpunt *Plotin.* Cl. Philoſophus Platonicus in l. contra Gnoſticos e[illegible] 5. alias Enneade 2. quae eſt contra Gnoſticos, l. 9. c. 16. interprete Marſil. Ficino, nobis cum laude citatus *ſupra* ad Tom. II. p. 275. Adnot. t. *Epiph.* haer. 26. alii.

Secta ergo Gnoſticorum turpium (ut eos ab aliis ſecernamus Gnoſticis, qui caſtam de moribus diſciplinam profeſſi feruntur) docebant, flagitia & ſcelera quaelibet, virtute ſpreta, poſſe corpori ſuo permitti, quae nempe a concitationibus vitioſae materiae unice prodeunt, minime vero pertinent ad animum, dummodo hic Deo per intimam adhaereat unionem, quae per contemplationem ipſius Dei, caritate ſeu amore praeſervido agente dubio procul obtinetur; quocirca ſolitum illis fuit diſcipulos hortari ſuos, ut Deum conſtanter intuerentur. En autem Quietiſmum Gnoſticorum.

Haec illorum ſcita ex cit. Plotino diſcimus cum adcurata *Moshemii* interpretatione inſt. hiſt. chr. major. Sec. [illegible] r. par. 2. c. 5. in hiſt. ſectar. §. 8. Tenuerunt itaque ſceleſtiſſimi homines, animum in Deum contemplatione penitus immerſum & a commercio cum corpore pene abſtractum, criminum, quae in corpore committuntur, purum penitus & neſcium eſſe. „ Nec exempla eorum (addit adpoſite cit. *Moſhem.*) ex recentiori memoria deſunt, qui tam impie & abſurde philoſophati ſunt „ ut puta Beguardi, Illuminati, & poſtremo Molinoſiani, primis eorum doctoribus Gnoſticis flagitioſiores.

Ex iis denique colligere licet, haſce quatuor Heterodoxorum claſſes una & aeque injurias ſe ſe praebuiſſe divinae caritati theologicae, cujus nempe uſui imaginario nefandarum haereſium fundamenta impie ſuperſtruxerunt, ut aureo illo ne ſupercoe-

lesti

ſicans eſt, qui ſi non bearet, nec etiam diligi poſſet. Haec ad an. 1698. (*x*).

VI. *Adulatores caritatis* mihi ſunt & dicuntur qui caritati plus aequo tribuunt, ejuſque dotes, aut neceſſitatem ultra modum extollunt. In eorum cenſum primo omnium loco referendus *Bajus*, haec ad ferens pro neceſſitate abſoluta caritatis prae ceteris quibuſque virtutibus: nempe 1.° „ Non eſt vera legis obedientia, quae fit ſine caritate „ (*y*) 2.° „ Omnis amor creaturae rationalis aut vitioſa eſt cupiditas qua mundus diligitur, quae a Joanne prohibetur, aut laudabilis illa caritas, qua per Spiritum ſanctum in corde diffuſa Deus amatur „ (*z*).

Janſenius item Iprenſis, qui tenuit (*a*) praeceptum caritatis quatenus adfirmans eſt obligare ſemper, adeo ut criminoſa ſit actio omnis, quae ex motivo ſeu adfectu dilectionis Dei ſuper omnia non procedat. Eique palam ſuffragatur *Henr. a S. Ignatio* (*b*) Hos praeterea *Queſnellus* excipit, qui ultra progreſſus, vel in conſeſſu etiam ceterarum virtutum omnium, ſi caritas abſit, nihil bonum, & non malum reperit nihil, immo nec religionem ullam, nec Deum ipſum. Ita quidem in erroneo ſenſu abundat ſuo; eadem opinione ſaepe numero inculcata in theſibus pleriſque a Clemente XI. confixis, & explicatius notatis ab Interpretibus Antiqueſnellianis (*c*).

Fenelonius demum adjiciendus, cum ob 1. ex ſuis propoſitionibus ab Innoc. XII. confixis (*d*) tum ob XXIII. quae ſic habet; „ purus amor ipſe ſolus conſtituit totam vitam interiorem; & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati & meritorii ſunt. „ Loquitur heic ſine dubio Antiſtes optimus de praefervido eorum amore, qui in via altioris contemplationis vitam ducunt perfectiſſimam; nihilo tamen ſecius immerito, dixerit quiſpiam, ejuſmodi ho-

leſti vaſculo venena facilius propinarent incautis.

III. Nefas ſit inter Quietiſtas id genus praeclarum Fenelonium adnumerare. Nihil enim hujuſce Praeſulis ſyſtemati de amore puro cum aliis Heterodoxorum mox recenſitis commune quantum ad divortium cum ceteris quibuſque virtutibus, & innoxiam ſcelerum permiſſionem in quiete contemplationis amanti Deum. Nihil porro non caſtum in ſyſtemate fenelonia-no. Totus quidem pro caritate hic Auctor eſt, ea tamen ratione ut ceterarum virtutum uſum velit, eſto ordinatum velit ad ipſam caritatem ab eo, qui in ſummum viae ſanctioris faſtigium contendat. *Quietem* plane adſerit & *amorem purum*; at infinito tamen intervallo diſtantes a quiete & amore puro Molinoſii & ejus prodromorum turpium. Haec conſtant ex eiſdem Fenelonii theſibus ab Innocentio proſcriptis.

Perperam ergo & incaute, nec levi quidem injuria *Sianda* in lex. in Quietiſtis, & *Redlhamer* proxime cit. quietiſmum Fenelonii cum Molinoſiano confundunt, & eiſdem aut paribus utrumque indiviſe onerant cenſurarum plauſtris.

(*x*) Ap *Fenel.* in reſponſione declarationi Archiep. Paris. Epiſc. Meldens. & Epiſc. Carnotens. in lib. cui titulus eſt *explication des maxime des Saints*, p. m. 5. edit. 1698.

(*y*) Eſt prop. XVI. ex vulgo Bajanis.

(*z*) Prop. XXXVIII. ex eiſdem.

(*a*) L. 5. de ſtatu nat. lapſae c. 17.

(*b*) In ethica amor. t. 1. l. 8.

(*c*) Ejuſmodi eſt Prop XLIV. cum reliquis adusque LVIII. quas legere poſſis & confutatas quidem apud quoſque ferme ex ipſis Interpretibus, ne nauſeam tibi pariamus eadem repetentes.

(*d*) Eam ſupra recitavimus in Prolus. proxima art. VIII.

hominibus, viatores quum ſint, eum tribuere amorem plane eximium, qui ſolis Beatis adſcribi poſſe videtur.

VII. *Presbyter Anonymus Haereſiarcha* Uliſſipone apud Luſitanos haec de caritate divina, inſana placita deliraſſe, alioſque docuiſſe deprehenſus eſt hoc noſtro ineunte ſeculo, inter alia obſcoeniſſima & memoria hominum inaudita adverſum plura fidei dogmata. 1.° „ divina caritas viris & feminis ad Myſticam elevatis praeſcribit ut invicem per baſia & tactus uniantur „ 2.° „ ut caritas Dei in homines cognoſcitur, quia dedit nobis de ſpiritu ſuo, ita caritas myſtici & myſticae per baſia, amplexus & corporum unionem cognoſcenda eſt. „

Tum 3.° „ ſimiliter ut caritas Chriſti D. in homines manifeſtatur per hoc quod animam ſeu corpus ſuum pro nobis poſuerit, ita caritas myſtici & myſticae per hoc quod quidquid myſticus & myſtica habent, alteri participetur „ 4.° „ ſi myſticus aut myſtica langueſcat & deſolata ſit, tenebitur ex caritatis praecepto alteri mutuo corporum congreſſu ſe unire, dummodo intentio in Deum rapiatur, & alteruter alteri ſuccurrere. „ 5.° „ Chriſto D. myſtice unitur qui confeſſario locum Chriſti D. tenenti unitur „ 6.° „ Deiparae unitur myſticus uniendo ſe mulieri myſticae ad Deiparae ſimilitudinem factae. „ 7.° „ prius amandus eſt (horrendum dictu!) a muliere myſtica confeſſarius quam Deus, & illis quidem ſignis omnibus, quae impudicitia docet „ (*). Exin-

ADNOTATIO.

(*) Haec neo-myſticus delirus, ſuis ex utroque ſexu adſectatoribus mirum in modum faſcinatis, iniquitatis magiſtro adſentientibus. Adprehenſus ille tandem eſt & in carcerem S. Officii Inquiſitionis Uliſſiponenſis detruſus. Ibi vero toto ſeptennio, variis etiam doctiſſimorum hominum diſputationibus ut in viam veritatis rediret, agitatus, planeque convictus, ac omnibus deinde in id ipſum adhibitis ſuavitatis & rigoris mediis, a perfidia ſua deturbari nunquam potuit & flecti, ſuis inſiſtens diabolicae Myſticae principiis, jactitans identidem ſe ab uno Deo proxime regi & adflari.

Sed audita demum fatali ſententia, quod poſtero die vivicomburio addicendus eſſet; ſimulata potius quam vera poenitentia meruit (ut ex proceſſu ad diem 24. Octobr. an. 1716. publice lecto & ſupra binas horas protracto conſtitit) ad vitam in carcere Inquiſitionis perpetuo traducendam deſtinari.

Didicimus haec, pluraque cauſſam iſtam famoſam concernentia ex *P. Carolo Ant. Caſnedi* in crisi theol. t. 4. diſp. 1. ſect. 3. §. 1. a n. 23. & d. 2. s. 6. §. 3. n. 162. & alias. Et ipſe quidem tragoediae oculatus teſtis fuit, nec ſemel cum ſceleſto Haereſiarcha ferventi concertatione pugnavit.

Ex iis quae Auctor hic de ejuſmodi argumento ſparſim diſputat in cit. commentario, aperte novimus, Haereſiarcham illum plures ex utroque ſexu habuiſſe ſocios in erroribus ac deliriis, quibuſcum novam & peſtilentiſſimam cacomyſticorum ſectam architectatus eſt; tum iſtorum plures presbyteros fuiſſe & confeſſarios & directores ſectae hominum, quos ejuſmodi errorum lacte nutriebant; eos item revelationes multas ſibi coelitus immiſſas confinxiſſe, ſuaque dogmata ſceleſtiſſima, quod haereticis in more poſitum eſt, ex ſacro codice, aliiſque argumentis probare utcumque intendiſſe, illorum denique ſaltem aliquos ex utroque ſexu captos fuiſſe & in carcerem S. Inquiſitionis detruſos, ibique ſeverum examen ſubiiſſe, atque unam ſpeciatim feminam, quae fortaſſe Haereſiarcham deceperat, biennio antequam ille ſuam audiret ſententiam, moleſtiſſimo exilio mulctatam eſſe.

Haec quidem ex Auctore intelligere fas eſt, minime vero (quod optarem) integram & accuratam rei hiſtoriam. Rurſum nos alias de erroribus hujuſce tenebrionis, praecipue ubi de Ss. Eucharistia, in quam ille miris & obſcoeniſſimis modis debacchatus eſt. Lege ſis interea laudat. *Caſnedum*.

Exinde jam vero ad quaeſtiones theologicas, quae ſanctum elucident dogma, more noſtro gradum facimus.

---

§. I.

Caritatis indoles & dotes.

166 QUAESTIO I. Quae caritatis ceteras inter virtutes praeſtantia? ADSERO. Eſt omnium maxima. Et ita quidem depraedicant Scripturae, e. c. *Matt.* 22. 38. *Rom.* 13. 10. & 1. *Tim.* 1. 5. & 1. *Cor.* 1. per tot. Ea quidem adtingit Deum proxime quatenus eſt abſolute in ſe, & ſibi bonus: magis itaque, & nobilius Deum adtingit, quam reliquae virtutes theologicae, quae moralibus quidem praeſtant. Fides etenim adtingit Deum abſtracte, & in alio; ſpes item in beatitudine, & auxilio; caritas vero proxime, & in ſe: ergo haec adtingit perfectiore modo. Hoc pacto dicitur forma virtutum omnium, ideſt ultima earum perfectio, & corona. (e) Huc faciunt dicta pro amore beatifico *ſupra* (f), quatenus probatur actus voluntatis, inter quos princeps eſt caritas, moraliter, ac phyſice nobilior, quam actus mentis.

167 QUAESTIO II. Eſt ne amor verae benevolentiae, ac amicitiae? ADFIRMO (g) Ratio 1. partis; quia eſt eminens quaedam dilectio, efficiens, ut cariſſima ſit perſona, quae diligitur, nempe Deus, cui propterea bene vult, & bonum qua Deo bonum adpetit. Ratio 2. quia eſt amor mutuus, ſaltem ex praeſente Dei lege; nemo enim Deum amat, quem non redamet ſtatim Deus ut amicum. Quoniam ex *Prov.* 8. *Ego diligentes me diligo*, & ex *Joan.* 15. loquens Chriſtus ad Apoſtolos, eum diligentes, inquit, *vos autem dixi amicos*.

OBJECTIONES.

168 Obj. contra 2. Adſerti partem. Caritas non eſt vera creaturae amicitia cum Deo. Nam 1.° amicitia eſt adfectus reciprocus inter aequales in dignitate, convictu, & bonorum communicatione; at inter Deum, & hominem eſt infinita inaequalitas. 2.° Deus non amat nos propter nos, ſed propter ſe ipſum, ad quem omnia neceſſario refert. 3.° amicitia debet eſſe non latens, ita ut ex utraque parte noſcat amans ſe diligi; at nemo noſcere poteſt ſe a Deo diligi. 4.° Deus amat Juſtos propter gratiam habitualem, ratione cujus eos amaret, etiamſi caritas eis deeſſet.

169 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: amicitia ſolum exigit aequalitatem proportionis, qualem habet creatura, facta conſors divinae naturae per gratiam, qua creatura eſt Deo digna, ipſi interne convivit, ſua dona, & bona participans. Quo ſenſu ex *Pſ.* 81. *Ego dixi, Dii eſtis, & filii excelſi omnes*, & ex *Hier.* (h) *amicitia pares aut adcipit, aut facit*. Ad 2:

(e) Conf. *Eſp.* q. 40. & *Con.* heic d. 21. n. 62.

(f) Ad Tom. IV. a p. 67. n. 81.

(g) Cum communi ap. *Rhod.* heic d. 4. q. 1. ſ. 1. & 2.

(h) Sup. cap. 7. Mich.

ex *D. Bern.* (*i*) Deus *omnia facit propter ſemet ipſum*, *gratuita ſcilicet bonitate*; *omnia propter electos*, *pro eorum ſcilicet utilitate*. Refert itaque omnia ad ſe, ratione amoris ſui ipſius, & juſtos amat ratione virtutis amicitiae, quae Deo ineſt. Ad 3: ad ejuſmodi amicitiam ſufficit certitudo moralis, aut ex conjectura de eo, quod juſtus diligatur a Deo, quae quidem plerumque juſtos communit; *ipſe enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro*, *quod ſumus filii Dei* ex *Rom.* 8. 16 Ad 4: Deus amat juſtos, cum propter gratiam, tum propter caritatem: quia ſi haec juſtis deeſſet, amor non eſſet reciprocus, non enim ab ipſis formaliter, ut dicunt, ſeu expreſſe amaretur Deus (*k*).

170 QUAESTIO III. Quaenam ſint actiones caritati jure adſcribendae? ADSERO 1. Aliae ſunt proſequentes erga ea, quae ſunt Deo bona, uti dilectio, deſiderium, gaudium, ſpes, audacia; & aliae averſantes erga ea, quae ſunt Deo mala, ut odium, fuga, dolor, timor, deſperatio, ira. Proſequentes, ceteris paribus, ſunt averſantibus perfectiores; quia ex directo & perfectius divinam bonitatem adtingunt, ipſique bonum volunt. Ex illis primum obtinet locum dilectio, vel amor Dei, & proximi, qui nec deſiderium eſt, nec gaudium; quia enim a praeſentia & abſentia rei abſtrahit; ſed inclinatio duntaxat, & motus voluntatis in Deum, gratuitus, efficax, & ſuper omnia. Ex iis primam habet ſedem contritio, vel peccati deteſtatio, adnexum dolorem retinens. Tandem inter amores erga proximum ille nobilior, qui ordini caritatis conformior (*l*).

171 QUAESTIO IV. Quis modus in caritate ſervandus eſt, quo Deus diligatur? ADSERO. Nullus, & nulla menſura. Quia ex *Bern.* (*m*) *cauſſa diligendi Deum Deus eſt*; *modus ſine modo diligere*. Id eſt menſura dilectionis eſt rei objectae amabilitas; at haec modum non habet: ergo nec dilectio. Quippe eatenus debet quis amari, quatenus amabilis eſt; caritas ergo modus eſt, ſed non habet modum: ideo enim praecipimur amare Deum *ex toto corde*, *ex tota anima*, *ex tota fortitudine* ex *Deut.* 5. 6. amore ſcilicet potentiore ſuper omnia Deo diſplicentia, vel minus placentia, cum plena adhaeſione voluntatis in Deum. Hoc ſenſu dixit *Aug.* (*n*) *modus diligendi Deum eſt*, *ut ex toto corde diligatur*. Si vero menſuram aliquam hic amor habeat, non plane Deus amatur ex toto corde (*o*).

172 QUAESTIO V. Num caritas vi propria juſtificet? NEGO (*p*). Quia

(*i*) Sup. cap. 16. Prov.

(*k*) Conf. *D.Th.* heic q. 23. a. 1. *Suar.* heic d. 3. s. 2. *Con.* d. 21. dub. 3. *Rhod.* d. 4. q. 1. s. 2. *Plat.* heic a n. 382.

(*l*) Fere *Rhod.* q. 3. s. 1. §. 1. & 2.

(*m*) L. de diligendo Deo ſub init.

(*n*) De mor. Eccl. c. 8.

(*o*) Lege *Th.* q. 27. a. 6.

(*p*) Cum *Suar. Haun. Eſp. Scot.* &c. ap. & cum *Mun.* de grat. habit. d. 15. n. 22, & *Gut.* heic d. 2, n. 44. contra Vaz. &c.

Quia caritas actualis non conſtituit hominem in ſtatu permanente filii adoptatitii Dei; nec ſecum adfert in modum radicis alios virtutum habitus; nec habet ſuapte natura, vel eſſentia oppoſitionem cum peccato lethali habituali; quia enim nec amor Dei ſuper omnia, nec contritio extinguit jus divinum ad odium propter ejuſmodi peccatum, quum nec ſit condigna ſatisfactio pro peccato, nec fundet jus naturale ad reciprocam ex parte Dei dilectionem. Heinc *Trid.* (*pp*) enumerat caritatem, ſeu Dei dilectionem inter diſpoſitiones, quas excipit Juſtificatio.

OBJECTIONES.

173 Obj. Caritas actualis vi propria juſtificat. Nam 1.° ap. Scripturas, & PP. ipſi tribuuntur munera omnia, & effecta gratiae juſtificantis. 2.° ex dictis, caritas eſt amicitia hominis cum Deo: ergo per ſe reddit hominem dignum amari a Deo. Alioqui poſſet Deus hominem odiſſe, etiam dum amatur ab homine ſuper omnia: quod abſurdum eſt Auguſtino, dicenti, *ſi non reciperet confugientes ad ſe, eſſet in eo iniquitas*. 3.° ex Luc. 7. de Magdalena dictum eſt a Chriſto, *remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum*: dilectio igitur eſt peccati remiſſio. 4.° Spiritus S. mittitur ad nos, & in nobis habitat per caritatem.

174 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: ipſi tribuuntur non tanquam juſtificanti, ſed tanquam diſpoſitioni proximae ad juſtificationem; aut tribuuntur quandoque caritati habituali ratione gratiae, quam inſeparabiliter comitatur, tanquam omnium virtutum regina. Ad 2: eſt amicitia ex parte ſolius hominis, nec claudit, nec per ſe infert benevolentiam amicitiae ex parte Dei. Nec ſubillatio, ſecluſa praeſente Dei lege, abſurda eſt in ſe, nec Auguſtino, qui ſolum loquitur prout in hac lege, in qua Deus ad ſe per caritatem, aut contritionem confugientes recipere pollicitus eſt. Ad 3. *N. Con.* Heinc ſolum infertur, quod Magdalena diligendo multum ſe dignius proxime diſpoſuit ad gratiam remiſſionis abundatioris. Ad 4. *D. A.* mittitur, & habitat quatenus praeparat, vel inchoat juſtificationem, quo pacto caritas dicitur inchoata miſſio Spiritus S. *C.* ſecus, *N.* quia ex *Th.* (*q*) *nullus alius effectus poteſt eſſe ratio, quod divina Perſona ſit novo modo in rationali creatura, niſi gratia gratum faciens* (*r*).

175 QUAESTIO VI. Quinam proprii effectus caritatis? ADSERO. Adſcetici ex vulgato *Dionyſio* Areop. tres praecipuos enumerant: unionem, extaſim, zelum. *D. Th.* (*s*) alios exponit; nempe internos, ſcilicet gaudium, pacem, miſericordiam; ac externos, ſcilicet beneficentiam, correctionem fraternam, eleemoſynam. De iis Interpretes (*t*). At iſti tamen effectus iidem re vera ſunt, atque actiones caritatis, de quibus nuper diſputavimus, quatenus ſcilicet ex ratione caritatis imperantur.

(*pp*) Seſſ. 6. cap. 6.

(*q*) P. 1. q. 43. a 3. O.

(*r*) Plura ſolvunt *Arri.* heic d. 32. a n. 7. *Mun.* de grat. habit. d. 15. a n. 3. & 46.

(*s*) A q. 28.

(*t*) Cum *Suar.* d. 2. ſ. 1. *Con.* heic a d. 26. n. 1. *Rhod.* q. 3. tota ſ. 5.

§. II.

Materia & ratio potiſſima Caritatis.

176 QUAESTIO I. Quid de materia? ADSERO I. Deus eſt primaria, & praecipua. Quia in eo relucet primario potiſſima caritatis ratio, nempe divina Bonitas (*u*) II. Materia ſecundaria eſt proximus, ideſt omnis creatura ratione praedita, beatitudinis capax. Nam ex *Matt.* 22. *diliges proximum tuum ſicut te ipſum*. Nomine vero proximi venit idem ipſe, qui amat, quia poteſt ſibi amare (non amore amicitiae, quae duas perſonas per ſe ſe importat, ſed benevolentiae) beatitudinem animae, & corporis propter Deum ſumme dilectum. Et quoque damnati, quatenus velis adfectu efficaci, eos ſic conſervari in gloriam Dei, & adfectu inefficaci, eos non fuiſſe damnatos; nullatenus vero volendo eos eſſe beandos, quibus utpote impoſſibilis eſt beatitudo (*x*).

177 III. In amando ea, quae caritati materiam ſuppeditant, aliquis ſervandus eſt ordo, in eo ſitus, quod pro merito unum alteri praeferatur, non intenſione quidem, ſed pretio & vi ſubſtantiali amoris. Ergo ſecundum hunc ordinem, primum Deus amandus eſt; deinde perſona, quae amat; inter ceteros demum proximos qui ſecundum rectam rationem amore dignior eſt (*y*).

178 IV. Caritas, qua amicum diligis, ceteris paribus, perfectior eſt caritate, qua diligas inimicum. Quia enim id eſt magis conſentaneum ordini caritatis; quemadmodum & quid melius eſt diligere patrem, quam extraneum; juſtum, quam peccatorem. Id deinde per ſe ſe melius eſt ex re objecta; nam e contrario peius eſt odiſſe amicum, quam inimicum: ergo privat maiore honeſtate. Heinc, ceteris paribus, ille amor eſt melior, magiſque merens, qui ſit magis conſentaneus propenſioni, ac ordini caritatis; haec enim ad meliores actiones ſuas propendet (*z*).

OBJECTIONES.

179 Obj. Caritas, qua diligitur inimicus, eſt per ſe, ceteris paribus, perfectior. Nam 1.° Matt. 5. 44. & 45. & alibi commendatur inimicorum dilectio tanquam actio prorſus heroica, & praecellentiſſimae caritatis: ac e converſo ibidem ℣. 46. amicorum dilectio quaſi pro nihilo reputatur quantum ad meritum. Et conſonant quidem PP. cum Ang. aiente (*a*) *illud multo grandius, & magnificentiſſimae caritatis eſt, ut tuum etiam inimicum diligas.* 2.° hic amor eſt multo difficilior, & expreſſius atque efficacius propter Deum. 3.° eſt amor Dei in ſubſtantia major; quoniam majores vincit pro Deo difficultates.

180 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Scriptura, & PP. ſolum intendunt, quod

(*u*) Nobiſcum ſunt *Th.* cit. q. 23. a. 1. *Suar.* heic d. 1. ſ. 2. n. 5. *Paul. a Con.* heic tr. 15. d. 3. n. 2.

(*x*) *Suar.* cit. n. 4. *Viv.* heic q. 1. n. 1.

(*y*) Plura de hoc argumento *Suar.* cit. d. 1. tota ſ. 4. & *Amic.* heic d. 29. n. 1.

(*z*) Favet cit. *Suar.* d. 2. ſ. 3. contra Amic. d. 26. n. 63.

(*a*) In enchir. c. 73.

quod inimici dilectio ut plurimum eſt ſignum perfectioris virtutis, quatenus magna difficultas, quae ſuperanda praemittitur, occaſionem praebuit ad actionem internam intenſiorem. Et vero plus confert ratio potiſſima, actioni utpote identica, quam difficultas, ad bonitatem, & meritum: alioqui perfectior eſſet per ſe actus fortitudinis, multa vincens obſtacula, quam amor Dei faciliime elicitus a coelitibus. Amicorum demum dilectio parvi aeſtimatur a Chriſto, qua pure naturalis eſt, qualem ethnicis ineſſe noverat.

181 Ad 2: licet ſit difficilior, non eſt exinde per ſe perfectior, ex dictis; neque, ceteris paribus, eſt expreſſius & efficacius propter Deum; heic enim abſtrahimus ab adjunctis, quibus inimici dilectio poſſit fieri utilior, & Deo gratior; itemque praemittimus, utramque dilectionem aeque pure rationem potiſſimam adtingere. Ad 3. *N. A.* Si eadem utrique dilectioni ſit intenſio, victoria plane difficultatum in altera pretium non auget (*b*).

182 QUAESTIO II. Quid de ratione potiſſima? ADSERO I. Eſt generatim ſumma Dei bonitas aut perfectio, quatenus ipſi Deo conveniens & bona; quae nempe conſurgit ex cumulo divinarum quarumcumque dotum: bonitas videlicet, non ſumta pro dote peculiari, quae importat ſummam in operando perfectionem; (quam utique vel iidem pagani Theologi cum *Platone*, *Numenio*, *Alcinoo*, aliis probe noverunt (*c*) immo vero adcepta pro abſoluta perfectione in omni genere excellentiae, ſeu pro abſoluta excellentia in omni genere perfectionis, quam porro cumulus omnium Dei dotum praefert. (*d*) Ita quippe differt caritas a quavis dilectione boni creati & a dilectione ipſius Dei per actum ſpei, qui Deum non propter ſe amat, ſed propter bonum diligentis. Heinc

183 II. Quaelibet Dei perfectio, e. c. miſericordia, vel omnipotentia, vel immenſitas, vel paternitas &c. ſeorſim ab aliis conſiderata, eſſe poteſt potiſſima caritatis ratio. (*e*) Quippe ſic amando Deum propter ſe, & illum amamus propter infinitam ejuſdem perfectionem, qua ſingulae ipſius dotes gaudent. Quid? quod ſacri codices quum nos ad amandum Deum provocant, modo ſummam ejus clementiam, modo immenſitatem, modo aliam dotem ſigillatim expendendam proponunt: ergo.

OBJECTIONES.

184 Obj. *primo* contra I. Adſ. Summa Dei bonitas non eſt neceſſario ratio potiſſima caritatis. Nam. 1.° Auguſtin. inquit (*f*) *nos per caritatem deſiderare Dei conſpectum.* 2.° ad amandum Deum actu caritatis adficimur plerumque propter dona adcepta, & majora diligentibus ſe promiſſa ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* deſiderare Dei conſpectum ceu nobis bonum, *N.* ceu me-

(*b*) Conf. cit. *Suar.* d. 2. s. 3. n. 6.

(*c*) Plurium exempla habes ap. *Petav.* theol. dogm. l. 1. c. 6. *Huet.* qq. alnet. l. 2. c. 2. §. 5. *VVolf.* in theol. nat. par. 1. *Galeum* in phil. gen. par. 1. l. 3. c. 3. s. 1, & alias.

(*d*) Vulgo *TT.* cum *Th.* heic q. 23. a. 5. ad 2. & a. 6. O. *Suar.* tr. de carit. d. 1. s. 2. n. 1. ſq. *Amic.* heic d. 24. n. 31.

(*e*) Favent plurimi cum *Viva* heic q. 1. n. 5. & *Gutier.* d. 1. n. 15.

(*f*) L. 1. ſoliloq. c. 6.

medium ad perfectiorem, aeternumque Dei amorem, *C.* Ad 2. *D. A.* propter dona collata tanquam rationem potiſſimam caritatis, *N.* tanquam per rationem extrinſecam, quemadmodum per ſigna credibilitatis movemur ad credendum actu fidei, innixo revelanti Deo tanquam rationi potiſſimae, *C.* Et vero gratitudo a caritate plane diſcrepat (*g*).

185 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. Nequit una quaelibet dos Dei ſeorſim ab aliis eſſe ratio potiſſima caritatis. Nam 1.° quilibet caritatis actus eſt perfectiſſimus: habet ergo potiſſimam rationem perfectiſſimam, omnem ſcilicet omnino perfectionem Deo intrinſecam ex quibuslibet dotibus. 2.° ex oppoſito fieret, quod ratio potiſſima caritatis theologicae poſſet etiam eſſe bonitas Dei, qua naturae Auctor eſt, vel dotes illae, quae per cognitionem mere naturalem innoteſcere poſſunt; hoc minime, quum enim amor Dei naturalis & ſupernus diverſis gaudeant rationibus, Deus qua naturae auctor, qui eſt ratio amoris naturalis, nequit eſſe ſuperni ratio.

186 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *D. A.* hoc eſt perfectiſſimus in ſuo genere, & ex modo ſuo tendendi generico, quatenus hic innititur divinae bonitati vel perfectioni ſummae, eam amando propter ſe, & quatenus ſibi met ipſi bona eſt, *C*; hoc eſt ita ut inter actus caritatis nullus ſit altero praeſtantior aut intenſione, aut etiam extenſione ob extenſionem ad plures Dei perfectiones, *N. A.* & *Con.* Ad 2. *N. Mi.* & prob. adj. Nec enim caritas ſuperna debet a naturali differre penes rationem potiſſimam, ſed ſatis differt penes diverſam rationis cognitionem; quatenus nempe ſuperna exigit, ut bonitas Dei, qua naturae auctor proponitur, voluntati ſuperno lumine objiciatur, quod naturalis porro non exigit. Quo quidem pacto, nec alio quidem differre invicem videntur amor Dei ſuper omnia ſupernus & naturalis, quem poſtremum (*h*) poſſe in hoc rerum ſtatu elici praeſtatuimus (*i*).

187 Exſpectaveris jam CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS pro caritate theologica. At eam plane luculenta probant paganarum gentium teſtimonia, quod ſpectat caput de dilectione proximi, ſub caritate noſtra contentum. Haec autem conſulto praemittimus, ne minus idonee conſentire videamur cum *Huet.* ubi (*k*) in divina caritate, ait, contineri religionem; quo nempe oſtendat, actus ab hac virtute profectos, quos apud Ethnicos prope innumeros dixeris, ad caritatem divinam pertinere, ſeu proxime revocari. Ceterum ex vulgatiſſima Doctorum ſententia, ambae virtutes ſpecie differunt, atque religio moralis eſt ad juſtitiam cardinalem adtinens, minime theologica, qualis eſt caritas: nuſpiam itaque caritati adſcribenda effecta, quae profluunt ab imperio religionis. Nullum inſuper ex dictis aut factis apud gentes profanas reperire nobis licuit, quod vel ne leviorem quidem umbram praeferret caritatis,

(*g*) Conſuli cum fructu poteſt *Platel.* heic a n. 389.

(*h*) Ad Tom. III. p. 158.

(*i*) Pluribus Adſertum vindicant *Suar.* cit. d. 1. s. 2. *Platel.* heic a n. 391. *Arria.* d. 31. a n. 13. qui conſuli poſſunt.

(*k*) In qq. alnet. l. 3. in anteceſſione n. 3.

tis, aut amoris benevolentiae erga Deum, qui nempe ſit amor Dei ſuper omnia, ac Deum unice diligat, quia in ſe ſe bonus eſt, ſeorſim a quocumque diligentis commodo.

188 Jam vero ut pro indicato caritatis capite ad ſenſum profanorum Sapientum diſſeramus, didicerunt plane ipſi a natura, proximos aut ceteros homines cuique diligendos utcumque eſſe, ſaltem tamquam ſocios in eadem natura, vitaque communi. Quod quidem luculentis edocent, praeſcribuntque legibus ſcriptores ethnici de virtutibus moralibus (*l*). Sed & ſublimius convolant plurimi, acriorique acumine res adtingunt, quae licet naturae refragari videantur, at optimae ſunt & exquiſitae caritatis, qua tales utpote a Chriſto legum latore aut praeceptis, aut conſiliis praeſcriptae. Sunt etenim qui notum illud *Euripidis* „ nemo homo non ſe plus vicino ſuo diligit „ non eſſe naturae rectae & integrae inſtitutum, ſed perverſae potius corruptaeque errorem viderunt; jure utique rati ſpectandum eſſe humanum genus ceu corpus unicum variis conflatum membris, quorum omnium ſalus ſalute totius corporis continetur, ac totius viciſſim corporis incolumitas incolumitate ſingulorum membrorum; idque plane futurum, ſi membra ſingula ſui rationem habeant ceu partium corporis unius, non autem corporum ſingularium. Huc porro tendunt expreſſis dogmatis *Pythagoras* (*m*) *Hierocles* (*n*) *Tullius* (*o*) *Cato* ſtoicus (*p*) *Seneca* (*q*) *M. Aurelius* Imp. (*r*) *Simplicius* (*s*) Ii ergo omnes, plurimique eos adſectati in illud conſpirarunt, dilecturos nos eſſe ceteros ut nos ipſos (*t*).

189 Alii praeterea aut praeceptis, aut factis eximiis tenuerunt, injurias hominum benigne nobis eſſe perferendas, pro fundamento videlicet ejuſmodi patientiae reponentes caritatem mutuam & conjunctionem animorum. Varia in hanc rem effuderunt apophtegmata, quae potius oracula dixeris, ſapientes plurimi, ut puta e. c. *Pittacbus*, alter ex Graeciae ſapientibus, *Pythagoras*, *Hierocles*, *Socrates*, *Plato*, *Tullius*, *Maximus* Tyrius, *Ariſtoteles*, *Heſiodus*, *Demoſthenes*, *Ariſtides* Athenienſis, alii (*u*).

190 Permulti denique ex cordatiſſimis Paganiſmi Philoſophis adprobarunt rependi maleficia benefactis ceu quid rationi conſonum & oppido illuſtre. Ita quidem inter alios *Socrates*, *Antiſthenes*, *Epicurus*, *Seneca*, *M. Aurelius* Imp. *Ariſtides*, *Demoſthenes*, *Confucius* Sinenſibus oraculum. (*x*) Quid vero his hucuſque delibatis praeclarius pro *Concordia fidei & rationis*, ſi comparationem inſtituas inter evangelicas Chriſti leges & veterum Sophiſtarum placita erga ea praeſertim, quae a conſuetudine communis ſenſus abhorrere videntur? Ve.

(*l*) Cum *Platone*, *Ariſtot.* *Seneca*, *Plotino*.

(*m*) Ap. *Jamblic.* in vita Pythag. c. 53.

(*n*) Ap. *Stob.* ſerm. 82.

(*o*) In libris de offic. ſparſim.

(*p*) Ap. *Lucan.* l. 2. ver. 383.

(*q*) Epiſt. 6. 48. 88. 95.

(*r*) L. 2. §. 16. ſaepius.

(*s*) In Epictet. c. 37.

(*t*) Haec, pluraque egregia de hoc argumento cit. *Huet.* qq. aln. l. 3. c. 17.

(*u*) Haec adcurate collegit ibidem *Huet.* l. 3. c. 18.

(*x*) Ex iis, aliiſque pariter aut dicta, aut facta memoriae prodidit laudat. *Huet.* c. 19.

Venio jam ad praeclara teſtimonia, quae in commendationem tantae virtutis Antiquitas plena manu ſuppeditat nobis.

CLASSIS VII.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro Caritate theologica.

Porro ſacra Vetuſtas caritatem erga Deum & erga proximum propter Deum, ſicut & alias chriſtianas virtutes ſaepenumero commendatas reliquit poſteris, ut eos ad praxim earum adliceret, ſuaviterque compelleret: tum ſcilicet virtutes in vita functis laudando; tum virtutum indolem, pretium, decus & dotes per ſymbola, hieroglyphica, emblemata fere paſſim ſub oculos objiciendo. Jam vero in commendationem Virtutis noſtrae haec dat chriſtiana Antiquitas varii generis monimenta, quae mox ſubjicimus.

E RE MARTYROLOGICA.

1 *Gratias ago tibi Domine, quia me* perfecta ad te caritate *honorare dignatus es, cum Apoſtolo tuo Paullo vinculis collocari ferreis.*

S. Ignatius M. ad Dominum converſus, vix illam audit a Trajano latam ſententiam, *Ignatium praecipimus in ſe ipſo dicentem circumferre Crucifixum, vinctum a militibus duci in magnam Romam, cibum beſtiarum in ſpectaculum plebis futurum* (ex *Act.* Sancti citt. in Adpend. p. v.)

Sentit heic, noſque docet Ignatius, caritatem eſſe donum Dei praeclariſſimum; tum ſuppliciorum tolerantia propter Dominum eam potiſſimum probari.

2 *Exinde adcerſitum fratrem ſuum & illum catechuminum* (*) *adloquuta eſt eos, dicens: in fide ſtate* & invicem omnes diligite.

(*) Rutticum nomine

S. Perpetua M. paſſionis ſuae tempore, apud Carthaginem an. circ. 203. (ex *Act.* citt. in Adpend. p. xl. ubi de S. Saturo, ejuſdem Socio, cum S. Felicitare & aliis) Dies 7. Martii Sanctis Perpetuae ac Felicitati ſacer apud omnia Martyrologia.

Vides heic ſacram hortatricem caritatis erga proximos, quam adeo commendatam juxta atque inculcatam legis apud Evangelium Chriſti Domini & Epiſtolas Paulli.

3 *Ut* hunc (*) *colerem* & diligerem *a parentibus mihi eſt traditum.*

(*) Deum Unum Chriſtianorum

S. Asterius M. uti *ſupra* in Adp. p. vi. ſq.

At

At vero (quis dubitet?) traditio haec de praecepto dilectionis Dei Aſterio a parentibus adcepta, ex jure naturae, ſimulque divino ſaepe ſaepius in ſacris expreſſo literis ortum duxit.

4 *Ego non vitio temeritatis inflammor, ſed* Dei, *qui fecit omnia* ... amore *& timore* compellor. *Hujus mandata praeterire non audeo*.

S. Philippus Epiſc. Heracleae M. reſpondens Juſtino Praeſidi, ſic eum objurganti, *Cur tanta temeritate aptaris, ut ſalute contemta, Imperatoris detrectes obedire mandatis*, nempe de immolando diis? (ex *Act.* n. 11. Ea laudavimus in Adp. p. XIII. quam recolas.)

Quam nobile par amor & timor Dei, quibus ad ſubeundum generoſe martyrium ſe Philippus compulſum dicit! Eos plane hoc ſermone perſtrinxit Sanctus, qui amori puro plus aequo faventes, ab animis in perfectionem contendentibus timorem Dei procul exſulare jubent; tum illos, qui caſtum Dei timorem aut nihil prodeſſe jactitant in via virtutis, aut obeſſe plurimum.

5 *Neque tu, neque daemones, quibus errans ſacrificas, neque qui tibi dederunt iſtam poteſtatem in nobis*, poſſunt pervertere a nobis *fidem &* caritatem, *quam habemus in Domino*.

S. Probus M. adloquens Maximum Praeſidem in tertia fidei ſuae confeſſione (ex *Act.* Sancti & Socc. uti ſupra in Adp. p. VIII.)

Porro quum haec ſcribo de Probo, Paullum mihi videor audire verba illa celeberrima declamantem ex *epiſt. ad Rom.* 8. 35. ſqq. *Quis ergo nos ſeparabit a caritate Chriſti* &c. *certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque Angeli* &c. *neque creatura alia poterit nos ſeparare a caritate Dei*.

6 *Et ego ipſum Chriſtum filium Dei vivi confiteor ... ego enim paratus ſum* mori pro Chriſti amore.

S. Carponius M. S. Rufi in paſſione ſocius, reſpondens Caſſelliano Proconſuli Judici, eum in prima confeſſione interroganti poſt exceptam a S. Rufo confeſſionem, *numquid & tu Chriſtianus es?* Capuae ſub Diocletiano (ex *Act* Sancti & Socc. ap. Bolland. ad d. 27. Aug. p. 18. n. 3. Hic idem dies ſanctis ſacer.)

Plane tametſi haec Acta Bollandianis parum authentica, vel ſincera jure habeantur; quod tamen unam ſpectat particulam exſcriptam, praeterentem eximiam Martyris caritatem in Chriſtum, ſatis mihi veri ſimilis videtur, profecta unque ex animo, Chriſti amore mirum in

 mo-

modum exardeſcente. Neque vero omnia, quae in Actis apocryphis, aut interpolatis reperias, certo falſa ſunt: quod ſaepe eorundem Actorum Interpretes commonere conſueverunt.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

ܥܒܕܐ ܐܡܪ ܠܗ . ܠܐ ܡܠܟܟ ܘܠܐ ܦܘܩܕܢܘܗܝ ܘܠܐ ܫܘܠܛܢܟ 7
ܘܠܐ ܬܫܢܝܩܝܟ ܘܐܦܠܐ ܕܝܢܝܟ ܡܫܟܚܝܢ ܦܪܫܝܢ ܠܢ ܡܢ ܚܘܒܗ
ܘܪܚܡܬܗ ܕܐܠܗܢ .

Scilicet

Abdas vero: nec tuus iſte Rex (*) *nec ejus mandata, nec poteſtas tua, neque tormenta poterunt ſeparare nos* (**) *a* caritate & amore Dei noſtri.

(*) Sapor II.
(**) Videlicet ſe & alios 39. Martyres, quorum omnium nomine is verba faciebat in quaeſtionibus.

S. Abdas Epiſcopus M. Praetori reſpondens, ei & Sociis ut juſſu Regis ſolem adorarent injungenti; uti *ſupra* in Supplem. ubi *pro Deo creatore*.

8 *Perdis operam, ſi mortiferum fel iſtud noſtris omnibus infundere te poſſe putas*: Deum *quippe* noſtrum amare *ratum nobis, fixumque eſt*.

S. Josephus Presbyter, M. reſpondens Zaruiciati Praefecto, ei & Sociis Acepſimae Epiſcopo, & Aithilahae Diacono acriter exprobranti, quod iniquis Saporis Regis edictis parere detrectarent. In urbe Arbelae &c. uti *ſupra* in Suppl. ubi *pro Deo Uno*. (ex *Act.* Acepſimae & Socc. MM. ap. Acta MM. or. p. 200. §. *Addidit*.)

9 *Interea B. Theodota hunc in modum Deum deprecabatur; obſecro te, Chriſte, ut ſicuti Rabab meretricem & Latronem te confitentes ſuſcepiſti, nec avertiſti miſericordiam tuam ab eis, perinde nec a me clementiam tuam probibeas, quoniam* vere dilexi te Deum verum: *& nunc adcipe ſpiritum meum*.

S. Theodota ex meretrice Martyr, jamjam lapidibus obruenda propter confeſſionem Chriſti, ex ſententia Agrippae Praefecti (ex *Act.* Chald.

Chaldaicis Sanctae ap. Acta MM. occid. p. 224. §. *Poſtremo*. Recole Supplem. ubi *pro Deo omnipotente*.)

E RE·LAPIDARIA.

10 SECVNDVS.ET

♡ VNVS. SCRITVRALI....

AM. CARITATEM IFI....

Romae e ſacris cryptis refoſſus ap. Marangon. in Adpend. ad acta S. Victorini p. 126. olim in S. Mariae Tranſtiberim, eodem Marangon. teſte; modo, ſuſpicor, in Muſeo ſacro Vaticano Benedictino.

Iis antiquiſſimi Tituli ſemeſſis verbis Secundi, cui ſub lapide jacenti idem dicatur, caritatem in Deum vel in proximum propter Deum olim laudari nullus dubito.

11 IN HOC TOMOLO QVIESCIT IN PACE
BONAE MEMORIAE FAMOLA DEI
DOLCITIA SÃNC MORIBVS OPTIMIS
VOLVNTATE DI .... CHARITATE
LARGISSIMA &c. *A. C.* 551.

Viennae Delphin. uti ſupra Tom. V. ubi integrum Epitaphium recitavimus ex Maffeio ad p. 421. quam recolere ne pigeat.

12 FIT CINIS HAC FOSSA MVLIER PRVDENS GENEROSA
GEPPA NITENS SPECIE TEVTONA PROGENIE
LARGA BENIGNA SATIS PECTVS GESTANS PIETATIS
CLEMENS PAVPERIBVS .... IT HOSPITIBVS
QVE FVERAT THALAMIS ....
....

Aquilejae in pavimento Eccleſiae Cathedralis ap. Bertolum de antiquit. Aquilejae n. 494. p. 340.

Quod mos ille carmina, quae vulgo leonina dixerunt, exſarandi, ferme ubique gentium obtinuerit ab VIII. Seculo chriſtiano, ac per plura deinceps, aperte, paſſimque produnt Epitaphia, aliaque Epigrammata ſub ea tempora in ſaxis, alibique deſcripta. Num vero citius alicubi mos ille coeperit, adfirmare non auſim. Laudatus *Bertolus* Epitaphium adfert S. Oſvaldi Nortumbriae Regis fato functi ſub an. 642. hoc leonino diſticho comprehenſum,

Oſval terdenis vixit Rex optimus annis.
Regnavit decem, mox ſubeundo necem.

Quod ſi poſitum id fuerit (quod vulgo creditur in Epitaphiis uſu venire) ipſo emortuali Regis anno, toto adſerere poſſis, morem illum concinnandi leonina carmina ſub Seculum VII. vel inchoaſſe, vel viguiſſe

guiſſe apud Nortumbriam. Nonnihil de hoc argumento praemiſimus *ſupra* ad Tom. IV. p. 47.

13 THEODORA QVE VIXIT .....
....
RESTITIT HAEC MVNDO ....
OPTIMA SERVATRIX LEGIS ...... *A. C.* 382.

Romae, uti ſupra in Tom. V. p. 423. *ubi peregregium Titulum ex integro produximus.*

Quum dicitur Theodora *optima ſervatrix legis* porro, me judice, prae primis intelligenda eſt praedicari optima ſervatrix caritatis theologicae; quippe quae potiſſima pars eſt divinae legis, immo & omnium hujus praeceptorum primum & maximum, ſimulque fundamentum, forma, corona & conſummatio; adeo ut unice abſente caritate, nullius ſanctae legis praecepti Theodora ſervatrix optima celebrari potuerit. Ut enim eleganter, ardenterque declamitat Paullus 1. *Cor.* 13. 2. *ſi habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habuero, nihil ſum; & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil prodeſt*; quae quidem & reliqua, quibus toto hoc capite ſummum caritatis pretium commendat Apoſtolus apud Corinthios, pluribus confirmant ac illuſtrant Patres cum *Baſil. Chryſoſt. Auguſt.* Subinde ibidem Paullus quae propria tibi videantur aliarum virtutum cariſmata ſeu munera, caritati cuncta tribuit: quocirca & *Auguſtin.* l. de nat. & grat. c. ult. omnem juſtitiam, ſeu univerſam mandatorum legis adimpletionem uni duntaxat caritati adſcribere non dubitavit in haec verba, *caritas inchoata, inchoata juſtitia eſt; caritas magna, magna juſtitia eſt; caritas perfecta, perfecta juſtitia eſt*. Ecquis ergo caritate deſtitutus, divinae ſervator legis haberi aut dici queat? Dum itaque Theodora in ſaxo *optima ſervatrix legis* deſcribitur, potiſſimum ac ſummopere ab optima ſeu perfecta caritate commendari debet intelligi.

Huc propterea illuſtrando caritatis dogmati revocandum Andreae Saxum, de eo ſcribens ap. *Murat.* p. 421. 1. NVNQVAM DE MANIBVS TIBI LEX DIVINA RECESSIT; tum illud, quod ap. eumdem *Murat.* p. 1834. 2. de ſepulto ſic loquitur, DIVINA LEGIS IVSSA VERENDA COLENS; illud item, quod ap. *Margarin. p.* VII. 76. ait de Mandroſa, FIDELIS IN XPO EIVS MANDATA RESERVANS, aliaque id genus, quae interdum ſimul in probationem aliorum dogmatum apud noſtras tabulas occurrunt.

14 PANDE TVAS PARADISE FORES ....
ANDREAE MERITVM SVSCIPE PONTIFICIS
CVLTOR JUSTITIAE .....
....
PLENVS AMORE DEI NESCIVIT VIVERE MVNDO
...... *A. C.* 529.

Ca-

Cajetae, uti ſupra in Tom. IV. *p.* 405. *ubi pene integrum habes Titulum ex Murat.*

15 QVIS QVIS. AD. HAEC. SANCTI. FESTINAS. TEMPLA. IOANNIS
OBSECRO. SVBSISTENS. CARMINA. CERNE. MEA
: : : : : : : :
HIC. EVPHIMIAE. REQVIESCVNT. MEMBRA. BENIGNAE
NVRVS. GREGORII. QVAE. DVCIS. ALTA. FVIT
NAMQVE. VIRO. IVNCTA. STEPHANO. DVM. VIXIT. IN. ORBE
SEMPER. AMANDO. DEVM. AD. BONA. PROMPTA. FVIT.
ORPHANVS. ET. PAVPER. HVIVS. SOLAMINE. VIXIT
TRISTIS. ET. AFFLICTVS. COMMODA. SENSIT. OVANS
SEMPER. ERAT. VIGILANS. MEDITANDO. GAVDIA. CHRISTI
QVALITER. IN. COELO. POSSIT. HABERE. LOCVM . . . .

A. C. circ. 918.

Neapoli olim in S. Gregorii Majoris ap. Murat. p. 1864. 6. *in Ughello, e quo itidem integrum exſcripſit Epitaphium.*

Huc advocari poſſunt plerique ex adductis alias lapidibus, in quibus celebrari videris ſepultorum erga proximos caritatem, qua ſpiritalem, qua temporalem; cujuſmodi ſunt Epitaphia EVSEBII ad Tom. IV. p. 404. ENNODII ſuperius p. 58. n. 6. &c.

16 JAQVINTVS * A DEO SANCTIFICATVS IN EPISCOPATI HONOREM CONSECRATVS IN NVMERO APOSTOLORVM VENIT SOCIATVS PLERVMQVE SACRIFICANDO AD LAVDEM
AMATOR FVIT SVPERNAE LEGIS DIVINA SERVANDO PRAECEPTA
SVPER BENIGNITATE DILEXIT CHARITATEM PRAEDICTA
CHARITATE . . . . . .
. . . . . .
HIC NAMQVE VVLTV NOSCITVR FVISSE MIRIFICO ANIMO
DVLCIORI VERBO MELLIFLVO AMORE PROMPTVS VOLVNTATE
HONESTVS IN CHARITATE *&c.* *A. C.* 678.

* *Hyacinthus*

Surrenti olim in altari D. Renati ap. Capacium hiſt. Neapolis. t. 1. *l.* 2. *de Eccleſia Surrentina p.* 525. *ubi integrum profert Epigramma.*

Idem inſuper e Capacianis paginis exſcripſere *Ughellus* in Ital. ſac. t. 6. ubi de Surrentin. Archiep. in Jaquinto §. 10 col. 607. ſq. & *Philipp. Anaſtaſius* Patr. Antiochenus in antiq. Surrent. par. 1. l. 3. p. m. 449. ſq.

Hyacinthus hic IX in ſerie Surrentinorum Epiſcoporum, quam primus poſt laudat. Capacium concinnavit ac in parietibus magnae aulae Ar-

Digitized by Google

Archiepiſcopalis palatii inſcribi curavit *Antonius Petius*, ab Epiſcopatu Polinian.ad SurrentinamEccleſiam adminiſtrandam translatus an.1642., ac deinceps *Ughellus* in Surrentinis Epiſcopis meliore lima perpolire ſategit, notiſque demum chronologicis & criticis citat. *Anaſtas.* (cujus eximias laudes merito concelebrat *Nicol. Coletus* in additione ad citat. *Ughell.* §. 64. col. 628. ſqq.) acrius caſtigatam illuſtravit.

Hic vero poſtremus Auctor ſic in Capacium & Ughellum animadvertit „ Addit Capacius Jaquintum ſubſcripſiſſe Concilio Conſtantinopolitano hoc pacto, *Hiacynthus Epiſcopus Surrentinus provinciae Campaniae*. Eodem modo docet Ughellus ſubſcripſiſſe, additque hoc Concilium fuiſſe Conſtantinopolitanum quartum ſub Agathone Papa anno 680. At nihil horum veritati conſentaneum eſt. „ Quod quidem ſubinde conſpicue evincit; quippe nec Conc. illud Conſtantinopolitanum fuit quartum, ſed tertium, contra Monothelitas coactum; nec Hiacynthus ei ſubſcripſiſſe reperitur, ſed alii quod pro eadem re centum viginti quinque Epiſcoporum interventu Romae Agatho P. celebravit an. 679. cujus exemplar idem Agatho miſit ad Patres C. Conſtantinopolitani pro norma eorum, quae ſtatuenda erant, recitatumque eſt graece verſum pro omnium captu in eo Conc. Act. IV; ibi autem viceſimo ſecundo loco legitur tanquam praecedentis Romani Concilii ſubſcriptor *Hiacynthus humilis Epiſcopus ſanctae Surrentinae eccleſiae Provinciae Campaniae*. Haec certa quidem ſunt ex C. Conſtantinopolitano III. oecumenico VI. apud collectiones CC. *Binii*, *Labbei*, *Harduini* ad Actionem IV. C. Conſtantinopolitani III.

Ceterum Anaſtaſius umbratiles hoſtes, quos feriret, inveniſſe videtur; quandoquidem nec Capacius, nec Ughellus adſerunt Hiacyntum C. Conſtantinopolitano ſubſcripſiſſe, ſed quod is in praefato Concilio *ita ſubſcriptus reperitur*, *Hiaquintus Epiſcopus* &c., ut ait Hughell., aut quod Jaquintus ille eſt, *de quo in Concilio Conſtantinopolitano Hiacynthus* &c. uti habet Capacius: quo ferme ſtilo *Baron.* ad an. 680. loquitur de ſubſcriptionibus Hyacinthi, aliorumque praefati Concilii Romani Epiſcoporum, ubi de C. Conſtantinopolitano III. ſermonem inſtituit. Nihil ergo aliud ex iis Auctoribus extundere poſſis, quam quod ſubſcriptio Hiacynthi reperiatur in actis C. Conſtantinopolitani; minime vero quod haec fuerit ab Hiacyntho, qui Concilio interfuerit, emiſſa.

Quod praeterea eruditiſſimus Ughellus craſſo errore Conſtantinopolitanam illam Synodum dixerit quartam, error eſt ejuſdem Anaſtaſii; nec enim ille in priore, nec in altera Italiae ſacrae editione, ubi de Jaquinto, dixit Concilium illud fuiſſe quartum; ſed utrobique ſextum (ſub romanis numeris VI.) adſeruit cum ceteris quibuſque vel mediocri eruditione tinctis, nempe inter omnia univerſim oecumenica ſextum, quod ex Conſtantinopolitanis oecumenicis tertium fuit. Poterat itaque longaevae ac venerandae aetatis Vir doctiſſimus ab hiſce criticis animadverſionibus abſtinere, quo vires ad alias opportuniores retineret.

17 HOC. QVOD. CERNITIS. DISCITE. QVOD. LVPENVS. EPISC.
COMPSIT. ET. ORNABIT. IN. HAC. ECCLESIA

AMORE. DI. ET. SCORVM. FELICI. ET. PAVLINI
RVFI. LAVRENTI. ET. PATRICI

LVPENVS. EP.

FIERI. PRAECEP.

Nolae olim in antiqua Baſilica S. Felicis in Pincis, modo in nova, quatuor in fragmentis marmoreis tantiſper invicem ſejunctis, ap. Joan. Stephan. Remondinium in hiſtor. Eccleſiae Nolanae t. 1. l. 2. c. 27. p. 518. ſq.

Titulum diſerte exprimentem theologicam Lupeni caritatem ſub *τῷ amore Dei*, tradiderat haud ſatis fideliter ac dilucide *Capacius* proxime laud. l. 2. ubi de Eccl. Nolana p. 892., tum admodum diverſo ordine & confuſiſſimo *Reines.* claſſ. 20. n. 340; itemque, quin fragmenta diſtingueret, nec ſatis fideliter deſcriberet, *Franc. Blanchin.* ad tom. 1. Anaſtas. §. 26. & ex eo *Murat.* p. 1905. 9.; qui praeterea in ſuo lapidario ordine alphabetico pro Lupeno *Lupercum* exhibuit, ac illico ſubnotavit „ Quo tempore floruerit *Lupercus* iſte Nolanus Epiſcopus, vereor ut quiſquam oſtendere nunc poſſit „ Et merito quidem veretur, quum ſinus iſte *Lupercus* nuſpiam Nolanorum Antiſtitum albo adſcriptus fuerit, ipſe quippe deſideratur apud omnes eos catalogos, quos produxit cit. *Remondin.* t. 1. l. 3. p. 664. ſqq. videlicet ex duobus Nolanis MSS. ex Capacio, ex Clementello, ex Ferrario, ex Ughello cum additionibus Coleti, quibus adde poſtremum ab eodem Remondinio concinnatum; atque adeo cunctis ignotus Muratorianus iſte Lupercus. Et vero noſter *Lupenus*, ex cit. *Remondin* ornamentis, quae indicant Inſcriptionis fragmenta, eam decoravit Baſilicam an. 800.

18 EPISC. COMPSIT. ET. ORNABIT. AMORE. DI. ET. SCOR FELICI. ET. PAVLINI.
HOC. QVOD CERNITIS. DISCITE. QVOD. LEO. SOLERTIOR. TERTIVS.

Ibidem ap. cit. Remondin. p. 522.

Habes etiam ſub *τῷ amore Dei* theologicam caritatem hujus Leoni. Nolani Antiſtitis XXIX. qui ſedit ſub an. 700. ex laud. *Remond.* t. 2. l. 15 c. 18 p. 90.

ADEO-

Archipreſbytero, quo nempe uno heic nomine adpellatur Adeodatus, quin aliud ſuppetat ſignum, quod pontificiam ejus dignitatem demonſtret.

Haec vero dubia ſolvere conatur *Papebrochius* in vita Sancti t. 5. Jun. ad diem 27. p. 259. ſq. in haec verba „ ſicut τὸ *indignus* ſatis indicat, ita adhuc viventem curaviſſe de ſe ipſo ſcribi ex chriſtiana humilitate, reliquo lapide vacuo relicto, ut poſtea adſcriberetur tempus vitae ac mortis, ſic nihil prohibet, eundem ... ſibi monumentum iſtud curaviſſe fieri, quum eſſet adhuc presbyter; cui poſtea Epiſcopo defuncto epitaphium pertexturi quidam religioni duxerint ſibi expungere verba, ante Epiſcopatum tanto prius juſſa ſculpi, ac fortaſſis a moriente prohibita immutari; ea tandem addiderint, quae Epiſcopum fuiſſe declararent „ nempe cetera, quae primam Tituli lineam ac periodum excipiunt. Additque, Titulum ipſum, ſibi plane deficientem, in hunc modum emendandum eſſe atque ſupplendum, ex vita ejuſdem Sancti ANTE ORDINATIONEM. IN. PRESBYTERUM. ANNIS. XXX. XX. POST ORDINATIONEM. IN. EPISCOPATV. XXX. A NATIVITATE. LXXX. CONS. LEONE. AVG. V. Haec ille ingenioſe conjectat, ut Epiſcopo Adeodato, ſeu Deodato, ut ipſe vocat cum *Ughello* t. 6. de Nolana Eccleſia §. 10. p. 251., Titulum adtribuat, & ex Titulo ejus confirmet ſanctimoniam cum Epiſcopatu, quam nulli ex catalogis Nolanorum Antiſtitum praeterierunt.

Sed iis tamen conjecturis haud omnes fortaſſe penitus adquieverint. Principio enim cogitata a Papebrochio ut medeatur patenti vulneri, quod ſubſequutis laudum praeconiis τὸ *indignus* infert, fieri quidem potuit ut eo ordine cuncta ſimpliciter evenerint, quod re tamen evenerint, veri parum ſimile videtur, immo rem ſecus & ſecus adcidiſſe facile poſſint praetexere qui diverſum ament propugnare ſyſtema; innuentes e. c. in Titulum poſt obitum Adeodati ex integro concinnatum, uti alia, quae palam obſervantur, nec uſquam emendata, errore marmorarii *indignus* irrepſiſſe pro *dignus*, atque id genus plurima.

Deinde quae Adeodatum Epiſcopum in Marmore declarent, nec Ughellus proxime laudatus, nec alii plerique Critici viderunt, nec ipſe quidem video: nec, quod caput eſt, ea vidit, poſtremo loco adductus, Papebrochianae conjectationis lubens adſectator Remondinius; quippe qui ut iſtam probet, teneatque, non ad illa confugit, ſed ad vitam S. Epiſcopi Adeodati in quodam mſ. codice Beneventano, cui, inquit, noſtri Marmoris Inſcriptionem valde conſonam eſſe. Et nihil quidem in Marmore repereris, quod privato cuipiam, ac virtutibus conſpicuo Sacerdoti Archipreſbytero proprie, adpoſiteque nequeat adſcribi. Nec me plane movet, miſſis aliis, τὸ SEDET. SACERDOTALI. ORDINE; quippe *ſedet* adtribuebatur olim cuicumque ordini, ſacerdotali Ordini adnumerato, aut eccleſiaſtica dignitate fulgenti, ac prae primis Archipreſbyteratu; ut argumento eſt Lapis ille recitatus a *Remondin.* t. 1. l. 1. c. 47. p. 280. n. 148. in quo haec legimus,

HIC. REQVIESCIT. IN. PA CE
JE· ſu COMITIOLVS. ARCHIPR.
BEATE. MARINE. MART. QVI. TEM
PORIBVS. SVIS. OMNIA. FECIT. ET
OMNIA. CONFORTABIT in ecc.
LESIA. AHC. BEATI. PETRI et mar
IE. POST. ANNOS. C. EDIFIC ata
ET. SEDIT. ANN. XXX. ET. BIXIT
ANN. XXXXXXXXX. D. EST. DIE.
. . . .

Ominari demum voluit Papebrochius, quum ea indicavit emendanda, ſupplendave eſſe, quaſi olim in genuino Marmore contenta. Siquidem *Remondin.* qui iſtud prae oculis & manibus habuit, etiam atque etiam teſtatur, illud hucuſque integerrimum adſervari, nec in eo unum quidpiam, praeter deſcriptos ſupra, caracterem legi, nec cujuſpiam liturae olim adjectae umbram animadverti. Quae igitur ipſe adpetteret, cogitavit hic ſummus vir, non quae re Marmor uſpiam adtulerit. Maneat ergo, dum ulteriora non eluceant documenta, Titulum noſtrum ad alterum Adeodatum perantiquum, probiſſimumque Nolanae Eccleſiae Archipresbyterum pertinere. Num vero Adeodatus idem primam lineam, ac reliquum deinceps Lapidis, eo vita functo, aliena manus exſaraverit, aut ſecus res evenerit, dubium eſto.

Accedant jam vero conſpicua caritatis Symbola apud priſcos Chriſticolas uſitatiſſima, uti vulgatiſſimo adſenſu diſputant ſacrae vetuſtatis cultores cum *Aringh.* t.2. l.6. capp.35. 44. Haec autem in frequentibus Columbae, ac Oleae typis ſita ſunt; adſtipulantibus quidem quantum ad Columbam *Auguſtino* in lib.qq. evang. in Matth. in expoſit. Pſal. 54. & alias, *Origene* hom. 38. ſup. Luc. *Chryſoſt.* hom. 4. in cap. 3. Matth. *Hieron.* ſup. cap. 21. Matt., quantum deinde ad Oleam *Tertull.* lib. de baptiſm. *Orig.* hom. 13. in Levit. *Auguſt.* tr. 6. in cap. 1. Joann. *Gregor.* M. hom. 20. in Evangel.

Monimenta itaque ſacra, quae Columbam in typum caritatis, ex mente ſuorum Auctorum, ut pie remur, praeferunt, primum producimus aut indicamus; atque haec deinceps excipient, quae oleam repraeſentant. Ducet vero agmen ſepulcralis ille Titulus, qui typum utrumque mirifice connexuit.

20 

BENEMERENTI FILIO CAL
PVRNIO PARENTES
FECERVNT
QVI VIXIT ANN. V. M. VIII.
D. X. DECESSIT IN PACE
XIIII. KAL. IVN.

Romae olim ap. Martium Mileſium, teſte Aringh. t.2. l.6. c.44. n.2. p.644.

Porro quod Columbae ſub praeclaro iſto emblemate puelli Calpurnii innocentiam & ſimplicitatem haud obſcure deſignent, diffiteri nemo auſit; quandoquidem eas dotes ſub typo columbae perſpicue depictas agnoverunt plerique Patrum; columba ſiquidem ex *Tertull.* de bapt. c. 8. „ animal eſt ſimplicitatis & innocentiae „ & ex *Cyp.* de unit. Eccl. c. 6. „ ſimplex & laetum eſt animal, non felle amarum, non morſibus ſaevum, non unguium laceratione violentum „ ac *Paullin.* inter alia carmina, quibus S. Felicis Baſilicam exornavit, haec cecinit,

Quaeque ſuper ſignum reſident coeleſte Columbae
Simplicibus produnt regna patere Dei.

Quocirca *Auguſtin.* in illud Matthaei 10. *eſtote ſimplices ſicut columbae*, ſic diſſerit „ ſimplices autem ſicut columbas eſſe voluit (*Dominus*) ad nulli nocendum; nam hoc genus avis nullum omnino animalium necat. „

Verum enim vero pariter, ſi audias laud. *Cypr.* „ haec eſt in Eccleſia noſcenda ſimplicitas, haec caritas obtinenda, ut columbas dilectio fraternitatis operetur „ ſi deinde *Chryſoſtomum* auſcultes hom in Matth. „ ideo a Spiritu ſancto ſpecies columbae ſuſcepta eſt, quoniam prae omnibus animantibus haec cultrix eſt caritatis „ ſi demum *Auguſtini* in Pſal. 54. ſententiam amplectaris „ columba a moleſtiis quaerit avolationem, ſed non amittit dilectionem; columba enim pro ſigno dilectionis ponitur. „

Igitur ſecundum ſenſa iſtorum Patrum, quae primaevi fideles, perpetua Doctorum catecheſi imbuti, optime norant, haud minus ipſi caritatem quam innocentiam ſub typo columbae exprimi intenderunt; immo potiſſimum caritatem in noſtro Lapide, atque in pleriſque ſimilibus;

bus; parva enim Calpurnio laus eſſet a tenera innocentia, maxima vero a theologica earitate ſub hoc columbarum typo commendari. Siquidem puerilis innocentia, quae naturam non ſuperat, nec ſuperna caritate formata eſt, chriſtiano utique homini, paganoque communis, levioris quidem momenti res eſt, parvique aut minimi a ſuperno Conditore, ſuaque ſponſa Eccleſia penditur; quippe quae ad ſalutem nihilo confert: dum contra caritas, ſeu innocentia formata vel inſtructa caritate in regeneratis magni ponderis eſt, ac dos porro auguſtiſſima, quam ſupernus Auctor unice amat, Eccleſia Chriſti depraedicat, cunctique Coelites reverentur, quam nempe Redemtor Chriſtus Jeſus ſuo nobis ſanguine comparavit, ſanctoque Lavacro ablutis addixit.

Ex iis autem, quae Majoribus noſtris, & ſignanter parentibus Calpurnii ſatis perſpecta fuiſſe nullus dubito, ceu veriſimillimum colligo, eos ſub typo columbarum coram ſacro Chriſti monogrammate intendiſſe prae primis celebrare ſui Calpurnii caritatem a Chriſto Redemtore per baptiſmum adcepta, aut ſi mavis, baptiſmalem Innocentia, cui totum a ſuperna caritate, qua informatur, pretium eſt. Id ipſum me ſentire putato erga myſticum ſenſum, quem praefert proximus Lapis, hinc inde columbis ad radices ignotarum arborum exornatus.

21



CRITESI BENEMERENTI QVI
VIXIT ANNIS VIII. MENSES VIII.
INNOCENTIAE IPSIVS FECERVNT
PARENTES IN PACE



Romae olim apud Cardinal. Ginettum, eodem teſte laud. Aringh. p. 608.

HIC T. HO. RIBIVS

22



IN PACE QVIISCIT

Ambianis detectus eſt veterrimus Titulus an. 1698. *ineunte in ſuburbana S. Acheoli Martyris baſilica ap Mabillon. in epiſt. de cultu SS. ignotorum p.* 93. *&* 97.

Huic alium haud inferioris aetatis praemittit ibidem *Mabillon.* praeferentem inferne ſignum crucis in medio duarum hinc inde columbarum, quae volumen expanſum roſtro perferre videntur. Quia tamen obſcuriſſima Lapidis Inſcriptio eſt, eam praetermittere cogimur.

Flo-

23



Florentiae olim in Oratorio, S. Romano Martyri ſacro, Nob. Joannis Giraldi ap. Gorium in antiq. Inſcript. par. 3 p. 356.

Corpus hujus Romani, in eodem Oratorio adſervatum, an. 1668. eductum eſt e Romano Cyriacae coemeterio, uti narrat ibidem *Gorius*; & una cum eo, reor, effoſus hic perantiquus Lapis ſepulcralis ipſi dicatus. Romani Martyrium oſtendit ſanguineum vaſculum, quod pone caput ejuſdem Sancti conditum ſpectatur, ipſius olim tumulo ſine dubio adfixum. Ulteriora vero de ipſo Martyre documenta apud eccleſiaſticas tabulas, ni fallor, fruſtra quaeſieris.

Complura unus hic Titulus chriſtiana praefert, cumulatque ſymbola, quae multos diviſe Lapides paſſim exornant apud collectores chriſtianarum Inſcriptionum. Porro Malleum, aut Aſciam, Anchoram, Uvae botrum, ceu ſymbola myſticis foeta ſignificatibus, ut in pleriſque aliis, in noſtra tabula lubens perſpicio, pluriesque recolo: prae ceteris vero mihi quam merito eminet & commendatur Columba expanſis alis ramuſculo oleagino inſiſtens, ceu eximiae caritatis theologicae ſacer typus. Quae ſiquidem prae Martyrio ſublimior caritas? Aut quis eo ardentius, digniusque Deum diligit, qui pro Deo peracerba ſubſtinet tormenta, & vitam profundit? Aptior ergo & congruentior Martyri cuiquam demonſtrando, commendandoque typus Columba eſt.

Hac procul dubio de cauſſa Tituli complurimi eorum, qui ex adjecto olim loculis ſanguineo vaſculo vere Martyres Eruditis vulgo probantur, Columbae ſigillum, decuſque praeferunt. Sic enim ap. *Boldett.* in obſervat. Titulus FAVSTINAE p. 343. FELICISSIMAE p. 341. MARCIAE p. 345. FORTVNULAE p. 349. ANASTASII p. 363. SERENILLAE p. 365. CANDIAE p. 366. VRBICAE p. 368. RENNIAE p. 370. DOROTHEI p. 372. MARCELLAE p. 374. MAXIMI JUNIORIS p. 375. STERCORIS p. 377. CYRIACETIS p. 402. CAESONII p. 459. VICTORINI p. 494. tum ap. *Marangon* in adpend ad Acta S. Victorini Tituli DIANESIS p. 89. LEONINAE p. 90. PASCASAE p. 98. LAEAE p. 99. BIVENTII p. 116 VRSINI p. 121. ut plures mittam, quos ſparſim efferunt *Aringh.* & *Murat.* Et haec illuſtrando argumento e typo columbarum ſufficiant. Ad typum alterum Oleae gradum facimus.

IV.

24  A M A N T I A D VL CIS  E V S T A T H I DVL CIS 

IVNIA . FURNIA . CONIVX

AVRELIVS . HELIPIDDPHERVS

MARITVS

Romae olim in coemeterio Calliſti ap. Murat. p. 1894. 5. ex Boldetto.

Vides heic in corona & vaſculis certa Martyrii ſigna ; ac in oleagino ramo certam eximiamque Martyris caritatem .

Huic adde Lapidem MEMORII , praeferentem una cum adſignato vaſculo coronam oleaginam ap. cit. *Murat*. p. 1890. 2. ex eodem Boldetto : rum alios ex mox indicatis , in quibus & vaſculum depingitur & columba roſtro fert oleaginum ramuſculum : videlicet in Lapidibus FORTUNVLAE , ANASTASII , RENNIAE , DOROTHEI , DIANESIS , PASCASI . Laudandum ſane veterum chriſtianorum conſilium , quo nempe ut ſummam Martyrum erga Deum caritatem demonſtrarent poſteris , gemina in epitaphiis caritatis ſymbola inſcribi curarunt .

Porro idem aut ſimilis ſub oleagino ramo typus in Titulis aliis , Martyrii indicium non praeferentibus , ſaepiſſime occurrit ap. copioſiores chriſtianorum Lapidum collectores , ut puta *Aringh. Boldett. Marangon. Murator.* qui conſuli poſſunt . Nobis perplurium inſtar hic unus eſto .

25 PVBLIANUS LEAE COI

VGI BENEMERENTI

POSUIT



Romae olim e coemeterio Cyriacae effoſſus ap. laud. Boldet. p. 408.

E RE LITURGICA.

26 *Largire quæſumus Domine famulis tuis ... Caritatis augmentum ; ut qui de Nativitate Domini noſtri tui Filii gloriantur .....*

E SACRAMENTAR. VULGO LEONIANO IN ULTIMA ORATIONE MISSAE PRIMAE DE NATALI DOMINI VIII. KALENDAS JANUARII, SEU 25. DECEMBRIS (ap *Murat.* de liturg. romana vet. t. 1. col. 468.)

Duo heinc potiſſima doctrinae capita palam ediſcimus erga theologicam caritatem, de qua adlatum documentum ſermonem inſtituit. Primum videlicet quod ea ſit ſupernum atque coeleſte quoddam donum qualibet naturae vires facile ſuperans; quippe cujus Deus qua gratiae ſupernus Auctor largitor eſt. Alterum vero, quod caritas augmentum patiatur ex praemiſſis *ſuperius* ad Tom. V. p. 390. n. 467. & p. 406. n. 516. Hoc autem tanti pretii ſupernae caritatis incrementum adpoſite Dominum deprecatur Oratio pro ſancta Eccleſia, adrepta, propoſitaque occaſione a Nativitate Filii ſui Chriſti Jeſu, ceu praeclariſſimo Dei erga homines caritatis argumento, qua nempe *ſic Deus dilexit mundum, ut Filium ſuum unigenitum daret* ex *Joan.* 3. 16.

Quid jam vero (ſi libeat liturgicam hiſtoriam tantiſper percurrere) celebritas Natalitii Domini in hac perantiqua Miſſa diei vigeſimae quintae Decembris adfigitur? Quia nempe (tametſi primus auctor celebritatis ad hunc diem adfixae omnino neſciatur) jam a priſcis temporibus hic mos obtinuerat in romana eccleſia, quod ſibi perſuaſum haberet, eo die Chriſtum Dominum a Matre Virgine in lucem editum fuiſſe. Et in pervetuſto quidem Kalendario Bucheriano, quod ad Seculum IV. medium vulgo refertur, ap. *Bucher.* de doctr. temp. p. m. 267. ſic notatur ad eum diem, *Octavo Kal. Januarias natus Chriſtus in Bethleem Judae*: quod autem Kalendarium illud ad romanam eccleſiam adtinuerit, Eruditorum nullus in dubium vertit.

Secus porro Eccleſiae Orientales multo pridem ſenſerant; teſte ſiquidem *Clem. Alex.* ſtrom. l. 1. p. m. 340. edit. ſecundae, putabant aliquae, natum eſſe Servatorem noſtrum die 25. *πάχων*, id eſt 20. Maji, aliae vero 24. vel 25. Pharmuthi, ſeu 20. aut 21. Aprilis: eaſque opiniones Joſ. Scaliger, Sethus Calviſius, Henric. Wolphius, Hoſpinianus, Samuel Baſnagius e Proteſtantium grege non ita pridem, neſcio qua futili perducti conjectura, inſtaurarunt. Quin etiam apud Aegyptios, quos ſequutus eſt *Epiphanius*, ipſo teſte haer. 51. n. 24., invaluit opinio, quod editus ſit Chriſtus die 11. Tybi, nempe 6. Januarii, uti fert *Caſſian.* collat. 10. cap. 2. Graeci vero aut ſerius feſtum diem Natalis Domini celebrare coeperunt, vel alium huic adſignarunt diem a 25. Decembris, uti colligere mihi videor ex *Chryſoſt.* hom. 31. alias 33. Quocirca & apud laudatas Eccleſias is dies Natali Domini ſacer erat, quem exiſtimabant ipſius re natalitium fuiſſe.

Ceterum apud Eccleſiam Africanam & Occidentales reliquas jam ab aevo antiquiſſimo eadem fuit cum romana opinio, idemque ritus illigandi feſtum Natalis Domini ad diem 25. Decembris; ac eundem denique Roma tranſmiſſum amplexi ſunt Graeci, vel fortaſſe primum Cappadoces, ex iis, quae narrant *Nazianz.* orat. 38. & 41. ac *Nyſſen.* orat. de Baſil. & de feſto in ſancta lumina; aut Antiocheni, auctore vel

Digitized by Google

vel potius promotore *Chryſoſtomo* mox cit. Indeque adpoſite concludere licuit *Baronio* in adpar. ad annal. n. 121. aliis, quas innuimus, de die Natalis Domini rejectis adſertionibus, quod *tam Latinorum, quam Graecorum Eccleſiae pari conſenſione in eam conveniunt ſententiam, ut Redemtor noſter ſit natus vigeſima quinta menſis Decembris*. Eam quippe tenent & conjecturis illuſtrant cit. *Chryſoſt.* & *Auguſtin.* epiſt. olim 119. & in Pſal. 132. & de Trinit. l. 4. c. 5. tum vulgo noſtrates *Liturgiographi* cum *Gul. Duran.* l. 6. c. 43. nn. 2. 3. *Florentin.* de vet. mart. ad d. 25. Dec. exſercit. 2. p. 198. ſqq. *Thomaſin.* de feſt. l. 2. c. 6. *Marten.* de antiq. Eccl. diſcipl. cap. 12. *Bened.* P. XIV. de feſt. l. 1. c. 17. n. 45. *Serryo* in exſercitat. de Chriſto ejuſque Virg. Matre, exſercit. 31. n. 3. *Honor. a S. Maria* in regulas & uſum critices t. 2. l. 3. diſſ. 2. art. 1. *Baillet.* de Sanct. t. 3. ad d. 25. Dec. §. 2. *Grancolas.* in breviar. rom. l. 2. c. 14.

Conſtantem hanc romanae eccleſiae opinionem ritu probatam rurſum confirmat laud. *Chryſoſt.* quod *multo ante & ex antiqua traditione* apud eam ipſa obtinuerit; tum exinde quod Chriſti natalis dies facile reſciri Romae potuerit ex publicis tabulis cenſualibus primae deſcriptionis factae in Judaea a Praeſide Cyriae Cyrino, ex edicto Caeſaris Auguſti, quam enarrat *S. Luc.* 2. 1. ſqq.

Et vero quouſque ab aetate tum ad Antiochenos concionantis Chryſoſtomi retro protendatur ea antiqua traditio, ac τὸ *multo ante*, quis veriſimili opinione adſerat, niſi ad Bucherianum provocet Kalendarium, quo, ni fallor, antiquius nullum hucuſque eluxit? Voluerunt nonnulli, quibus adhaeſiſſe videtur cit. *Florent.* p. 199. inſtitutorem Natalitii feſti ſub d. 25. Decembris Julium P. I. qui ſedit ab an. 337. ad 354. freti nimirum epiſtola quadam Joannis Archiepiſcopi Nicaeni de die Chriſti Natali, quam *Combefiſius* e graeco in latinum ſermonem converſam edidit, notiſque illuſtravit in Auctar. Patrum t. 2. p. 297. Eam tamen uti notham explodunt Eruditi cum eodem *Combefiſ. Franc. Pagio* in breviar. in Julio P. n. 13. *Serryo* cit. p. 215. *Bened.* XIV. cit. l. 1. c. 17. n. 64.

Quin immo Liturgici nuper laudati hanc opinionem de Julio inſtitutore aegre ferunt, quod firmiſſime teneant, ejuſmodi inſtitutionem eſſe Julio longe vetuſtiorem: quo tamen firmo documento ducti? nullum hucuſque reperire contigit, Una quidem illorum vox eſt, Romanos cum ritum & ſenſum de Natali Chriſti die 25. Dec. ex vetuſtiſſima traditione didiciſſe: undenam vero probetur haec traditio ante Bucherianum Kalendarium, quod in Depoſitione Epiſcoporum poſtremo loco Julium profert, nullus quem viderim, indicavit. Potuit quidem ea traditio a Seculo III. vel a II. vel etiam ab exordio naſcentis Eccleſiae deſcendiſſe; quod autem inde re deſcenderit, minime liquet; atque adeo, me judice, nec adſeri poteſt. Recurrunt aliqui ad Conſtitutiones apoſtolicas, quae l. 5. c. 13. feſtum Natalis Domini die 25. Dec. celebrandum praeſcribunt; earum vero parens Pſeudo-Clemens probabili argumento ſub III. Seculum inclarebat. Ceterum praeceptum il-

Google

illud adjici debuit poſt aetatem Epiphanii & Chryſoſtomi; quis enim tute dixerit illud ab iis ſanctis Doctoribus neſciri, aut ſcienter non obſervari, quod apoſtolicae conſtitutionis nomen praeferret & crederetur? Ac notum plane eſt, antiqua ritualia novis ac pene quotidianis adceſſionibus adcreviſſe.

Quod ſpectat publicas Romae tabulas cenſuales, quas indicavit *Chryſoſtomus*, eas profecto aetate ſua Romae patenter exſtare, ipſos romanos gentiles admonuit *Juſtin.* in apol. 1. ad Antoninum Pium, n. 34. in haec verba „ eſt autem vicus quidam in terra Judaeorum ſtadiis triginta quinque Hieroſolymis diſtans, ubi natus eſt Jeſus Chriſtus, quemadmodum & ex deſcriptionibus cenſus diſcere poteſtis, quae ſub Cyrenio, primo veſtro in Judaea Praeſide, confectae ſunt „ Eaſdem itidem ſuo aevo Romae perſtitiſſe Marcionem docuit *Tertullianus* in Marcion. l. 4. c. 7. ſub medium, ubi de Chriſto, qui palam jam venerat, ſic diſſerit „ quomodo in ſynagogam potuit admitti tam repentinus, tam ignotus, cujus nemo adhuc certus de tribu, de populo, de domo, de cenſu denique Auguſti, quem teſtem fideliſſimum Dominicae Nativitatis romana archiva cuſtodiunt? „ Hiſque deinceps ſimilia protulit in eodem lib. c. 19. ferme ſub fin. inquiens pro teſtimonio Chriſti olim enati „ ſed & cenſus conſtat actos ſub Auguſto nunc in Judaeam per Sentium Saturninum (quid *Saturninum* dicat, non *Cyrinum* ſicuti *Lucas* 2. 1. alii diſputant cum *Pamel.* in nota 276. in hunc locum Tertull. *Valeſio* in Euſeb. hiſt. l. 1. c. 5. *Benedict.* XIV. de feſt. l. 1. c. 17. a n. 4. quos conſule ſis) apud quos genus ejus inquirere potuiſſent. „ Verum itaque tenet quod cit. *Chryſoſt.* Antiochenis ſuggerebat, addens „ ex his liquet (Chriſtum) deſcriptionis primae tempore natum eſſe: & cui veteres hiſtoriarum codices, qui Romae publice adſervantur, lectitare libeat, perfacile etiam tempus hujuſce deſcriptionis adcurate diſcere potuerit „ Potiore autem jure poterant haec Romani ex ipſis codicibus, ſeu tabulis ediſcere.

Reſtat nihiloſecius haud leve dubium. Num ſcilicet cenſuales illae tabulae referrent duntaxat deſcriptorum tribum, genus, patriam & nomen, quod innuere videtur laudat. *Tertullian.* num etiam ſignanter aetatem aut natalitium eorumdem diem? Quod ſi iſtum expreſſe non retulerint, etſi tempus generatim deſcriptionis, & cetera, quae diximus, adnotarent, minime poſſet exinde certo concludi cujuſpiam in cenſu deſcripti vera aetas, aut fixus indubiuſque natalitius dies; atque adeo nec Chriſti Domini.

Quod ſi in finem & conſilium ejus deſcriptionis aut cenſus inquiramus apud ſapientes, adcuratoſque Scriptores, ajunt nonnulli, eum non alia de cauſſa indictum ab Caeſare Auguſto, quam ut numerus conſtaret hominum, qui ſub ejuſdem poteſtate eſſent; alii vero, quibus adhaeret *Maldonat.* in Luc. 2. 1., tributi cauſſam haud immerito adjiciunt, ut nempe in ſingula romani Imperii capita vectigal aliquod certum imponeretur, quod Jureconſulti capitationem vocant. (Plu-

ra in hanc rem *Maldon.* ibid. *Bineus* tr. de Natali Jeſu Chriſti l. 1. c. 3. *Barthol. Chriſtian. Richardus* diſſ. de cenſu Auguſti univerſe indicto ap. theſaur. diſſertat. in nov. teſt. t. 2. & vulgo ſacri *Interpretes* in Luc. 2. 1.) Ex nullo tamen horum capitum poſſit quis ſapienter inferre, in tabulis cenſus fixam & certam deſcriptorum aetatem, ſeu natalitium diem etiam tum adnotari.

Quid? quod nec *S. Leo* P. I. in x. quos ad populum habuit de Natali Domini ſermonibus, nec alius, quem viderim, ex antiquis Romanis, vel utcumque Italis Scriptoribus in confirmationem hujus, quam diſcutimus, opinionis, poſt Tertullianum ad praefatas tabulas provocat; vel quod ipſae paullo deinceps perierint, aut prorſus latuerint, vel quod ex ipſis nullum liceret ſatis firmum deducere teſtimonium. Nullum itaque habemus conſtans documentum, Bucheriano Kalendario vetuſtius pro vetuſtiore traditione ſententiae de Natali Domini ſub d. 25. Dec. quam tanto adſenſu, plauſu ac pietate utraque Eccleſia recepit, receptamque retinuit. Ex quibus cuipiam deducere tandem liceat, eam ſententiam ſic receptam magna quidem gaudere auctoritate ac veriſimilitudine; donec vero ulteriora adfulgeant documenta, veram & certam eſſe minime; quidquid *Wilhelm. Langius* ap. cit. *Bened.* XIV. n. 45., in tr. de annis Chriſti p. 357., parum ut ſuſpicor aut nihil criticen curans, haec adſerere non dubitarit „ veriſimilis Romanorum opinio eſt, qui vigeſima quinta Decembris natum Servatorem prodidere: immo non veriſimilis eſt, ſed vera „. Mitto heic ſingularem *Suarezii* t. 1. de relig. l. 2. c. 5. n. 6. & *Gretſeri* de feſtis l. 1. c. 29. opinionem, tenentem, feſtum Natalis Domini, quod ejus initium ignoretur, apoſtolicum eſſe. *Feſtum* quippe *Gretſerus* inquit, *cujus origo neſcitur, nec per generalia Concilia inſtitutum eſt, id rectiſſime ad Apoſtolos auctores revocatur juxta S. Auguſti regulam*. Et vero regula haec auguſtiniana apud Eruditos ſolum obtinet erga dogmata fidei, quae ſola traditione conſtant, minime vero erga facta mere hiſtorica, fidem nihilo ſpectantia. Cetera quaeſtionem iſtam concernentia ap. praelaudatos Auctores conſulito.

27 ... *Deus da nobis fidei, ſpei & caritatis augmentum, & ut mereamur aſſequi quod promittis, fac nos amare quod praecipis* ...

28 *Deus, qui plenitudinem mandatorum in tua & proximi dilectione poſuiſti: hanc nobis gratiam largire propitius; ut quia in multis offendimus, tua caritas abundet in nobis: per quam peccata mundantur* ...

EX EODEM SACRAMENTAR. IN ORATIONIBUS ET PRECIBUS DIURNIS §. XXXIII. (ap. eundem *Murat.* col. 374.) Rur-

Rurſum heic in prima oratione habemus doctrinam de augmento caritatis, tanquam de dono ſupercoeleſti, quod ab Auctore duntaxat ſuperno effluere poteſt, nobiſque erogari. In altera vero dogmaticum occurrit compendium totius de theologica caritate doctrinae, quam divinus Praeceptor ac Legislator Chriſtus a Phariſaeo legis doctore dolo tentatus hiſce verbis expoſuit ex *Matth.* 22. 37. ſqq. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua & in tota mente tua: hoc eſt maximum & primum mandatum. Secundum autem ſimile eſt huic, diliges proximum tuum ſicut te ipſum: in his duobus mandatis univerſa lex pendet & prophetae.* Eadem praeterea oratione dogmatice docemur, caritate peccata mundari omnia, quoniam ex 1. *Petr.* 4. 8. *caritas operit multitudinem peccatorum*; pugnat enim cum peccato caritas, ipſumque devincit atque profligat; quis enim animum Deo caritate gratiſſimum ſimulque ingratiſſimum peccato, monſtro ſimile ſibi effingere ſufficiat? En tibi Eccleſiae ſenſa erga donum caritatis apud Liturgicum noſtrum codicem jamdiu expreſſa.

29 *Deus qui diligentibus te facis cuncta prodeſſe; da cordibus noſtris inviolabilem caritatis effectum, ut deſideria ...*

EX LIB. III. SACRAMENTOR. ROMANAE ECCLESIAE IN PRIMA ORATIONE MISSAE PRO CARITATE NUM. XXG. (ap. *Thomaſ.* t. 6. p. 182. col. 1. edit. Vezzoſ.)

Adludit Codex ad ea peregregii caritatis panegyriſtae Paulli verba ad *Roman.* 8. 28. *ſcimus autem quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum iis, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti*: quibus videlicet haec intendit adſerere Paullus, interprete *Alapide* in hunc locum „ diligentibus Deum & viciſſim dilectis a Deo, utpote vocatis a Deo ad fidem & dilectionem ex benevoli cordis propoſito, omnia Deo dirigente ad ſuorum dilectorum commodum cooperantur in bonum „. Ecquid autem Deus ſuapte natura ſummum bonum, ſummeque diligens caritate theologica diligentes ſe, eis proſperum non efficiat?

Haec ſane prima omnium Miſſa ſub expreſſo titulo *pro caritate* conſcripta, quam in vetuſtioribus codicibus liturgicis mihi reperiſſe videor. Putaverit fortaſſe quiſpiam, antiquiores proxime adlati documenti orationes ad Miſſam pariter antiquiorem pro caritate adtinere, tametſi exſcriptoris incuria, vel alia de cauſſa eum titulum non praeferat; quemadmodum in eodem codice Leoniano aliae ſub adjectis numeris ſparſim occurrunt orationes, ſpectantes abſque dubio Miſſas de aliis id genus documentis, etiam praetermiſſa titulorum inſcriptione; e.c. pro tempore belli, infirmitatis, tribulationis; ad obtinendum a Domino virtutes in genere, ac ſingillatim remiſſionem peccatorum, divinam gratiam, cordis tranquillitatem, in via Domini perſeverantiam, Spiritus ſancti dona &c.

Ceterum, ut mittam reliqua, quod indicatas e Leoniano codice orationes ſpectat, eas cenſeo veriſimilius ordinatas ad conſtituendam Miſſam pro impetrandis generatim a Deo virtutibus theologicis fidei, ſpei, caritatis, quod perſpicue oratio prima, quam nuper produximus, demonſtrare videtur; non autem pro impetranda ſpeciatim caritate; nec ulterius, ni fallor, unam aliam in idem argumentum Miſſam in praefato codice repereris. Haec itaque ex iis quas novimus prima & vetuſtior ſit e Gelaſiano Codice Miſſa *pro caritate* a Domino impetranda, quae una cum ſequenti, ex eodem codice proxime ſubnotanda, norma fuerit ad alias id genus piiſſimo ſtilo concinnandas; quas nempe hodierno more *Miſſas votivas* nuncupamus. Recentiores quippe *pro caritate* impetranda Miſſas habemus: e. c. ap. libr. Sacramentorum, quem *Pamel.* fretus auctoritate *Micrologi* c. 60. Alcuino tribuit, adfertque in liturgicon lib. 2. p. 528. tum aliam quam ex mſ. codice citavit eruditiſſimus *Cornel. Schultingius* in biblioth. eccleſ. de ſacris ritib. t. 3. par. 2. p. 156. n. 39. illam denique quam *Guyetus* e S. J. de ritib. l. 4. c. 21. quaeſt. 2. inveniſſe refert inter alias circiter 40. Miſſas votivas in mſ. Rituali romano anni 1497. His ergo, ſimilibuſque de hocce argumento contexendis Miſſa Gelaſiani codicis normam dedit; eſto perplurimis aliis, quas nuper innuimus, ac modo Miſſas votivas dicimus, Leonianus codex primum omnium exemplar obtulerit: nec vetuſtiorem quidem earumdem Miſſarum originem ipſe reperi.

Porro Miſſae hodierno nomine, quae nempe non ex praeſcripto Eccleſiae officio diei reſpondent, ſed ad nutum ſacerdotis, prout expetit devotio, aut neceſſitas, celebrantur, in duplici differentia olim erant; aliquae ſiquidem certae erant, ſeu certis adfixae diebus, ut quas dicitur a cit. *Microl.* concinnaſſe Alcuinus, puta die dominico de S. Trinitate ſeu de gratia S. Spiritus poſtulanda; feria II. pro peccatis, aut pro petitione lacrymarum, & cetera, quae proſequitur *Pamel.* citat. exponitque leviter *Vicecomes* de antiq. Miſſ. ritib. l. 3. c. 15. ſqq; aliae autem vagae, ſeu per omnes dies vagabantur, nullo eis praeſtituto die; ac iſtae quidem multiplicis generis erant ac nominis, e. c. pro iter agentibus. ad poſcendam pluviam aut ſerenitatem poſt tempeſtatem & fulgura &c. Ejuſmodi Miſſae fere apud ſingulas quaſque eccleſias frequentes erant. Quindecim ſupra centum e Miſſalibus diverſarum eccleſiarum collegit cit. *Schulting.* t. 3. par. 1. a p. 68. & alias inſuper eodem t. par. 2. a p. 190. Quadraginta circiter perlegit cit. *Guyet.* ap. Rituale roman. Nonnullas cum commentariis delibat laud. *Vicecom.* l. 3. a cap. 22. Pleraſque in pervetuſto libro Sacramentor. Reginae Suecorum ſe legiſſe teſtatur *Bona* rer. liturg. l. 1. c. 15. §. 3. Nunc vero Miſſae votivae in Miſſali romano XXI. numerantur.

De Miſſis votivis praeter nuper laudatos agunt *Marten.* de antiq. Monach. rit. p. 216. *Merat.* in Gavant. t. 1. in obſervation. praelim. n. 56. *Macrus* & *Cangius* art *Miſſa votiva*. Tum *Quartus* in rubr. Miſ par. 1 tit. 4. *Grancolas* de vet. ſacramentar. eccleſiae t. 2. par. 1. p. 433. ſqq. Ejuſmodi

Digitized by Google

di vero Miſſas habes apud antiqua *Sacramentaria* ferme omnia.

Si de nomine *Miſſæ votiva* quaeras, fortaſſe ipſum dici poſſit pervetuſtum. Quia enim *Conſtantius* Presbyter, qui floruit ſub an. 470. in vita S. Germani Epiſc. Autiſiodorenſis l. 1. c. 16 haec habet, *ſancti Epiſcopi Peregrinus & Amator priuſquam a ſe diſcedant, miſſas ſunt votivas celebraturi*. Ita qui eandem vitam exſcripſerunt ubi de S Germano ad diem 31. Julii *Surius* & *Bollandiani* n. 25. p. 207. e mſ. Chiffleti. Vereor tamen ne illud nomen eodem tum gauderet ſignificatu, quo nunc donatur, ſed deſignaſſe tantummodo miſſas quaslibet ex voto, deſiderio, aut pietate illorum Sanctorum celebrandas. Neque vero illud nomen, quod ſciam, ad ſenſum hodiernum niſi in recentioribus paginis exſcriptum deprehenderis; ac fortaſſe primus omnium illud uſurpavit *Grimoldus* Abbas in Sacramentar ap. cit. *Pamel.* t. 2. liturg p. 436. ubi ad num. LXVIII. hunc iuſcripſit titulum, *Miſſa votiva pro amico, vel pro quo volueris*: quippe arbitror, non niſi recenti lege in Miſſis, quas votivas dicimus, recitandis modum impoſitum fuiſſe.

Quid vero, quaeras ulterius de Miſſis ejuſmodi a Seculo Apoſtolico ad uſque aetatem Leoniani Codicis? Profecto ſub id temporis intervallum ut earum uſum demonſtrent, multi laborant adductis veterum teſtimoniis. Adfertur principio Miſſa, quam *Proſper* l. de praedict. dimidii temporis c. 6. narrat celebratam in actionem gratiarum ob liberationem puellae a diabolo obſeſſae. Deinde Miſſa, quae peracta eſt in domo privata, ut a vexatione ſpirituum liberaretur ex *Auguſt.* 22. civ. c. 8. Tum *Comes*, ſive Lectionarius *Hieronymo* tributus ab Pamel. cit. ubi ſub p. 60. notantur Miſſae in dedicatione eccleſiae, atque in ordinatione Diaconorum, Presbyterorum, Epiſcoporum. Inſuper Miſſa, quam S Ambroſius ap. cit. *Grancolas* p. 435. celebraſſe reſcripſit Imp. Theodoſio in actionem gratiarum ob reportatam a ſe victoriam a Maximo. Item *Cyprianus* innuens epiſt. 66. ad Furnitanos apud ſuam eccleſiam Carthaginenſem offerri Miſſas pro mortuis; tum adſerens epiſt. 34. ad cler. & pleb. *ſacrificia pro eis ſemper, ut meminiſtis, offerimus, quoties Martyrum paſſiones & dies anniverſaria commemoratione celebramus*. Praeterea *Tertullian.* inquiens in l. ad Scapul. *itaque & ſacrificamus pro ſalute Imperatoris*, ac de cor. mil. c. 3. *oblationes pro defunctis annua die facimus*. Exemplum itidem S. Polycarpi Smyrnenſis Epiſcopi, qui pro defuncto S. Baculo deceſſore ſuo Sacrificium Miſſae ſollemniter celebravit, uti fert ex actis ejus *Bolland.* ad diem 26. Januarii. *Evariſtus* denique Papa, qui in decretali prima ad Epiſcopos Africanos c. 2. ſub init. ſubindicat in celebratione matrimonii ex traditione Patrum adhibendam eſſe Miſſam pro ſponſo & ſponſa, interprete cit. *Vicecom.* l. 3. c. 25. Haec, nullis aliis, pro antiquitate votivarum Miſſarum in medium proferuntur.

Sed parum illa me movent; poſſunt quippe omnia quamoptime intelligi quin ulla votiva interceſſerit miſſa: ad eum plane modum, quo more hodierno ex quolibet peculiari fine ſeu intentione miſſas commu-

Digitized by Google

munes celebramus, abſque ullo Miſſae votivae, ſeu in ipſum directae finem interventu: ſic enim Miſſam celebrare poſſim de Natali Domini, de Paſchate, de Pentecoſte pro requie defunctorum, pro ſalute Imperatoris, pro impetrando quolibet beneficio a Deo, & pro quolibet ab eodem accepto. Suſpicarer ut ſummum, anne in propoſitis Miſſis tum facta fuerit externa aliqua ejus finis commemoratio, in quem tremendum Sacrificium ſummo Numini offerretur. Neque vero tenet teſtimonium a Comite Hieronymiano ductum, quippe quem Hieronymo valde recentiorem exiſtimant Eruditi. Nec inſuper Polycarpi miſſa, ex actis S. Buculi deprompta, haec nempe a *Ruinart. Dupin. Tillemont.* aliiſque perdoctis Criticis ceu incerta, dubia, ac nullius ſubinde auctoritatis refelluntur; quidquid ea utcumque vindicare nitantur cit. *Bolland. Halloixius, Papebroch.* Nec denique decretalis Evariſti, ſpuria quidem apud Eruditos cum Hardui. in collect. CC. t. 1. col. 75. & *Franc. Pag.* in breviar. ſec. 1. in Evariſto n. 5; ut taceam, in eadem epiſtola nullam indicari tum celebrandam Miſſam peculiarem, ſed generatim duntaxat Miſſam aut oblationem.

Quid tum vero? Hoc mihi ſyſtema erga celebrationem Miſſarum ſub ea quatuor priora ſecula tuendum propono ceu veriſimile. Sub I. ſeculum Apoſtoli Miſſas *oratione Dominica concludebant*, uti ajebat S. *Gregor.* epiſt. ad Epiſcop. Siracuſan; hoc eſt eas ſimpliciter recitabant, nihil ſubſtantiae ſacrificii, adjicientes praeter orationem Dominicam & commemorationem paſſionis Domini, ex ejuſdem praeſcripto. Conſentit *Walfrid. Strabo* l. de reb. eccles. c. 22. additque, *relatio majorum eſt, ita primis temporibus miſſas fieri ſolitas ſicut modo in paraſceve Paschae communicationem facere ſolemus, id eſt praemiſſa Oratione Dominica, & ſicut ipſe Dominus noſter praecepit, commemoratione paſſionis ejus adhibita.* Miſſas absdubio communes faciebant Apoſtoli, ſeu in honorem ſolius Dei, adjecta interdum fortaſſe intentione in aliquem peculiarem finem directa, e.c. pro pace eccleſiae, victoria Martyrum, converſione gentium &c. Ejus generis Miſſae in uſu plerumque fuerunt apud quaslibet per ea IV. Secula erectas eccleſias, uti colligere fas eſt ex antiquioribus Liturgiis tam grecis quam latinis, e quibus ne unam quidem repereris peculiarem, ſeu in honorem alicujus ſigillatim Sancti, vel in aliquem alium determinatum finem exaratam. Quis autem dubitet, ejuſmodi Liturgias ad modum & imitationem earum, quae ſub ſeculum III. aut IV. moris erant, fuiſſe a ſuis Auctoribus concinnatas? Eaſdem, reor, Miſſas communes recitarunt Apoſtoli (adjecta externa intentione *in honorem Myſterii*) in feſtis, quae inſtituiſſe vulgo traduntur, ut puta de Paſſione Domini, Reſurrectione, Adſcenſione, Pentecoſte: nec enim apud praefatas Liturgias veſtigium ſupereſt nonnullius Miſſae cuiquam ex iis myſteriis inſcriptae ſeu dicatae, tametſi perſaepe de ipſis mentionem faciant communes Miſſae.

Nec alia generatim ſub tria ſubſequuta Secula extitit diſciplina in ritu Miſſarum. Simpliciſſimum Apoſtolorum ritum forte ſub ſeculum

II.

II. eorum diſcipuli proſequuti ſunt; at ſenſim ſine ſenſu hunc alicubi nonnullae exceperunt preces, pluresque deinceps alibi, uti ediſcimus ex *Juſtino*, *Tertull. Cypriano, Cyril. Hieroſolym. Baſil. Chryſoſt.* & mea quidem opinione, nunquam non ſub methodo Miſſarum communium. Fortaſſis in eccleſia carthaginenſi ſub Cypriano, tumque in romana ſub ſeculum IV. medium uſui fuerunt Miſſae in honorem Sanctorum Martyrum & alicujus Confeſſoris, puta S. Silveſtri Papae, ſi rem inferre lubeat ex Kalendario Bucheriano: dubitari tamen poteſt, an tum eorum Sanctorum ſollenniras ſita duntaxat eſſet in quadam de illis commemoratione, Miſſae adjecta, quin re apſe Sacrificium eorum nomini dicaretur.

Quinto demum Seculo, opera & ſtudio romanorum Pontificum ſubceſſivis tractibus modus rituſque celebrandi Miſſas in certum ordinem pro romana eccleſia redactus eſt, ſimulque concinnatus, ac diſtributus in Miſſas de tempore, de Sanctis, & pro variis cauſis interdum occurrentibus, ut puta pro ordinatione Pontificis, pro dedicatione templi, pro tempore belli, pro impetrandis virtutibus &c. Et haec Miſſis votivis prima origo. Illum vero ritum nova jam methodo praeſcriptum, uſuque probatum primus omnium, quem noverimus, in unum quaſi corpus compegit Leoniani Codicis Auctor, quem deinceps alii romanae eccleſiae codices exceperunt, amplificaruntque. Indeque idem ordo ad pleraſque latinas eccleſias, quae ipſum penes praecipua capita coopiarunt, effluxit, uti probant earum Sacramentaria, e. c. Francorum, Gallorum, Gotho-hiſpanorum, Moz-arabum; ne quid dicam de Ambroſiano, quod Mediolanenſes Scriptores eiſdem romanis vetuſtius optant.

Graecorum ritus quod ſpectat erga Miſſas votivas, pleraſque id genus porro habent, data opportunitate recitandas, quas videris apud Eochologium *Goarii*, praeſertim ad calcem commentarii; ſed primam tamen earum inſtitutionem ad ſequiorem aetatem, referendam duco.

Ulteriora ſuppeditat pro theologica caritate documenta, alia ſubſequens *Miſſa pro caritate* ad num. x2G1. tum lib. I. ejuſdem Sacramentarii in natalitio Epiſcopi, ſi infirmus aut abſens fuerit, ibid. p. 122. *Miſſale Francorum* in exhortatione ad populum quum Epiſcopus ordinatur, ibid. p. 348. ac in conſecratione Epiſcopi p. 350. ipſum itidem mox laudat. *Leonianum* in praefat. Miſſae II. ubi de precibus diurnis ap. cit. *Murat.* col. 351. necnon in prima collecta Miſſae III. in Natali Epiſcoporum, ibid. col. 428. *Ordinarium* denique *Gothico-hiſpanum* in orationibus ad matutinum in diem ſanctum Pentecoſtes ap. *Blanchin.* t. I. p. 116. & 118. ſaepius.

ERE

30



Romae olim in ſacris cryptis, deinde apud Clariſſ. V. Bonarrotam; qui fragmentum tradit in obſervatt. in fragm. vitrea, tab. 18. *fig.* 3. *illuſtratque p.* 122. *ſqq.*


Singularis priſcorum fidelium romanorum pietas erga Agnetem, praeclariſſimam Virginem & Martyrem in cauſſa fuit, ut eam vel in eiſdem vitreis ad uſum crateribus ſub variis ejus magnalia portendentibus typis adpingi curarent, quo perpetuam dilectiſſimae civis cum obſequio memoriam teſtarentur. Sic enim in pleriſque apud eumdem Auctorem id genus monimentis e cryptis Urbis effoſſis Agnetem orantem perſpicimus & mediam inter Petrum & Paullum Apoſtolos, & inter pampinos, & floſculos inter, ſive arbuſculos. (Ad tab. 14. fig. 1. tab. 18. fig. 2. tab. 21. fig. 1.) Ceterum haud mihi dignior & glorioſior Agnes ſanctiſſima, quam ubi ſub ſpecioſo geminae columbae ſymbolo ardentiſſima erga Deum caritate flagrans Virgo & Martyr apud noſtrum fragmentum deſignatur.

Clariſſimi Agnetis martyrii epocham quod ſpectat, variant Scriptores. *Bollandus* quippe ad diem 21. Januar. numm. 3. 4. p. 350. eam ad ſeculum III. revocavit ſub Valeriano & Gallieno, cui adſtipulatus eſt laud. *B narr.* in praefat. p. XV; alii vero cum *Baron.* in not. ad martyr. rom. die 21. Januar ad poſtremam ineunte ſeculo IV. ſub Diocletiano perſequutionem; eiſque adhaerent *Ruinart.* & *Aſſeman.* in admonitt.

ad

ad Acta S. Agnetis, ubi martyrio annum circiter CCCIV. conſignant. Ut ut vero ſit de opinione utrimque ſatis probabili, fragmenti noſtri aetatem ad initium ſaltem ſeculi IV. referre licet; perfacile quippe crediderim, Romanos tam celebri excitatos martyrio, hoc, aliiſque conſimilibus monumentis civem dilectiſſimam quamcito coluiſſe ac decoraſſe. Quandoquidem conſtat, ac inter viros eruditos convenit, poſt laud. *Bonarrotam* in praefatione, vitrea id genus documenta apud Urbis Chriſticolas jam a primaevis ſeculis elaborata eſſe. De laudibus demum inclytae Martyris ardentiſſima in divinum Sponſum caritate ſubcenſae, non eſt porro quod diſſeram poſt tot, tantaque praeconia, quibus & priſci Patres, & medii aevi, receptioreſque Scriptores eam jure optimo commendarint. Recole ſis cit. *Bonarrotam* p. 126. ſq.

31



Romae in Sarcophago marmoreo, eruto olim ex Vaticano coemeterio ap. Aringh. t. 1. p. 311.

Porro nihil chriſtiani veteres ob oculos populo adponere conſueverant, quod ſacro documento careret. Crediderim, in hoc fragmento ſub typo geminae heinc & inde geminae columbae, in medio Apoſtolici collegii brachio crucis inſiſtentium, & ſacroſanctum Chriſti monogramma quaſi oculis animiſque contemplantium, eximiam eorumdem Apoſtolorum in Chriſtum Magiſtrum ſuum ac Dominum caritatem deſignaſſe.

32



Romae in ſacris coemeteriis hic ferreus Anulus, aliique id genus plurimi, chriſtiana ſymbola referentes, ſaepe reperti ab ſcrutatoribus earumdem cryptarum, teſte Boldet. qui eos exhibet, ac erudite illuſtrat p. 502. ſqq.

33



* dono


* pedes DCC.

Gradibus in pavimento Eccleſiae Patriarchalis ap. Bertolum in antiquit. Achilej. n. 398. p. 343.

Titulum muſivo opere conſtructum ſeſe fideliter deſcripſiſſe fatetur Bertolus, quo ipſum haud ſatis adcurate traditum a *Fontanino* in libello de antiquo chriſtianorum diſco jure corrigat & emendet.

Inſcriptionis Auctor, me quidem interprete, ſub typo utriuſque columbae theologicam Laurentii Palatini, ſuorumque exprimere ac laudare intendit caritatem; quaſi nempe pio, acutoque ingenio ſic diſſereret: Laurentius cum ſuis votum, quo ſe ſe obſtrinxerant, perſolverunt, ac de donis temporaneis a Deo exceptis, dona expenderunt, quibus hujuſce teſſelati pavimenti pedes ſeptingenti conſtruerentur, & non alium quidem ob finem, quam qui Clari Viri animum & pietatem decebat, videlicet propter amorem Dei ſumme dilecti.

34



Ro-

Romae olim in locis coemeterialibus, deinceps in Muſeo Jo. Bapt. Caſalii, eodem Aringho teſte t. 2. p. 608.

Iſto dignius & expreſſius caritatis emblema plane non videris. En columbam, en oleum, quod ut ardeat, columba fovet. Quaſi praeclariſſimo eo symbolo commonere intenderint Majores noſtri, eum qui Chriſto Jeſu nomen dedit, eximia in Deum & proximum caritate flagraturum eſſe, nec quidquam ſubinde acturum, quod a caritate non procedat, quod caritate non ardeat, quod in ſummum caritatis faſtigium non contendat.

35



Romae olim in ſacris cryptis, deinde apud Carol. Anton. Magninum, ut auctor eſt cit. Aringh. t. 2. p. 571. *ubi eam exhibet.*

Columba haec in lucerna aenea Cruci myſtice inſidens mihi perinſignem repraeſentat caritatem, quam par eſt rependant homines Chriſto Domino, qui cruci adfixus vitae, ſanguiniſque pretio a maligna peccati, daemoniſque ſervitute eos olim redemit caritate inenarrabili.

De lucernis ſacris ſepulcralibus plura *ſuperius* ad Tom. IV. a p. 38.

Digitized by Google

36



Romae olim in Muſeo Barberino.

Anularem hanc veterum chriſtianorum Gemmam in ſuos plurimi commentarios retulerunt, ac noviſſime *Gorius*, vel ejus Clariſſ. Editor *Paſſerius* in tom. 3. de diptych. p. 160. At nullus, quod meminerim, expoſuit ac illuſtravit. Ea porro egregie arcana eſt, ſacriſque hyeroglyphicis ad multam eruditionem refertis. Quod vero noſtrum huc loci inſtitutum ſpectat, geminam columbam denotare opinamur caritatem, qua humanum genus eum tenetur redamare, qui principium & finis creatorum omnium quum ſit, ſecus ac aeneus ille ſerpens a Moſe in deſerto ſublatus, aeternam ei ſalutem in cruce pendens largitus eſt.

LIBER SECUNDUS

De Virtutibus Moralibus Cardinalibus.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL. 191 EN tibi Theologia moralis (*a*) ſpeculatrix, ſeu theoretica, quae heinc in reliquas Partis hujuſce paginas excurrit. Haec porro Theologiae noſtrae pars notiones ac dotes tradit, exponitque virtutum & canonum praecipuorum, qui Theologiae morali practicae ad internoſcendum uſum honeſtum ac turpem, licitum ac illicitum humanarum actionum materiam praeſtant & lumen. Ac aegre quidem quae de iis edifferit Theologia moralis practica tibi pro dignitate addiſces, aut alios edocebis, niſi tractatuum iſtorum theoreticorum lux praefulſerit. Porro Virtutes omnes morales ad tria capita officiorum hominis revocare conſueverunt Eruditi viri, duce *Tullio* (*b*) quorum nempe primum de iis differit officiis, quae Deum ſpectant; alterum de iis, quae nos ipſos; tertium de iis, quae alios quoſque. Nos autem in iis breviore calamo exponendis methodum Theologis de Schola diu tritam conſectari decrevimus.

192 Jam vero praeindicatae Virtutes, nimirum Prudentia, Juſtitia, Fortitudo, Temperantia, ſunt Morales, quatenus habent pro ratione potiſſima ſuorum actuum honeſtatem; quo diſcriminantur a theo-

lo-

(*a*) Hoc nomine Philoſophia, quae agit de moribus, graece ἠθικὴ, latine primum *moralis* nuncupata eſt *Tullio* in l. de fato.

(*b*) In libb. de offic.

logicis, habentibus pro ratione potiſſima Deum aut Dei dotem; & Cardinales (deſumta analogia a cardine, ſeu ferramento illo, in quo vertuntur, vel nituntur januae) quatenus ſunt quaſi cardines in quibus vertitur, ac nititur honeſtas vitae ſupernaturalis, quae eſt veluti janua ad beatitudinem; ſiquidem inter ceteras Morales, principes ſunt, & primariae actionum noſtrarum moderatrices, ad quas illae ceterae revocantur, ſeu quibus comites adnectuntur (*c*).

193 Hae porro Virtutes qua morales ſunt, haec important. 1.° differunt ſpecie a virtutibus moralibus naturalibus per honeſtates, prout ſupernaturaliter cognoſci, & nobiliore modo adtingi poſſunt. 2.° partiuntur in virtutes, quae ſunt erga actiones, & quae ſunt erga paſſiones, id eſt in eas, quae hominem perficiunt in ordine ad ſe, & in ordine ad alios. 3.° conſiſtunt in medio, id eſt verſantur in medio, quod praeſcribit ratio moralis; nam illud quod recta ratio praeſcribit, nec excedit, nec deficit; idque vocatur medium rationis. 4.° ſunt omnes mutuo connexae, adeo ut una ſaltem in gradu heroico non obtineatur, quin aliae omnes aliquo ſaltem modo adquirantur. Hoc ſenſu dixit *Ambr.*(*d*) *connexae ſibi ſunt, concatenataeque Virtutes*. Et ſimiliter loquuntur *Aug.*(*e*) *Greg.*(*f*) *Hier.* vulgat.(*g*) 5.° nulla eſt Virtus, quae nequeat imperare quoſvis aliarum virtutum actus (*h*) 6.° ex ſenſis paganorum Sapientum ſunt in animis noſtris ſemina innata virtutum & quaſi igniculi a natura dati (*i*).

194 Et vero qua Virtutes Cardinales, quatuor enumerantur, quaſi quatuor ſpiritalis Paradiſi fluenta e Sapientiae fonte derivata, per quae ſcilicet omnium in nos Virtutum Moralium effluit plenitudo; per illas ſiquidem perficitur moraliter animus cum ſuis potentiis, aut facultatibus, tum ſpiritalibus, tum materialibus (*k*). Prudentia etenim ceteris ſuperior, in parte principe, ſcilicet intellectu reſidet; Juſtitia voluntatem regit; Fortitudo adpetitum iraſcentem coërcet; Temperantia concupiſcentem moderatur (*l*) Haec quidem celeberrima partitio, qua in haſce quatuor partes virtutem moralem tribuerunt priſci Philoſophi (*m*) & noſtrates (*n*) Immo eadem partitio extat *Sap.* 8. 7. ubi *Sobrietatem, & Prudentiam docet* (Sapientia) *& Juſtitiam, & Virtutem* (id eſt *Fortitudinem*) *quibus utilius nihil eſt in vita hominibus*. (*o*) (5)

CA-

(*c*) Lege *Rhod.* d. 5. de Virt. q. 1. s. 3.

(*d*) L. 5. in Luc.

(*e*) L. 6. de Trin. c. 4.

(*f*) L. 22. Mor. c. 1.

(*g*) De 42. Manſion. filior. Iſr. in Manſ. 38.

(*h*) Haec vulgatiſſima Scholae doctrina cum *Suar.* 1. 2. tr. 4. d. 3. *Pau. a Conc.* t. 4. tr. 11. per tot. *Val* cit. heic d. 5. q. 7. pu. 2.

(*i*) Ita *Ariſt.* l. 6. ethic. c. ult. *Tull.* qq. tuſcul. l. 3 *Seneca* ep. 108.

(*k*) Ex *Ambr.* l. de Parad. c. 3.

(*l*) Ex eodem *Ambr.* cit.

(*m*) Ut puta *Plato* de rep. 4 & 6. *Ariſt.* l. de virt. & alias, *Sen.* ep. 9. ſub fin.

(*n*) Cum *Hieron.* ep. olim 34. ad Nepotian. & *Ambr.* in c. 6. Luc.

(*o*) Haec *Aug.* l. 1. retr. c. 7.

OBSERVATIO

(5) PRofecto virtutum moralium commendatio, neceſſitas & utilitas ex ſacroſancto Chriſti legum latoris Evangelio abunde ſatis conſtant, tum ex pene uni-

CAPUT PRIMUM
de Prudentia.

195 QUAESTIO I. Quae ejus notio? ADSERO. Eſt virtus moralis mentis directrix morum, id eſt proponens honeſtum, vel quod eſt divinae voluntati conſentiens (*p*). Propterea eſt in confinio virtutum intellectualium, & moralium; etenim recenſetur inter illas, quia re apſe pertinet ad intellectum; ac inter iſtas, quia rectos mores dirigit; & ideo revocanda tandem eſt ad voluntatem. Haec Prudentia moralis eſt, ac diſtincta a prudentia politica, quae proponit media quomodocumque ad finem apta. Non eſt autem theologica, quoniam non habet pro ratione potiſſima Deum, tametſi dirigat virtutes theologicas, hoc ſenſu, quod dictet, quo tempore eliciendi ſint actus fidei, ſpei, caritatis. De ea prout eſt ſupernaturalis, vel per ſe, vel ex adcidenti infuſa, ſive adquiſita, agit Theologia, quemadmodum de ceteris virtutibus moralibus.

OBJECTIONES.

196 Obj. Prudentia non eſt virtus mentis, quoniam falli poteſt in dirigendo. Nam 1.° ex Gen. 29. Jacob, prudentia dictante, honeſtum judicavit adcedere ad Liam; quod tamen inhoneſtum erat, quum non eſſet ejus uxor. 2.° Prudentia verſatur in ſingularibus & ſingulis operationibus, de quibus ob ſummam ex innumeris adjunctis mutabilitatem, nulla eſſe poteſt certitudo.

197 ℟. N. *Adſ.* Prudentia quam *Ariſt.* (*q*) vocavit *rectam rationem agibilium*, eſt certa honeſti & inhoneſti notitia; quare ita fertur in rem ſuam, ut in illam ex modo judicandi falli nequeat. Ideo ab *Aug.* (*r*) praefertur ceteris virtutibus tanquam earum directrix, quae non finit

univerſis Eccleſiae Patribus & Doctoribus, qui de chriſtianis, religioſiſque hominum officiis pertractarunt, ut praeteream Philoſophorum veterum inſignem chorum. Quid autem, inquies, in hoc rerum genere de CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS? Sane haud invita, & ab argumento propoſito aliena minerva nobis adgredi liceret comparationem praeceptorum ad vitam recte, pieque inſtituendam. At vero tot, tamque obvia, praeclara, & nota ſunt paganarum gentium documenta, quae, natura duce, qua dogmatis, qua exemplis virtutum moralium notiones, dotes, laudes, uſum depraedicant, ut immenſus ſim ad nauſeam, ſi velim ſingula perſequi & cum documentis chriſtianorum legis in id ipſum conferre.

Unum adnotaſſe ſat eſto; Patres nempe poſt *Ambroſium* & Scholaſticos poſt *Thomam* haud alios ferme habuiſſe atque laudaſſe ſibi duces inter diſſerendum de virtutibus moralibus, quam ethnicos ſapientes, ut puta Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem, Tullium, Senecam, M. Aurelium, alioſque ſimiles. Praeſtat itaque, remur, *concordiam fidei & rationis* pro paucioribus virtutibus ſpeciminis ergo exponere ac illuſtrare; pro iis cum primis, quae vel laudes ſibi peculiares vendicant, vel cum ratione minus conſentire videantur. Interea recolere juvabit quae *ſupra* ad Tom. III. p. 197. ſqq. diſputata ſunt de ſecunda liberi arbitrii facultate ad actus virtutum naturalium eliciendos.

(*p*) Contra *Heineccium* qui in elem. phil. mor. c. 3. a. 3. §. 118. omnibus diſſentiens, non eſſe virtutem docuit.

(*q*) L. 6. ethic.

(*r*) Ex *Caſſiano* collat. 2. c. 2.

ſinit eas a recto deflectere. Ad 1. prob. Jacob non judicavit ex prudentia honeſtum adceſſum ad Liam ſimpliciter, ſed praejacta conditione erroris, quam tunc ex illis adjunctis patiebatur. Prudentia praemittit ſufficientem rei conſiderationem, qua poſita, etſi opus fortaſſe non ſit ſimpliciter honeſtum, adtamen reſpectu habito ad circumſtantias certe honeſtum eſt. Ad 2. de ſingulis actionibus poteſt certo judicare prudentia, num ſint honeſtae, necne, & quid requiratur, ut honeſtae ſint; quum ejus judicium ſemper exſurgat ex certis, ac determinatis principiis, & adjunctis ſerio perpenſis.

198 QUAESTIO II. Quaenam materia, in qua verſatur prudentia? ADSERO. Sunt omnia media, quibus virtus moralis finem ſuum, ideſt mediocritatem ſibi propriam adtingere poteſt; & adjuncta quaelibet ad finem obtinendum neceſſaria (s). Quia non aliter poteſt prudentia eſſe ratio agendorum, & dirigere actus virtutum, niſi cognoſcendo media, quae conferunt ad finem virtutis, id eſt quid re ipſe agendum ſit, & adjuncta, & modum agendi. Heinc nulla quidem ſine prudentia virtus eſſe poteſt (t). Non autem propterea includit virtutes morales, ad quarum actus voluntatem illuminat; alioqui prudentia eſſet omnis virtus, quum ad omnes illuminet.

199 QUAESTIO III. Num prudentia ſit practica, vel theoretica? ADSERO. Eſt ex integro practica. (u) Quia dirigit ad effectionem rei objectae, vel actus virtutis moralis, ad quem illuminat. Etenim dictamina generalia & abſtracta, e. g. vivendum eſt temperate, agendum fortiter &c. non ſunt propria prudentiae, ſed facultatis ethicae, ſeu habitus Synthereſeos; prudentia vero praeſcribit dictamina ſingularia erga fines, & media particularia ſingularum virtutum; quibus ſiquidem illuminatur voluntas ad aliquid honeſtum in praeſentia agendum, aut aliquid inhoneſtum omittendum: ergo practice tendit, non theoretice.

OBJECTIONES.

200 Obj. Prudentia eſt etiam theoretica. Nam 1.° ex Prov. 10. *ſapientia eſt viro prudentia*; atqui ſapientia eſt theoretica, utpote ſita primario in contemplatione: ergo & prudentia, 2.° ex Ambr. (x) *prudentia in veri inveſtigatione verſatur & ſcientiae plenioris infundit cupiditatem*; hoc autem pertinet ad rationem ſpeculatricem. 3.° actus prudentiae, e. g. honeſtum eſt in praeſentia mori pro Chriſto, licet ſit practicus relate ad mortem obeundam pro Chriſto, non tamen relate ad voluntatem, qua velis ut honeſtum mori pro Chriſto; non enim habet pro re objecta illam voluntatem, ſed tale duntaxat honeſtum, quod ſit mori pro Chriſto, quod quidem re diſtinguitur ab ejuſdem mortis voluntate: ergo. ℟.

(s) Adcinit *Rhod.* heic q 2. ſ. 1.
(t) Ex *Ariſt.* l. 6. eth. c. ult. *Epicuro* ap. Laërt. l. 10, n. 27. *Ambr.* de offic. l. 2. cap. 14.
(u) Cum *Th.* heic. q. 4. a. 2.
(x) L. 1. de offic.

201 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob: prudentia non eſt proprie ſapientia, ſed late, quatenus ponderat rationes omnes, & adjuncta, ut poſſit proxime, & recte dirigere bonam actionem, quum ipſa ſit per ſe ſe (*y*) *recta ratio agibilium*. Ad 2: Ambr. ſumit largius prudentiae nomen pro qualibet humana conditione tam ſpeculatrice, quam practica. Ad 3. *N.Adſ.* cum prob. Quum tota honeſtas externae mortis pro Chriſto re apſa ſit in voluntate interna ejuſdem mortis, & tantum per denominationem in externa morte, eodem actu illuminat prudentia voluntatem, eamque inſimul dirigit, & ad externam pro Chriſto mortem, & ad internum ejuſdem deſiderium, aut amorem. (*z*)

CAPUT SECUNDUM

de Juſtitia.

202 Secunda haec inter virtutes cardinales, ex moralibus prima eſt, ac praeſtantiſſima (*a*); quia ex trito proverbio, *Juſtitia in ſe virtutes complectitur omnes*: ac deinde juſtitia perficit, vel reddit hominem bonum tam in ordine ad ſe, quam ad alios. Uberrimam praebet diſputationum ſegetem tum Theologiae Morali, tum Juri canonico, & civili; noſtrae vero Theologiae complurimas, nec leves quidem quaeſtiones ventilandas offert. Utiliores opinione noſtra ſeligimus.

§. I.

De indole Juſtitiae.

203 QUAESTIO I. Quae ejus notio? ADSERO. Eſt virtus moralis jus ſuum cuique tribuens. (*b*) Dicitur *jus ſuum*, id eſt quod cuique obligatione vera eſt debitum: & debet quidem hoc jus reddi ad aequalitatem; alioqui nec perfecte redditur, nec eſt proprie juſtitia. Heinc primum juſtitia eſt virtus ad alterum, quia reſpicit operationem alteri debitam: unde non eſt proprie juſtitia, vel injuria hominis ad ſe ipſum, ut patet; nec inter patrem & filium; nec inter dominum & ſervum qua tales; nam filius eſt aliquatenus idem moraliter cum patre, ac ſervus cum domino; & ideo quae filius ut filius debet patri, ſunt ex lege pietatis, non juſtitiae; & quae ſervus ut ſervus debet domino, ſunt tantum ex lege obſervantiae, vel obedientiae (*c*).

204 Ob eandem pariter rationem non eſt propria juſtitia, vel injuria inter Deum Creatorem, & creaturam qua tales, etſi poſſit eſſe ex alio titulo, e.g. ex contractu oneroſo quo beatitatem creaturae Deus promiſerit; tunc enim illam conferendo exercet juſtitiam erga creatu-

(*y*) Ex. cit. *Ariſt.* 6. ethic.
(*z*) Videſis *Th.* cit a. 2.
(*a*) Ex *Th.* cit q. 68. a. 12.
(*b*) Ex *Tull.* de offic. l. 1. & de fin. l. 5. & l. 3. ad Herennium, cui vulgo conſentiunt *TT.* & *Juriſperiti*.
(*c*) Conſ. *Leſſ.* de Juſt. l. 2. c. 1. n. 6. & *Rhed.* heic q. 3. a. 1. §. 2.

turam, quo ſenſu id praeadſertum *ſuperius* eſt (*d*). Ex aliis quoque titulis (*e*) poteſt creatura exſercere juſtitiam propriam erga Deum, ipſique injuſtitiam, ſeu injuriam irrogare.

205 Deinde licet aliae virtutes reſpiciant medium rationis, quapropter dicuntur conſiſtere in medio, juſtitia vero reſpicit, vel adtingit medium rei, quod ſcilicet in indiviſibili conſiſtit, nec variatur pro adjunctorum varietate; ſiquidem, pro omni eventu poſtulat, ut tanta res ponatur, quanta debetur. Denique ſola juſtitia reſpicit eſſentia ſua debitum, vel jus proprium, quod ſcilicet ſi violetur, inducit obligationem reſtituendi, vel ſatisfaciendi; hanc enim non inducunt amicitia, gratitudo, ſimileſque aliae virtutes, quae reſpiciunt debitum morale tantum (*f*).

OBJECTIONES.

206 Obj. contra 1. Illationem. Juſtitia non eſt eſſentia ſua virtus ad alterum. Nam 1.° ex Aug. (*g*) juſtitia pertinet ad omnes animae partes, id eſt ad omnia corporis membra, quatenus unum poteſt alteri obſequium debitum praeſtare. Et (*h*) juſtitia exigit ut in eodem homine ratio imperet adpetitui, & adpetitus rationi obediat. 2.° Chriſtus ſatisfecit exacta juſtitia pro peccatis noſtris (*i*) & ſatisfecit quidem Patri, & ſibi qua Deo; at in Chriſto unum fuit ſuppoſitum. 3.° Deus ſub aliquo conceptu exſercet veram juſtitiam erga creaturam; haec tamen ſub quovis conceptu conſiderata, eſt quid moraliter idem cum Deo, eo ſenſu, quo ſervus eſt idem cum Domino; quum creatura ſub quovis conceptu ſit eſſentia ſua ſerva Dei.

207 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob. Aug. ſumit ibi juſtitiam improprie, & metaphorice. Ad 2. *D. Mi.* fuit unum quantum ad id, quod ejuſmodi ſuppoſitum importat phyſice, *C.* quantum ad id, quod importat moraliter, *N.* Chriſti etenim perſona qua ſubſiſtens in una natura, importat diverſum jus, dominium, & libertatem a jure, dominio, & libertate, quam importat qua ſubſiſtens in alia natura, ſicut & diverſam voluntatem, & diſtinctas operationes. Quocirca qua ſubſiſtens in natura humana fuit moraliter, & in jure altera a ſe ipſa qua ſubſiſtente in natura divina: potuit itaque ſibi qua Deo exacta juſtitia ſatisfacere. Ad 3 *N. Mi.* Creatura ex divinae liberalitatis conceſſione per pactum aliquod, e. g. conferendae gloriae, ſi eam promereatur, facta eſt ſui juris, quo Deum obliget ad gloriam conferendam; quo quidem abſtrahit ab omni titulo, ex quo ſit ſub jure Dei conſtituta, tanquam ſerva ipſius (*k*).

208 QUAESTIO II. Quid de materia & de ratione potiſſima Juſtitiae commutatricis, de qua deinceps ſermo erit? ADSERO I. Materia

(*d*) Ad Tom. II. ubi de juſtitia Dei, a p. 143.

(*e*) Sub ſenſu explicato *ſupra* l. nuper cit. & notando rursū *infra* ubi de peccato lethali.

(*f*) Conſ. *Viv.* heic d. 3. q. 1. n. 2. & *Rhod.* cit.

(*g*) De Gen. ad lit. l. 1. c. 1.

(*h*) L. de mor. Eccleſ. c. 5.

(*i*) Ex dicendis *infra* Par. IV. ubi de ſatisfact. Chr.

(*k*) Conſ. *Th.* q. 58. a. 2. & *Got.* heic tr. 13. q. 2. dub. 2.

ria proxima eſt jus, vel juſtum alteri debitum, id eſt operatio externa juſta, alteri ex proprio jure debita, e.c. reſtitutio aurei, delatio cultus jure debiti &c. Materia vero remota eſt res, quae debetur, ex cujus exhibitione debito ſatisfit (*l*): Quia proprius juſtitiae actus verſatur proxime in operatione externa, debita proprio alterius juri; ac remote in re, quae debetur, ex cujus exhibitione debito ſatisfit. (*ll*)

209 II. Ratio potiſſima proxima juſtitiae eſt ſpecialis honeſtas, quae relucet in actione juſta, vel alteri debita ex jure proprio (*m*). Quia haec honeſtas reſpicit proxime actum juſtitiae. Potiſſima remota eſt, adceptum pro morali facultate aliena, reſpiciente operationem juſtam externam. Quia enim juſtitia in ejuſmodi res intendit, quum haec ſint radices honeſti, quo juſtitiae operatio conveſtitur; at non proxime: ergo remote (*n*). De ſingularibus juſtitiae partitionibus plura *inferius* ubi de adnexis eidem.

§. II.

de Jure, quod juſtitia reſpicit, commetitur & exaequat.

210 QUAESTIO I. Quae notio hujuſce juris? ADSERO. Eſt legitima poteſtas de re pro libito diſponendi. Dicitur *legitima*, id eſt lege aliqua firmata: unde tot ſunt genera jurium, quot ſunt genera legum, quae jus tribuunt. Poteſtas haec eſt praelatio quaedam moralis, qua hic homo praefertur moraliter aliis in uſu rei propter peculiarem connexionem, quam res habet cum eo: ſic enim fera habet peculiarem connexionem cum eo, a quo capta eſt.

211 Hinc 1.° nullum eſt jus ſine lege, favente uni, & reliquos gravante. 2.° poteſtas, quae non eſt juridica, vel lege munita, eſt vis tyrannica. 3.° haec poteſtas nihil ſuperaddit phyſicum, licet aliquid reapſe ſit; eſt enim perſona ratione praedita, cum habitudine ad veram aliquam actionem noſtram, vel alienam, ſeu utramque ſimul: non ſecus ac dignitas regis, doctoris, ducis, magiſtri &c., quod tamen aliquid morale vulgo nuncupatur. Aut potius haec poteſtas *eſt* complexio ex variis adjunctis, partim intrinſecis, partim extrinſecis, tum praeteritis, tum praeſentibus; fundantibus utique reſpectum non fictum in creatura rationali ad eam actionem, vel quaſi actionem, ad quam dicitur habere jus (*o*).

212 QUAESTIO II. Quae juris partitio? ADSERO. Partitur 1.° ex parte principii, unde oritur, in *naturale*, quod a lege naturali, & *poſitivum* quod a lege poſitiva inducitur. Partitur 2.° ex parte termini, quem reſpicit, in jus *in re*, id eſt erga rem aliquam devinctam, & obligatam habenti ejuſmodi jus; quo jure poteris rem uſurpare ubicumque inveneris; & jus *ad rem*, id eſt erga rem deviciendam adhuc, & obligandam haben-

(*l*) Favent *Raynaud.* de virt. & vit. l. 3. s. 1. n. 23., cum communi & *Viv.* q. 2. n. 1. cum *Les. Maerat.*

(*ll*) Adi *Leſſ.* cit. l. 2. c. 2. n. 7.

(*m*) Conſentit *Rayn.* cit. n. 24. cum *Richar.*

(*n*) Ita ferme *Rayn.* n. 25.

(*o*) Conf. *Delugum* de juſt. & ju. d. 1. s. 1. a n. 6. ad 18. & *Leſſ.* cit. c. 2. n. 3.

habenti jus: quo jure nequis rem uſurpare, donec tibi moraliter devinciatur, & adligetur.

213 Partitur. 3.° in *dominium*, quod eſt poteſtas diſponendi de re tanquam ſua; *uſufructum*, qui eſt poteſtas re aliena utendi, ac fruendi, ſalva rei ſubſtantia; *uſum juris* vel jus in uſum, quod eſt poteſtas tantum utendi re, ſalva ejus ſubſtantia; & *poſſeſſionem*, quae ſi ſit actus poſſidendi, dicitur poſſeſſio facti, ſi vero tantum ſit jus poſſidendi, dicitur poſſeſſio juris. Rurſus ex iis dominium, quod latius patet, ſubpartitur 1.° in *dominium jurisdictionis*, *&* *dominium proprietatis*: illud eſt jus gubernandi ſubditos: iſtud eſt jus in rem tanquam ſuam. 2.° in *dominium perfectum* & in *imperfectum*: illud protrahitur ad rei proprietatem ac utilitatem; iſtud vel ſolā proprietatem, vel utilitatem tantummodo continet. 3.° in *directum* & *indirectum*: per primum tu es dominus rei ſubſtantiae, ſed non potes ea uti, nec fructus ejus percipere: per ſecundum habes jus re utendi, vel fruendi, ſed ſalva ejus ſubſtantia, quam nequis deſtruere. (§)

214. QUAE-

O B S E R V A T I O.

(§) Haſce quidem partitiones a noſtris Doctoribus traditas cum *Th. Leſſ. Moi. Del. Raynau.* aliiſque ubi agunt de juſtitia & jure; immo & particulares ferme ceteras ſub iis contentas complexus ac interpretatus eſt *Grotius* ſub ſpecioſo titulo *de jure belli & pacis* in percelebri commentario ſic praenotato.

Ubi porro adcurate pertractat Auctor de jure omnibus communi; de jure majeſtatis vel ſummi imperii; de jure conjugii & collegii; de jure in perſonas, ut puta in ſubditos, filios, ſervos; de jure in res, e. c. in mare, flumina, urbes, ſilvas, feras &c; de jure originario privato, perpetuo, temporaneo; de jure ex hereditate, & ex contractu; ex foederibus & ex ſponſionibus; de jure legationum & ſepulturae; ut mittam diſputationes de poenis, jurejurando, mendacio, poenarum communicatione, cauſſis injuſtis, & alias de rebus jus concernentibus; quo plane adgreſſus videatur univerſam de juſtitia & jure materiam exhaurire.

Quid tum vero de hocce famigeratiſſimo cenſendum opere? Complurimos porro illud patronos habet atque adverſarios; nec modo apud orthodoxos, ſed etiam apud doctores ipſiusmet Auctoris gentis & ſcholae acatholicae. Illi videlicet nonnulla in ſanctam fidem antidogmata oderunt in opere, propterea inter libros catholicis prohibitos relato; iſti vero complures in eodem ſugillant naevos, ut puta e. c. quod opiniones nimium ſingulares & heteroclitas prodat Grotius, immo & aliquam in jus gentium erroneam, quod nonnihil erga divina novaverit, jam Photinianis, jam Luthericis, jam Arminianis conſentiens; quod non pauca provinciam ſibi ſuſceptam aperte ſpectantia praeterierit, aliaque vel leviore manu notarit, vel rationibus ſatis ſolidis non communierit,

Quibus plane iidem grotiani operis interpretes, e. c. Puffendorfius, Coccejus, alii paſſim commoti Auctorem ſuum deſerunt, ac interdum acriter confutant, quin ſaepius eum vindicent a naevis ipſi adſcriptis a Kemmerichio, Fleiſchero, Conringio, Oldenburgero, Boeclero, pluribusque Grotii biographis ap. *Iſelinum* in lexico, art. *Grotius*.

Nihilo tamen ſecius, antidogmata in ſanctam fidem a grotiano hoc foetu expunge, eritque mihi opus ſane praeclarum, nec vulgaribus quidem dignum laudibus. Principio enim, ſi *VVinklerum* excipias (eum quidem non vidimus, ſed excipit tamen *Coccejus* in notis ad prolegom. Grotii §. 37. ſub fin.) primus omnium hoc foetu Grotius univerſum naturae jus ex principiis deduxit, illudque in artem ac diſciplinam reduxit.

Opus inſuper eo concinnatum eſt ingenii acumine, rationum nervo, rerum inventione, eruditionis ubertate, ſtili elegantia, ea demum, quae virum honeſtum decet, modeſtia & ſobrietate, ut prudentum quorumlibet judicio ſatis commendari nequeat. Quocirca non ſecus ac Lombardus, De Ales, Thomas, Scotus, Martinius, aliique

ſuum

§. III.

de jure Dominii ſpeciatim.

214 QUAESTIO I. Quid de origine ac progreſſu primaevo dominiorum? ADSERO I. Prima eorum origo minime reperi poteſt ex divina conceſſione protoparenti Adamo facta, ex qua nempe conceſſione verum dominii jus in orbem univerſum adceperit Adam, quod deinceps ad poſteros tranſmiſerit ſuos jure hereditario, qui demum hereditatem paternam inter ſe diviſerint (*p*) Quippe dominium (*q*) in eo ſitum eſt, quod quis re ſua pro libito uti & abuti poſſit; nemo autem prudens putaverit, ſic potuiſſe Adamum orbe univerſo uti & abuti, c. c. excludendo dum vixit ab ejus uſu & uxorem & liberos &c. Et vero Deus in uſum totius humani generis mundum condidit. Dominium inſuper ex jure naturae originem ducit; at nulla jure naturae ſubceſſio eſt: periit itaque cum Adamo ejus dominium, quod nec ejus poſteri jure naturae potuerunt adquirere per ſubceſſionem. (*r*)

215 II. Natura, ſeu Altiſſimus naturae Auctor a prima mundi molitione generaliter conceſſit generi humano, aut ſingulis hominibus jus in res hujus naturae inferioris; ſcilicet quatenus eas unuſquiſque primum occuparet. Erui videtur ex *Geneſ.* 1.28. ſq. Quippe hominis cauſſa Deus mundum condidit: quidni ergo jus dederit homini de rebus mundi diſponendi pro libitu? Idipſum vulgo noviſſe videntur gentes omnes, & poſt *Tullium* (*s*) recentiores juris Interpres (*t*) Hoc autem jus nonnullis adpellatur dominium generale & indefinitum; quoniam ſa-

ſummi viri, nobiles ſibi interpretes vendicavit Auctor, qui eum exponerent ac illuſtrarent.

Suis, fateor, conſtat naevis. Nimium obſcurus quandoque eſt; rerum notiones hucuſque ignotas, nec ſcopo ſuo cohaerentes interdum fingit; a vulgatiſſimis ſapientum placitis, levioribus rationum momentis ductus haud raro deſciſcit. Quid inde tamen? Nullus fortaſſe Auctor abſque naevo, ſi canonicos exceperis. Perbelle in rem noſtram *Horatianum* illud:

.... Ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuria fudit,
Aut humana parum cavit natura.

Nobis adcinunt inter plurimos *Budde.* in hiſt. nat. jur. *Schmier* in juris prud. publ. univ. in praefat. *Coccej.* cit. *Andr. Boſius* ap. & cum *Ignat. Sevvarz* inſtit. jur. nat. & gent. in prolegom. p. m. 58.

Quod demum ſpectat antidogmata hoc opere ſparſa, plane condonandus Auctor, qui ſub finem prolegomenor. §. 61. haec proteſtatur „ Et jam nunc adeo ſi quid heic pietati, ſi quid bonis moribus, ſi quid ſacris literis, ſi quid eccleſiae chriſtianae conſenſui, ſi quid ulli veritati diſſentaneum a me dictum eſt, id nec dictum eſto. „

Ergo dum agitur de juſtitia & jure inter Auctores primae notae, qui de hoc argumento diſſeruerint, merito referendus Grotius in praelaudato commentario.

(*p*) Quae ſententia eſt recentium aliquot Proteſtantium cum *Ziglero*, *Boeclero*, *Strauchio*, quibus ex parte nonnulli adcedunt *Contraremonſtrantes*.

(*q*) Ex L. 21. C. Mand.

(*r*) Fuſius de hoc argumento *Sevvarz* inſtit. par. 2. tit. 2. §. 1. *Puffend.* de j. nat. l. 4. c. 4 §. 13. *Coccej.* in Grot. l. 2. c. 2. §. 2. p. m. 74. ſq.

(*s*) De nat. deor. & l. 1. de offic. c. 2. & 21. ſq.

(*t*) Cum *Grot.* cit. l. 2. c. 2. §. 2. *Coccej.* in cit. Grotium, *Limborch.* in theol. chr. 15. c. 38. §. 5. *Schvvarz* proxime cit.

facultas quum ſit ad introducenda dominia particularia, nequeunt haec abſque illa juſte introduci. Quia vero ſub initia mundi omnes eo jure peraeque gaudebant, hic rerum ſtatus *communio* primaeva dici ſolet, ac cit. *Grotio* pluribus exponitur.

216 III. Ex praefato jure ſeu facultate occupandi vel poſsidendi res nullius, hoc eſt, quae a nullo occupata ſunt, oriuntur dominia, & per occupationem res in hominum rediguntur poteſtatem; adeo ut juris occupandi lex iſta ſit, melior eſt conditio poſsidentis, nec res occupata ab alio auferri poteſt. Et merito quidem, nam res occupata non amplius eſt res nullius, ac eam occupans alterius facultatem praeveniendo excluſit: nequit itaque abſque injuria a dominio rei legitime adquiſito deturbari. (*u*)

217 IV. Mundi bona dum ea communio ſubſtitit in dominium ſeu proprietatem iverunt, non adfectu duntaxat animi; quis enim ſcire poſſet quid alii ſuum eſſe vellent, ut eo abſtineret? quin & idem plures velle poterant; ſed pacto aliquo, vel tacito per primam occupationem, vel expreſſo per diviſionem. Vix enim diſplicuit communio, haec diviſio inſtituta eſt: cenſendum utique prudenter eſt, inter omnes conveniſſe, ut id proprium quiſque haberet, quod primus occupaſſet. (*x*)

218 V. Origo itidem dominiorum petitur a variis rerum diviſionibus, quae multiplicato genere humano ſenſim invaluerunt, pactis etiam expreſsis communitae. Quarum unum aut alterum exemplum ſuppeditant ſacri Codices, e. c. *Geneſ.* 10. 25. & 13. 9. Quibus vero auctoribus, modis & temporibus ipſae peractae fuerint; num ſcilicet ordinatione Dei, aut humani principis ad id muneris deſignati; num per modum occupationis, ſortitionis, vel alterius ſpecie diſtributionis; num ipſo rerum uſu & conſuetudine, vel potius conſenſu & pacto hominum tacito vel expreſſo, nimis quidem incertum propter inopiam documentorum (*y*).

219 VI. Coeperunt itaque dominia in Protoparentibus, eorumque filiis & nepotibus; quippe qui omnium primi terram ejuſque bona & fructus occuparunt; ac inde pari jure progreſſa ſunt in eorundem poſteris uſque ad diluvium aquarum, quibus mundo purgato, iterum Dominus jus dedit Noëmo, ejuſque poſteris occupandi terram pro libitu ex *Geneſ.* 9. 2. ſqq. Sub hac autem ſecunda mundi aetate coeperunt dominia in Noëmo ejuſque familia, & in reliquis ipſius poſteris ſubceſſivo tractu progreſſa ſunt. (*z*)

220 QUAESTIO II. Quo deinceps pacto, adoleſcente jam mun-

(*u*) Conſentiunt plerique omnes cum *AA.* mox. cit.

(*x*) Veri ſimillima haec laudati *Grotii* conjectura.

(*y*) Conferri nihilominus poteſt hanc in rem *Kircher.* in Turri Babel. l. I. & in Arca Noë l. 3. ubi de diviſione gentium.

(*z*) Haec merae ſpeculationis argumenta, quae ſtrictim delibavimus, & quae primus omnium, reor, ex inſtituto agitavit *Grot.* cit., fuſius pertractant recentiores Interpres juris nat. & gent. cum mox praelaudatis, quos conſulere poſſis.

mundo, adquiri intelligatur dominium rerum? ADSERO. Quandocumque intercedit titulus, vel actio illa praeſcripta a lege vel naturali, vel poſitiva, a qua tanquam ab ultima determinatione inducitur dominium. Hic autem titulus multiplex eſt: ut puta 1.° juſta occupatio, qua quis rem poſſidet: 2.° contractus legitimus, quo transfertur dominium, e. c. donatio adceptata: 3.° auctoritas publica, qua pro bono reip. quae unius privati ſunt in alium quandoque transferuntur e. g. ratione praeſcriptionis, uſucapionis &c. 4.° hereditas, quae eſt ſubceſsio in bona alterius, ex juſta ipſius voluntate. 5.° merces, quae eſt remuneratio operae praeſtitae. (*a*)

221 QUAESTIO III. Num dominium directum ſeparari poſſit ab uſufructu perpetuo? ADFIRMO. Quia tunc dominium directum non eſſet ſimpliciter inutile, nec extingueretur, ſed impediretur ab uſufructu perpetuo. Etenim uſufructuarius non poteſt, invito domino directo rem deſtruere, aut alienare; ac dominus directus retineret jus ad utendum re quandocumque tollatur impedimentum, e.g. ſi uſufructuarius cedat juri ſuo, vel ſi ob culpam aliquam jus amittatur &c. haec autem ſunt utilia domino directo: ergo.

222 Heinc apte conciliatur matrimonium divae Matris, & ceterorum cum voto caſtitatis, per mutuum pactum matrimonio ſubinſertum de ſervando perpetuo ejuſmodi voto: quoniam ſi obtineretur deinde voti diſpenſatio, & pactum ſubinſertum mutuo conſenſu reſcinderetur, maneret tunc obligatio ad copulam expedita. Poteſt ergo per matrimonium conferri alteri conjugi dominium directum, & radicale, ut aiunt, in corpus, retento dominio veluti utili in perpetuum, per pactum ſubinſertum de ſervando voto caſtitatis. (*b*)

223 QUAESTIO IV. Quiſnam dominio adquirendo idoneus? ADSERO. Per ſe ſe ſola & quaelibet natura ratione praedita; nimirum Deus, Angelus, homo. Quippe fundamentum omnis dominii eſt mens, & libera voluntas, quae ſoli naturae rationali inſunt. Ac deinde ille ſolus poteſt jus habere, qui capax eſt patiendi injuriam, uti eſt ſolum modo Deus, Angelus, homo. Deus ergo habet ſupremum dominium erga univerſas creaturas ratione creationis, Angelus habet dominium ad ſuas tantum actiones, & homo etiam ad res externas, maxime ad ſublunares, humanis uſibus ſubjectas ex illo, *omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus*, dummodo lege non prohibeatur. (*c*)

224 Heinc 1.° puer & perpetuus amens habere poſſunt plurium rerum dominium, ſed ligatum; quum ſint capaces liberae operationis ablato impedimento: ſiquidem ad perfectum dominium non exigitur facultas diſponendi omnino expedita, ſed ſufficit ligata. Sic enim pupillus habet dominium totius hereditatis paternae; quia ratione juris, quo

(a) De iis abunde *Leſſ.* tr. de juſt. & ju. c. 5. n. 12. & ſaepe alias.

(b) Favet *Viva* heic q. 3. n. 2.

(c) Conſ. *Leſſ.* cit. c. 4. n. 52. *Del.* d. 3. n. 1.

quo gaudet in hereditatem, poſſet ſufficienter de illa diſponere (*d*). 2.° omnes regulares Ordines, exceptis Capuccinis, & Minoribus de Obſervantia, habent in communi dominium rerum temporalium, aliquo tamen modo limitatum. Quia ſic eis a Jure conceditur. Conſtat ex *Trid.* (*e*). Nullus vero Religioſus in particulari, poſt emiſſam ſolemnem profeſſionem eſt capax ullius dominii in bona externa, quia ſic habetur ex eodem *Trid.* (*f*). Et haec quidem incapacitas provenit cunctis profeſſis tum ex Jure poſitivo eccleſiaſtico, tum ex natura profeſſionis, qua ſe in jus Ordinis tradunt (*g*),

225 Tum 3.° Clerici beneficiarii non ſunt domini bonorum immobilium beneficii; quia hoc pertinet ad coetum eccleſiaſticum, cujus membra ſunt, vel ad univerſam eccleſiam, quae ſola poteſt de illis diſponere (*h*). Sunt et vero domini ex integro reddituum beneficii; tum penes partem congruae ſuſtentationi neceſſariam, tum penes alia omnino ſuperflua; quia alioqui deberent reſcindi donationes, in quibus Clerici de hujuſmodi bonis diſponunt in pios uſus, quod hactenus non evenit. 4.° filius familias, etiam ſub patria poteſtate conſtitutus, eſt plurium dominus; itemque ſervus ſeorſim a poteſtate domini (*i*) (§).

OBJECTIONES.

226 Obj. *primo* contra 1. Illationem. Puer & perpetuus amens, nulli adquirendo dominio ſunt idonei. Nam 1.° dominium non adquiritur abſque acceptatione, & actu aliquo voluntatis ſaltem habitu, vel interpretatione tali; at horum illi ſunt impotes. 2.° ad dominium requi-

(*d*) Recole citt. *Leſ. Del.* & *Rhod.* heic q. 3. s. 3. §. 1.

(*e*) Seſ. 25. c. 3.

(*f*) Seſ. 25. c. 2. Conſule *Rhod.* §. 2. *Leſ.* cit. a n. 18.

(*g*) Ita *Leſ.* cit. c. 41. n. 71. contra Del. d. 3. n. 75. At de iis abunde *Suar.* ceterique DD. morales in commentariis de ſtatu religioſo.

(*h*) Conſentit cit. *Rhod.* §. 3. cum *Th. Mol. Nav.*

(*i*) De iis plura *Leſſ.* cit. a n. 7. & 13.

O B S E R V A T I O.

(§) IIs addunt plurimi ex ſchola calviniſtica Contraremonſtratium, dominium juſtum in poſſeſſionem hujus mundi ſolis electis competere. Quoniam, ajunt, Adamus innocens jus in mundum univerſum habuit, quod tamen peccato & ſibi & poſteris amiſit: in Chriſto tamen id electis reſtitutum eſt, minime reprobis, qui propterea injuſti poſſeſſores & uſurpatores ſunt bonorum hujus mundi.

Ceterum & inaudita, & heteroclita, & temeraria mihi eſt haec opinatio. Nuſpiam quippe vel ex ſacro codice, vel ex traditione, vel ex Patribus, vel ex placito gravium Doctorum condocemur, Chriſtum Dominum adventu ſuo fidelibus electis jus ad bona hujus vitae reſtituiſſe.

Quin immo ex *Joan.* 18. 36. edixit idem Dominus, de hoc mundo non eſſe regnum ſuum, adeoque nec electorum qua talium. Jus et vero in quod electi, ceterique fideles per Chriſtum reſtituti ſunt, proprie coeleſtia reſpicit.

Quid? quod haec nova ſententia cujuſcumque ſeditionis mater eſt. Quippe unuſquiſque facile ſe ex numero electorum eſſe eredet; hoc autem praetextu alios ceu poſſeſſores atque uſurpatores injuſtos ſuis ejiciet dominiis & poſſeſſionibus: unde quis non videat ſummam rerum confuſionem, omnemque cujuſque regiminis everſionem neceſſario conſequi? Abeant ergo hujuſce imaginationis novatores, quos merito exſibilaveris cum Remonſtrante ſeu Arminiano *Limborch.* in theol. chr. l. 5. c. 38. a §. 6.

quiritur poteſtas utendi, vel abutendi, qua illi carent ob privationem uſus rationis.

227 ℞. *N. Adſ.* ex Epiſt. ad *Gal.* 4. 1. Ad 1. prob. *N. Maj.* Poteſt quis inſcius, immo & adhuc non exſiſtens inſtitui heres, ac legatarius. Poteſt item reſp. transferre dominium in aliquem abſque ejus adceptatione, adceptante pro illo rep. Demum eatenus dominium reſidet in voluntate, quatenus in domino ſufficit capacitas, ſeu potentia volens, & libera, eſto ex adcidenti ſit impedita; hoc enim ipſo habent puer & amens jus, aut facultatem remotam, vel in radice, ut ajunt; adeo ut ſi libere operentur, uti poſſunt, pro libito re ſua utantur. Ad 2. *D. A.* requiritur poteſtas quam habent, & qua carent res irrationales, & inanimes, quapropter ſunt dominii impotes, *C.* proxima, & expedita, *N.* Quum procurator amentis nomine de hujus bonis diſponit, ſatis indicat, amenti competere bonorum jus, ſibique meram adminiſtrationem (*m*).

228 Obj. *ſecundo* contra ııı. Illationem. Clerici beneficiarii non ſunt domini reddituum beneficii penes partem ſuae ſubſtentationi omnino ſupervacaneam. Nam 1.° ita cenſent multi antiqui TT. & Canonum DD. cum Navar. Henr. Mai. Alenſ. Sot. &c. (*n*) tanquam conſonum CC. PP. & Canonibus, ex quibus ſaepe habetur bona illa ſuperflua eſſe patrimonium pauperum aut Chriſti, beneficiarios eſſe procuratores & adminiſtratores pauperum; furtum illos, & ſacrilegium committere, dilapidantes bona pauperum, nimirum ſuae congruae ſubſtentationi ſuperflua in uſus profanos impendendo. 2.° eccleſiaſtici jure communi prohibentur teſtari de redditibus beneficiorum: ergo abſque eorum dominio reputantur. 3.° fideles ea bona obtulerunt eccleſiae duntaxat ad miniſtrorum ſubſtentationem, Dei cultum, & opera pietatis, e. g. ad alendos pauperes, uti liquet ex iis, quae ſub initia eccleſiae gerebantur, & ex ipſa prima beneficiorum inſtitutione. 4.° ex oppoſito fieret, quod aeque libere poſſint beneficiarii de illis bonis diſponere, ac de patrimonialibus, non ſecus ac ceteri laici: quare non tenerentur graviter ſuperflua in pios uſus impendere, contra communem Patrum, & TT. ſenſum.

229 ℞. *N. Adſ.* In multis CC. & ſummorum Pontificum decretis ſtatuitur, ne beneficiarii in aliquot caſibus lucrentur, aut faciant fructus ſuos: uti certum ergo praemittitur, qod ceteri, ipſique in reliquis eventibus faciant fructus ſuos, & eorum dominio gaudeant. Ad 1. prob: ſecus alii ſentiunt, cum veteres, tum juniores cum *Adriano*, *Gerſ. Covarrub. Vaz. Mol. Leſſ.* &c. (*o*) Quocirca opinio haec eſt communis contra communem. Loquutiones illae intelliguntur pro priſcis temporibus, quum ſcilicet ante peractam bonorum eccleſiae diſtributionem clerici omnes religioſam ducebant vitam abſque ullo dominio: modo tamen totus beneficii fructus clerico datus eſt. PP per exaggerationem loquuntur, ut denotent obligationem in conſcientia erogan-
di

(*m*) Adeundus cit. *Del.* d. 3. a n. 15.
(*n*) Ap. Del d. 4. n. 1.
(*o*) Ap. & cum *Del.* cit. n. 2.

di pauperibus fructus ſuperfluos ; ſicut etiam dicunt ſaepe , laicos furari , ſi de ſuperfluis pauperes non alant .

230 Ad 2: prohibentur teſtari, non ex abſentia dominii ; alioqui reliquae ipſorum donationes invalidae eſſent , ſed ut promtiores ſint ad eleemoſynas erogandas . Et vero , exceptis Epiſcopis , beneficiarii de iis ut plurimum valide teſtantur . Ad 3: fideles non offerunt eccleſiae bona cum conditione ut imponatur juſtitiae obligatio ad eroganda ſuperflua pauperibus ; ſed liberaliter , ut de illis ſtatuat eccleſia quod expedire cenſeat : illa vero optimas ob cauſſas cenſuit , ut Clerici ſint illorum bonorum domini , cum ſola religionis, aut caritatis obligatione ipſa in pios uſus expendendi .

231 Ad 4. *N. Adſ.* Quamvis eccleſia in beneficiorum creatione plenum dominium Clericis adjudicarit , potuit illis praecipere , ut partem redundantem in pios uſus expenderent : id quod etiam evincit ratio ; ſiquidem reditus illi ſunt res Dei , Deo ſacrae , ad ipſum honorandum , non ſecus ac ſuppellex eccleſiae tradita : quare ejuſmodi eſt rerum earum natura , ut turpiſſimum ſit illas ad alios uſus , quam ad ſacros convertere . (*p*)

232 QUAESTIO V. Quaenam externae res dominio humano ſubjici poſſint ? ADSERO I. Generatim poſſunt per ſe ſe res omnes , de quibus licet homini diſponere pro libito ad omnem uſum , cui praeſtando res idoneae ſint . Conſtat ex notione dominii vulgo recepta . II. Nequeunt univerſim ſubjici res *inexhauſtae utilitatis* , ſic dictae quatenus non modo praeſtant uſum omnibus ſufficientem citra periculum diſſidii , immo & neceſſarium , ſed etiam nequeunt cum excluſione alterius occupari : cujuſmodi reputantur calor ſolis , aër , aqua profluens &c. Haec enim ad neceſſitatem omnium condita ſunt : eorum igitur uſus communis eſſe debet , omnibus utique ſufficiens , & neceſſarius . (*q*)

233 III. Quod ſpectat Mare vaſtum, ſeu Oceanum, hic ſub ratione integri vel totius , aut ſub ratione praecipuarum partium jure naturae liber eſt , nec poteſt occupari , aut humano ſubjici dominio . Quia enim tanta eſt ejus magnitudo , eaque ipſius indoles , ut inexhauſtae utilitatis reputetur ; omnibus videlicet ſufficiens & neceſſarius ad hauriendam aquam , ad piſcatum , ad navigationem . (§)

 IV. Ma-

(*p*) Conferendi *Leſ.* l. 2. c. 4. a n. 47. *Del.* cit. a n. 5. *Rhod.* cit. §. 3.

(*q*) Vulgatiſſima haec opinio ap. Recentiores *DD.* cum *Grot.* cit. de jur. b. & p. l. 2. c. 2. § 3. ejuſque interpr. *Coccej.* ad eum loc.

OBSERVATIO.

(§) ITa olim *Grotius* in diſſ. de mari libero, & in comment. de jure b. & p. l. 2. c. 2. §. 3. quibus nempe in famoſa controverſia elapſo ſeculo exorta , an mare liberum eſſet , aut in alicujus proprietatem abire poſſet , cauſſam promovere coepit foederati Belgii , quod , refragante Hiſpania , mare contendebat jure naturae & gentium liberum , atque adeo & ſibi libera ad Indos commercia .

Et vero alio deinceps Batavos adflante vento , & idem Grotius priorem ſententiam mul-

234 IV. Mare Publiciſtis *internum* dictum, quod nempe terrae interiora penetret, regnorumque littoribus concludatur (quo nomine minora veniunt maria, ut puta Adriaticum Venetis deſponſum, & quo pariter revocantur ſinus, freta, lacus &c.) occupari poſſunt jure gentium, humanoque ſubjici dominio. Liquet ex uſu conſtanti Romanorum veterum, aliarumque gentium perplurium. (r) Favetque non una ratio. Quippe ejuſmodi maria non ſunt inexhauſtae utilitatis, augent enim vel minuunt rerum pretia. Sunt itidem adceſſoria fundorum; atque adeo dominii peraeque capacia, ac ipſa territoria. Expenſis denique peculiaribus coluntur & conſervantur; quocirca eorum communio periculis, praejudiciis, damnis obnoxia foret non ſecus ac ſi territorium foret commune. Heinc

235 V. Mare Publiciſtis eiſdem nuncupatum *externum*, quod extima terrae ambiat, variaſque adluat regiones ac littora, a quibus varia ſortitur nomina (quo pertinent portus &c.) poteſt eodem jure in dominium primi occupantis abire. Uſus idem gentium, conſimilibus communitus rationibus rem demonſtrat. Quippe gentes maritimae poſt inventum navigationis uſum, ejuſmodi maria ſenſim occupaſſe repeţiuntur. (s) Et re ipſa quidem poſt occupatum territorium, & occupaſſe praeſumuntur adluentem oceanum, quatenus portubus opportunus eſt, aut inſtar munimenti ditioni neceſſarius; vel etiam ratione utilitatis, quatenus ex territorio ſuo cuſtodiri commode poteſt. (t)

236 QUAESTIO VI. Gaudet ne homo dominio in alium hominem? ADSERO. Gaudet quidem jure gentium & civili. Quoniam ex ſacris literis conſtat de variis ſervitutum generibus. Secus vero jure naturae; quippe omnes ejuſdem naturae ſunt, ab eodem parente, ac in eundem finem conditi. Neque vero ſervitus pugnat cum ratione, ſeu

multis poſtmodum limitibus quaſi littoribus circumſepſit: uti cuique diſſertationem cum cit. commentario de jure b. & p. conferenti plane notum eſt.

Quis tum vero ardente lite Grotii cauſſam ſcriptis defendendam ſuſceperit, nullus mihi occurrit; unus quippe *Theodorus Graswinkelius*, qui Grotio ſuppetias tuliſſe fertur, eas nec luci publicae, quod ſciam, commiſit, nec niſi poſtmodum ſubceſſu temporis lucubravit.

Immo vero grotianae ſententiae librum de mari clauſo ſub an 1636. Londini editum *Seldenus* oppoſuit pro gente ſua Anglicana contra Batavos; idemque liber epitomatorem habuit *Rivium*, fautoreſque cum *Strauchio* complurimos, plaudentes Seldeno, quem & ipſe modeſtiſſimus Grotius ubi ad librum pro certa eruditione provocat in commentar. de jure b. & p l. 2. c. 2. §. 2. *honorem Britanniae* Seldenum vocat.

Pacatis demum inter regna litibus, ſententiae Grotii, quae noſtra eſt, ceu veri ſimillimae quam multi merito ſubſcripſerunt, pluribusque illuſtrarunt cum utroque *Coccejo*, aliiſque Grotii interpretibus, quibus ea parte adcenſendus videtur cit. *Scervartz* par. 2. tit. 2. inſtruct. 1. §. 2.

(r) Eruditiſſimus hanc in rem *Grotius* conferri poteſt in cit. comment. de j. b. & p. l. 2. c. 3. §. 13.

(s) Subceſſivae hujus occupationis hiſtoriam contexuit *Puffendorf.* de jure nat. l. 4. c. 5. §. 8.

(t) Conf. *Grot.* proxime cit. §. 7. ſqq. cum notis ejuſdem aliorumque Interpretum. Adde *Scervartz* proxime laud.

ſeu praecepto naturali; ſed duntaxat cum primaeva naturae humanae conditione in ſtatu innocente; in quo utique iniquum plane foret, ſi alter ſervituti alterum ſubegiſſet; ajente *Auguſt.* (u) *ſervi nomen culpa meruit, non natura*.

237 QUAESTIO VII. Eſt ne homo propriae famae, ac vitae dominus; adeo ut poſſit impune ſemet interficere: aut ſaltem unus aliquis, e. c. reſp. aut ſummus Princeps gaudet dominio in cujuſpiam vitam? ADSERO I. Eſt homo dominus famae propriae. Quia enim ſibi eam vendicat, & auget, quemadmodum & res ceteras. II. Solus Deus omnipotens, haud quaquam homo, eſt propriae vitae dominus; ejuſmodi quippe dominium ſibi univerſorum Conditor ex integro vindicavit. (x) Heinc III. Nemo ullus eo gaudet dominio in vitam alterius hominis; Princeps etenim, aut reſp. poteſt quidem delinquentes interficere, ac ſubditorum exponere vitas in juſto bello; non autem ceu dominus illorum vitae pro arbitratu abſcindendae; immo potius ceu vindex criminum, & cuſtos boni publici a Deo O. M. conſtitutus. (y)

238 QUAESTIO VIII. Num in rebus, quae unico actu vel uſu conſumuntur, uſus, qui vocari conſuevit uſus facti licitus, poſſit reapſe a dominio proprietatis etiam imperfecto ſeparari? ADFIRMO. (z) Quia enim Fratres Minores etiam in communi nullum obtinent dominium in ea, quae unico actu vel uſu conſumunt, ut puta in ea quae comedunt, veſtiunt &c. quum totum in ea dominium penes ſummum Pontificem ſit; quemadmodum ſanxerunt Innocent. IV. Alexand. IV. Gregor. IX. &c. (a) Eſto Nicolao III. & Joan. XXII. (b) oppoſitum ſtatuere libuerit. Atqui actus ille licitus facti eſt jus aliquod; ceteroqui furarentur quum amicti procedunt veſtibus, aut cibo quolibet reficiuntur; quae nempe jure nullo agerent.

239 Quod vero hujuſcemodi uſus ſit ab omni dominio ſeparabilis, evidens internoſcitur exemplis convivae, ſervi, religioſi profeſſi in quovis ordine; hi quippe utuntur cibis, eorum dominio apud ſuos dominos penitus retento. Neque hic inſuper uſus Minorum eſt uſus juris, qui importare dicitur jus irrevocabile ad uſum, & uſuario, ut vocant, ſeu utenti competit; ſed uſus facti, qui non modo uſum praeſentem, aut actum ſolum deſignat, ſed jus utendi ex facultate a domino adcepta, ad nutum revocabile.

OBJECTIONES.

240 Obj. Fratres Minores haud exſercent ejuſmodi uſum abſque

 omni

(u) Civ. l. 19. c. 15.

(x) Haec pluribus mox perſequemur ubi de fortitudine.

(y) Haec vulgatiſſima Doctorum opinio ap. & cum *Leſſ. Del. Viva* &c.

(z) Cum *Leſſ.* de juſt. l. 2. c. 3. n. 32. *Eſpar.* heic q. 50. *Rhod* heic §. 1. ubi adlegat conſentientes *Suar Sanch. Bellarm.*

(a) Ex Cap. *Exiit qui.* §. *Nequicquam.* verſ. *Profecto*, ff. de verbor. ſignificat. in 6.

(b) In Extravag. *Quia quorumdam.*

omni dominio. Nam 1.° ex Jure habemus, legari non poſſe uſufructum rerum, quae ipſo uſu conſumuntur, abſque dominio (*c*) tum prohiberi ne uſus fructus perpetui ſint, ne pariter dominia exſiſtant inutilia (*d*) at Minoribus perpetuus eſt uſus fructus earum rerum: dominia igitur apud dominos inutilia ſunt. 2.° ex Tho. (*e*) in rebus uſu conſumtibilibus non diſtinguitur uſus a proprietate. 3.° uſus eſt jus utendi re aliqua, ſalva ejus ſubſtantia. 4.° ſi uſus pecuniae ſeparari valeat a dominio, poteſt quamoptime cuipiam conferri uſus pro pretio determinato, retento dominio, quod per novum contractum eidem vendatur: qua quidem ratione uſura fiet licita, tunc enim venditor aliquid ſupra ſortem uſurpabit. 5.° connatum Minoribus eſt dominium in conſervationem vitae eorum; quod plane haud aliter exſercent, quam per uſum earum rerum conſumtibilium. 6.° ex oppoſito fieret, quod qui panem Minori erogat, minus daret, minuſque mereretur, ac erogans religioſo alteri; huic etenim dominium quoque in panem traderet, non illi: item quod ſubripiens Minorum olera incurrit ex bulla Coenae anathema contra invaſores Sedis apoſtolicae.

241 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. & 2. prob: adductae leges ac Tho. loquuntur de uſu irrevocabili & ſimpliciter independente a nutu alterius domini, quo ſane Minores non potiuntur. Ad 3. *D.A.* uſus rei, uſu non conſumtibilis, quem utique conſiderant leges civiles, qua ſeparabilis eſt a dominio, *C.* rei uſu conſumtibilis, *N.* Ad 4. *C. A. Et N. Con.* Quippe dominium irrevocabile eſt pretio aeſtimabile, & qui novo illud contractu venderet, ſcorſim a valore, quo pecuniae uſus aeſtimatus fuerat, nihil ultra ſortem exigeret; pecunia ſiquidem una cum ejuſmodi dominio procul dubio aeſtimabilior eſt. Contractus iſte per ſe ſe honeſtus eſt, non autem uſitatus; & ipſe quidem uſuras facile palliaret.

242 Ad 5: heic ſermo non eſt de certis illis bonis, quae novit Deus eſſe ſimpliciter neceſſaria Minoribus ad vitam utcumque conſervandam; ipſis enim ad ea dominium eſt, aut jus naturae irrevocabile atque independens; ſed de bonis aliis, quorum uſus eſt duntaxat utilis, quo nempe vitam decenter tranſigant, aut conſervent. Ad 6. *N. A.* utrumque ſcilicet ejus membrum. Nempe primum, quia Minori erogans dat pauperiori, & perinde propter Chriſtum in ſummum Pontificem transfert dominium ſuum. Secundum vero, quia ad mentem Pontificum ſub clauſula *invaſores bonorum ſedis apoſtolicae*, non veniunt ſubripientes bona, quae uſui ſunt Minoribus, eſto ea, quod dominium ſpectat, Sedes apoſtolica ſibi vendicet (*f*).

QUAE-

(*c*) L. 2. ff. de uſufructu.

(*d*) L. *omnium*. §. *Conſtituitur* Off. de uſufr.

(*e*) P. 2. 2. q. 78. a. 1. O.

(*f*) Conſulendi *Suar.* t. 3. de relig. l. 8. c. 8. a n. 25. *Leſſ.* l. 2. c. 3. a u. 35. *Del.* d. 2. a n. 45. *Platel.* heic a n. 540. *Rhod.* de domin. §. 1.

Quae hac quaeſtione diſputavimus haud parum adferunt lucis ad alias plures de jure dominii diſcutiendas, ad eas praeſertim, Fratrum Minorum paupertatem concernentes, quas Doctoribus regularibus ſolitum eſt ventilare,

243 QUAESTIO IX. Quid de Juſtitia, quam natura cunctis dictavit gentibus, ſancta edocet fides? ADSERO. Praecipit, adamuſſim erga Deum & homines obſervandam eſſe, vetatque eam pro quovis eventu vel ne minime quidem uſpiam laedere. Conſtat paſſim e ſacro Codice. Sic enim ex *Exo.* 20. 15. *non furtum facies*, ait Dominus, hoc eſt ne injuſtus ſis adverſum bona temporanea proximi tui; ac *ibid.* n. 16. *non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium*; quod pugnat cum jure ad bonam famam; ibidemque c. 22. 12. indicitur reſtitutio damni, quo rei dominum quis adfecerit. Idemque ſub variis formulis tertia pene quaque pagina ferunt ſacrae literae. Ac ne prolixius in re patentiſſima immorer, illud unum obſervandum recolo Chriſti Domini reſponſum ad inſidiatores ſibi miſſos ab Scribis & Phariſaeis ex *Luc.* 20. 25. *reddite ergo quae ſunt Caeſaris Caeſari, & quae ſunt Dei Deo*, quo nempe, me judice, quidquid juſtitiae virtus ſuapte indole erga Deum & homines obſervandum exigit, compendio tradidit Magiſter divinus, commendavitque. (g) Ut mittam, ſaepe eandem virtutem commendari in ſacro textu, e. c. *Tob.* 14. 11. *Sap.* 1. 1. &c.

244 Nec eſt profecto quod *Patrum* traditionem innuam pro noſtro dogmate; nullus quippe eſt, qui dum in hac verſatur materia, ſacri textus veſtigiis non inſiſtat. Nec item CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS ex teſtimoniis Sapientum ethnicorum; ii ſiquidem una omnes in ſacram dogmatis veritatem, a natura edocti, conſpirant: ac illi prae primis, qui leges populis tradidiſſe feruntur, ut puta *Seleucus* Locrenſibus, *Mercurius* Aegyptiis, Scythis *Anacharſis* &c. (h) eas quippe fere cunctas tulerunt leges, quibus ad unguem ſervatis juſtitia penes omnes ſui partitiones ſarta tecta perpetuo conſiſteret, reſpectu habito ad deos ſuos, civiumque incolumitatem.

Jam vero ut praejactam de virtute Juſtitiae doctrinam leviore ſaltem calamo illuſtremus, nonnulla ſuppetunt & ſymbola & virorum juſtorum exſempla, e theſauro ſacrae vetuſtatis depromta.

(g) Conf. *ſacri Interpretes* in eum locum.

(h) Hos alioſque *ſupra* indicavimus ad Tom. III. p. 207. in Adnot.

MO-

CLASSIS VIII.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro virtute Juſtitiae cardinalis.

E RE LAPIDARIA.

1



Heic *Lazarus a Chriſto ſuſcitatus,*
candelabrum, domus, piſcis.

☧ CALEVIVS BENDIDIT AVIN TRI II OMV VBI
POSITI ERANT VINI * ET CALVILIVS ET LVCIVS IN * *bini*
PA COS STIL ** ** *Stilicone.*

Romae olim, uti ſupra ad Tom. IV. *p.* 317. *n.* 58.

Inſigniter dogmaticum jure adpellaveris hunc Lapidem, tot ulique ſacra, tamque praeclara dogmatum, virtutumque ſymbola praeferentem. Ex iis vero omnibus, quod rem noſtram ſpectat, trutinam illam ipſe ſuſpicio tanquam expreſſum aliquod juſtitiae ſignum, qua nempe laudatus Calevius excellenti furſan gradu eminuerit. Notum quippe eſt, etiam apud veteres obtinuiſſe morem deſignandi ſub typo trutinae, quae quod ſuum eſt rei cuique fideliter adpenſae dat, juſtitiae virtutem. Id quod confirmatum dixerim ex τὸ CALEVIVS VENDIDIT; ut enim auctor tituli ſepulcralis aequitatem & juſtitiam in ſuis venditionibus perſpicue & cum elogio praedicaret, trutinam ob oculos conſulto poſuiſſe haud temere credi poteſt.

TRISOMVS in ſepulcro Calevius dicitur, videlicet una cum duobus, Calvilio & Lucio primum repoſitis jacens & IN PACE quieſcens; triſomon quippe graece trium corporum ſepulcrum eſt, uti biſomon duorum, ac tetriſomon quatuor. De ordine interponendorum plurium in eodem ſepulcro cadaverum apud priſcos fideles nonnihil indicatum eſt *ſupra* ad Tom. V. p. 423. n. 12.

Marmoris aetas, ut vides, ad primum Stiliconis Conſulatum referenda eſt, Stiliconis, inquam, illius, qui, eſto alias ob praeclara geſta vir conſpicuus, turpem adtamen hiſtoriae materiem praebuit, ſceleſtiſſimam nempe in imperium generi ſui Honorii proditionem, quam denique detectam ulius eſt Imperatoris juſſu Heraclianus, Romae in foro pacis proditoris interfector ad an. 408. (Stiliconis inſidias, & damna ex eis in Imperium ac prae primis in Urbem aeternam ſubſequuta perpulcre, praeter alios, enarravit *Ludovic. Vives* in praemonit. ad libros XXII. S. Auguſtini de civ. D.)

Jam quis fuerit primo Stiliconis Conſulatui annus, ambigere quis poſſit. *Proſper* enim in continuat. temporum eum vult annum 402., atque alium alii. Verum acceptior Chronologis opinio cum *Baron.* cui & nos adhaeremus, Stiliconis & Aureliani Conſulatui adſignat annum 400. Ad hunc itaque ſpectat aetas Marmoris. VR

2 VR SICINVS ED QVINTILIANA
SE BIBI COMPARABERVNT
LOCO A MONTANV



Romae olim in coemeterio Cyriacae repertur Lapis a Boſio, ut teſtis eſt cit. Aringh. t. 2. p. 139.

Trutina, ut rurſum conjecto, in Marmore exſcalpta eſt in typum Juſtitiae, quam fortaſſe conſepulti (conjuges crediderim) intemeratam amaverint & exſercuerint, aut ſaltem eorum quiſpiam in publico munere conſtitutus; cui propterea in ſignum praemii jure donandi adhibetur Corona.

SE BIBI COMPARABERVNT LOCO. Hoc eſt *ſe vivi*, aut *ſibi comparaverunt locum* ubi ſepelirentur. Et haec quidem formula, ſeu ferme eadem occurrit ſaepius in lapidibus ſepulcralibus antiquioribus. Sic enim habet Conſtantis & Soſannae Marmor, *ſe. vivi. locum. ſibi. emerunt* ex Tomo IV. p. 26. n. 12. Sic Titulus Lete cum filiis ſuis *locum quem ſibi comparabirum*, hoc eſt *comparaverunt*, ex noſtro eodem Tomo IV. p. 435. n. 20. Sic perplura ſimiliter Epitaphia.

Haec autem formula, opinione mea, in laudem quieſcentium ſub ejuſmodi Epigrammatis referenda eſt. Probat enim illorum oblivionem, aut contemtum erga caducas, fluxaſque res hujus ſeculi, & contra intentam aeternis negotiis curam: memores quippe mortis, ſepulcra viventes pararunt ſibi, unde reſurrectionem promiſſam, coeleſtibus beandi gaudiis exſpectarent.

Porro Lapidem, ſenſu, ac ſymbolis inſignem inſcitia Marmorarii foedavit abſque dubio. Ego quidem eum ita lego, atque interpretor. *Urſicinus & Quintiliana ſibi*, viventes *comparaverunt* aut emerunt *locum*, ubi ſepelirentur, a quodam *Montano*, loci domino, aut curatore; quatenus nempe iis fortaſſe praefectus eſſet parandis, curandiſque locis aut loculis, in quibus cadavera fidelium ſub priora ſecula, ad quae pertinet Lapis noſter, ad romanas cryptas condenda occurrerent. De veteri diſciplina erga ſepulturas fidelium plura ex inſtituto alias.

Symbola indicavimus: unum aut alterum, miſſis plurimis, exemplum ſubjicimus.

3 IMP. CAES. FLAVIVS CONS
TANTINVS AVG. PACIS ET
IVSTITIAE CVLTOR *&c.*

Apud Hiſpanos olim in ade Moralesii, uti ſupra ad Tom. V. p. 419. n. 5. tradidique rurſum Gruter. p. 159. 4.

Pro-

Profecto quod Imp Conſtantinus vixdum ſacra chriſtianae religionis, coelitus adfulgente lumine, probe novit, probavitque, juſtitiae cultor, & eximius quidem exſtiterit, documenta propemodum innumera commonſtrant. Nonnullae praeprimis leges, reſcripta, literae, ſeu edicta, ut cetera ſileam, ab eodem condita pro juſtitia tuenda, vel reparanda.

E. c. literae, quas an. 313. dum moram ageret Mediolani, ad Anulinum Africae Praefectum dedit, quibus juſſit, ut decuriones, aut alii quilibet direpta eccleſiis bona detinentes, earumdem eccleſiarum rectoribus illico reſtituerent. Literas produxit *Euſeb.* hiſt. l. 10. c. 5. Lex deinde, qua praecepit ad jura ſua reſtitui in integrum ſanctos Confeſſores, qui propter Chriſtum exſilia, bonorum omnium exſpoliationes, infamiamve paſſi, exuti dignitatibus, exauctorati, ad ſervitia vel ad metalla damnati fuerant; tum SS. Martyrum facultates ad cognatos, vel ſi ii deſint, ad eccleſiam tranſire: haec ap. eundem *Euſeb.* qui in vita Conſtantini l. 2. a c. 20. piiſſimum reſcriptum legem continens, recitat, illudque refert *Baron.* ad an. 318.

Edictum inſuper graviſſimum de an. 325. adverſus Magiſtratus quoslibet veraciter & manifeſte incuſatos, quod aliquid geſſiſſent *non integre atque juſte*. Proſtat in Cod. Theodos. l. 4. de adcuſat. Illud praeterea ſub eodem an. adverſum advocatos, qui munus ſuum, juſtitiae ex integro ſacrum injuſte obirent. Exſtat in ipſo Cod. l. 5. de poſtu. Aliud itidem, eodem recurrente anno Beryti ſubſcriptum, quo prohibuit cruenta gladiotarum ſpectacula, quae nullus ſapiens non dixerit cum dominio in vitam hominis, quod uni competit Deo, aperte pugnare. Habetur in laud. Cod. l. 1. de gladiat. Et ipſum referunt cit. *Euſeb.* l. 4. c. 25. ac *Niceph.* hiſt. eccl. l. 4. c. 46.

At mea tamen opinione, Edictum omnium praeclariſſimum & prae ceteris in rem noſtram ſumma dignum laude, illud eſt, Mediolani editum an. 313. idibus januariis: quo nempe religioſiſſimus Princeps chriſtianis priſtinam ſacratiſſimae religionis libertatem reſtituit. Adfert Edictum inclytum *Euſeb.* hiſt. l. 10. c. 5. conſulendus etiam in l. 1. vita de Conſtant. c. 3. & in orat. de laudib. Conſtantini. Perpulcre quidem de hoc argumento *Lactantius* de mort. perſeq. c. 24. Conſtantinus, inquit, *ſuſcepto Imperio nihil egit prius quam Chriſtianos cultui ac Deo ſuo reddere: haec prima ejus ſanctio, ſanctae Religionis reſtitutio*.

Jam quod Auguſtus Imperator hoc uno edicto maximum divinae ac humanae juſtitiae adſertorem & vindicem ſe ſe praebuerit, quis jure inficias iverit? Peſſum quidem dederat jam ab incunabilis eccleſiae tyrannis ethnica per ſummam injuriam jura quaeque divina & humana: negati Deo vero externi cultus, millenis capitibus eidem debiti: negatum Chriſtianis jus ad profeſſionem religionis ſupernae, ad communem civium pacem & incolumitatem, ad bona fortunae adquirenda, ſeu retinenda, ad proprii nominis famam, immo ad vitam, non niſi juſſu ſupremi Numinis abſcindendam. In-

Inde immerito jacebat Chriſtiana gens, iniquiſſimis, cruentiſque vexationibus exagitata, & martyriis ferme perpetuis injuſtiſſime oppreſſa. Dum itaque hoc edicto Conſtantinus Chriſtianis religionem undequaque liberam, ac ſubinde vero Deo cultum debitum reſtituit, ſummi juſtitiae adſertoris & vindicis nomen, decuſque ſibi vendicat.

De legibus Conſtatini M. pro Chriſtianis, & contra Paganos & Judaeos plura Scriptores de laudibus Conſtantini, & veteres & recentiores, cum graeci tum latini, quorum cenſum copioſum habes ap. *J. Alb. Fabric.* in ſal. luce evang. c. 12. a p. 260. Sed & aliud nobiliſſimum de juſtitia pientiſſimi Principis Monumentum dat Titulus alter abſque dubio genuinus, quem mox producimus.

4

Intra fornicem a dextris	IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXIMO. P. F. AVGVSTO	*Intra fornicem a ſiniſtris*
LIBERATORI VRBIS	S. P. Q. R. QVOD INSTINCTV DIVINITATIS. MENTIS. MA	FVNDATORI QVIETIS
Ad unam Arcus faciem a dextris	GNITVDINE. CVM. EXERCITV SVO. TAM. DE. TYRANNO	*Ad eamdem Arcus faciem a ſiniſtris*
VOTIS. X	QVAM. DE. OMNI. EIVS. FA CTIONE. VNO. TEMPORE. IV	VOTIS XX
Ad faciem averſam in areola dextra	STIS. REMPVBLICAM VLTVS EST. ARMIS. ARCVM. TRIVM	*Ad faciem averſam in areola ſiniſtra*
SIC. XX	PHIS. INSIGNEM. DICAVIT	SIC. X

Romae ad radices Palatini montis in capite viae Appiae, ad utramque faciem in faſtigio Arcus triumphalis, Conſtantino Imperatori Maximo ob celebratiſſimam Victoriam de Maxentio ad pontem Milvium partam, a S. P. Q. R. dicati. Exſcripſi.

Perſpicis, reor, me tacente, Imperatoris Maximi juſtitiam QVOD TAM DE TYRANNO QVAM DE OMNI EIVS FACTIONE VNO TEMPORE IVSTIS REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS: quaſi legeris, BELLO. AEQVISSIMO. IVSTITIAE. SACRO. Nimirum ad an. 306. quo Eboraci in Britannia Conſtantius Chlorus Occidentis Imp die 25. Jul. fato functus eſt, Conſtantinus ex teſtamento patris relictus eſt ac jure ſuo creatus Imperator Occidentis, etiam qua talis militibus a patre commendatus (Lege *Lactant.* de mort. perſequut c. 24. ſq. *Euſeb.* de vit. Conſt. l. 1. *Paraxagoram* ap. Phot. cod. 62.) Continuo igitur Imperii clavum tenuit Conſtantinus, militiae, ceteriſque Britannorum, Gallorumque coetibus acceptiſſimus; ac pro ea, qua inſigniter pollebat, modeſtia & moderatione animi, pacifica praecelſi muneris poſſeſſione regnabat, ſolo Caeſaris titulo contentus, donec anno inſequenti d. 31. Mart. ab Herculio Maximiano Auguſtus eſt

pronuntiatus. (Vides sis *Euſeb.* hiſt. l. 8. c. 16. & in vita Conſt. l. 1. *Gallican.* paneg. 4. in eundem Conſt. *Baron.* ad an 306. n. 7. J *A. Fabric.* in luce evang. ubi de chronol. vitae Cuntantini M. ad an. 307. p. 267.)

Ecquis autem ex praejactis legitimum Conſtantino imperium jure adjudicandum non concludat? Unus tamen interea fuit Maxentius, Herculii filius (quod contra Baron. ſatis probare videtur *Pag.* in crit. ad an., ni fallor, 307. cui & cit. *Fabric.* adhaeret) qui aegerrime ferens, ſe ad imperium Conſtantino, alias Galerio Maximiano ejus ſocero magnopere inviſo, poſthabitum eſſe, Imperium illico invaſit, & Romae, praetorianis militibus faventibus, Imperatur adclamatus eſt an. eodem 306. VI. vel VII. Kal. Oct. Nec tum pacem illi a Conſtantino oblatam admiſit; immo enim habere collegam Imperii recuſavit; atque adeo dictis & factis infenſum ſemper ſe illi hoſtem exhibuit. (*Conf. Nazar.* in panegyr. *Lactant.* de murt. perſeq. c. 26. & 44. *Zoſim.* hiſt. l. 2. *Victor* hiſt. in Maximiano)

Sed enim immani monſtro ſimilem dixeris invaſorem hunc & reapſe tyrannum. Quantum is imprimis pietatis & manſuetudinis ſimulavit, ut & chriſtianus, & ceteras Occidentis gentes ethnicas ad partes ſuas pertraheret, ſatis indicant cit. *Euſeb.* l. 8. c. 26. *Optat.* l. 1. contra Parmen. *Aug.* in brevic. poſt collat. diei 3. c. 13. alii. Quantum deinceps toto ferme quinquennio ſaeviſſimae indulſerit tyrannidis crudelitati, & in Chriſticolas, & in reliquas pene quaſque Imperii invaſi perſonas, diſerte ferunt ubi de Maxentio ſermonem habent, *Nazarius*, *Gallican. Oros. Eutrop. Victor*, *Socr. Sozom.* alii. Nec cuipiam is benignus erat, ſi milites exceperis, quibus utique, inſane tamen, illud frequens ingeminabat, *fruimini*, *diſſipate*, & *prodigite*.

Ea tamen ſaevitiae pene incredibilis ſunt, quae ſub postrema tyrannidis tempora geſſit Maxentius adverſum Romanus cives. Videres, ejus juſſu Senatorum & maxime nobilium matronas publice abſtrahi, atque ad ſuam deduci libidinem, & poſt adulteram contaminationem conjugibus reſtitui: deinde vagari armatos milites per plateas totius Urbis, ut omnes cuiuscumque aetatis & ſexus, qui occurriſſent, gladiis indiſcriminatim caederent, cum ingenti ac luctuoſiſſima Romani populi clade: tum ad probanda experimenta, ab arte magica, quam ſummis ſtudiis excolebat, dictata, nobiles matronas gravidas perquiri, funeſtiſque ſacris adhibitas diſſecari medias; earum ſaepe ſociis parvulorum infantum catervis.

Horret plane animus plura id genus perſequi. Nec ea vel commemorare juvat exquiſitiſſima tormenta, quae ſub eius tyrannide Romae Martyres pertulerunt. Tanto igitur deploratiſſimae ſervitutis pondere Romani oppreſſi, Conſtantinum, qui tum quiete prudenterque regendis populis ſibi a patre relictis totus incumbebat, interpellant, enixisque precibus per legatos deprecantur, velit Romam, ſelectis communitus copiis venire, ut devicto Maxentio cum factionibus ſuis, adflictiſſimae

ſimae reipublicae priſtinam libertatem reſtituat, & in poſterum ſub ejuſdem imperio quieſcat & floreat. (Haec fuſe narravit *Euſeb.* laud. poſt citt. *Lactant.* & *Nazar*.)

His optimus Imperator, re mature perpenſa, *nec ſine inſtinctu Divinitatis*, lubens adnuit, exſercitum parat, bellum Maxentio, eiuſque factionibus indicit, coelitus per viſum de victoria certior factus: tyrannum numeroſiſſimis ſuperbum copiis cominus ad Urbis moenia adoritur, eumque poſt varias belli fortunas in profluentem Tiberis demerſum glorioſe devincit d. 27. Oct. an. 312. qua tandem victoria parta aeternam Urbem triumphator ingreſſus & *Liberator Urbis*, & *Fundator quietis* ſummis plauſibus proclamatur, atque in marmore deinceps ſcalpitur aeternum victurus. Conſtantinus itaque bello eiusmodi tyrannum provocans & profligans, *juſtis rempublicam ultus eſt armis*, immo ſublimioris juſtitiae immortale exſemplar univerſae poſteritati reliquit: quod quidem & alter ex ethnicis illis triumphatoris Herois noſtri Panegyriſtis adpoſite ſubindicavit.

Iis iam vero pro merito Conſtantini, auguſtis Marmoris noſtri ptaeconiis adprime conſono praelibatis, ad ulteriora in rem noſtram progredimur. Et primum quidem Inſcriptionem celeberrimam complurimi retulerunt cum *Grut.* p. 282. *Baron.* ad an. 312. n.60, ibidemque in critica *Pag.* n. 8. *Ciampin.* de aedif. ſacr. a Conſtant. conſtruct. c. 7. &c.

Quod inſuper Tituli, eiuſque adjunctorum aetatem ſpectat, eam nonnulli reticent cum cit. *Baron.* Conſentiunt tamen Eruditi recentiores, ſequuti *Noriſium* diſſ. de numiſm. Licinii Aug. c. 3., arcum triumphalem (atque adeo, ut nullus dubito, Titulos omnes eidem adfixos) erectum fuiſſe in ipſis Conſtantini Decennalibus, an. 315. ex vulgari ſententia celebratis, vel, uti placet *Pagio*, an. 216 Quod quidem criticis manifeſte indicat τὸ VOTIS X, de qua formula, uti & de reliquis literato Marmori adjectis nonnihil iamiam diſſerimus.

Videlicet τὸ VOTIS X. deſignabat apud Romanos ethnicos annum, qui decimus eſt ab anno natali Principis, quo nempe is Imperator ereatus eſt; eo nempe feſta ſingularia celebrabantur, in quibus Imperator certa vota ritu magnifico diis nuncupabat ſuis. Ejuſmodi votorum exſemplar adtulit *Tertull.* l. de cor. mil. c. 12. „ Ecce, inquit, annua votorum nuncupatio (*ab Imperatore facta*) quid videtur? Prima in principiis (*Imperii*) ſecunda in Capitoliis. Adcipe poſt loca, & verba: Hunc tibi Jupiter bovem cornibus auro decoratis vovemus eſſe futurum. „

Id ipſum haud obſcure explicant nonnulla veterum Impp. Numiſmata. Illud imprimis e. c. Severi, quod in poſtica habet, VOTA PVBLICA SVSCEPTA; & clarius aliud Antonini Pii, in parte averſa praeferens, VOTA SVSCEPTA DECENNALIA, & VOTA SOLVTA DEO.

Pari itidem ratione τὸ VOTIS XX. annum denotat viceſimum a ſuſcepto Imperio, hoc eſt an. 325. vel 326. quo Conſtantinus vota, ſeu feſta

ſta Vicennalia editurus ſperabatur tum quum edidit decennalia. De hac item formula ſuppetunt adhuc exſempla plurima; praeſertim in Numis veterum Impp. quae ap. *Bandur. Mediobarb.* ac ceteros pene Scriptores numographos videre licet.

Jam obſervandum iubet cit. *Pag.* ad an. 312. n. 9. Imperatores plerumque triumphos diſtuliſſe uſque ad annum Quinquennaliorum vel huiuſmodi feſtorum, ita ut eodem anno triumpharent, celebrarentque Decennalia, aliave id genus feſta: tum eiſdem annis, quibus ederent Decennalia, arcus in honorem eorum de more erectos, & victorias, quas antea reportaſſent, numis inſculptas fuiſſe. His ergo (quae tamen quiſpiam poſſit in dubium iure vertere) praemiſſis tanquam certis, conſtat manifeſto, quod licet Conſtantinus poſt devictum Maxentium illico triumphaſſet ad an. 312, arcus vero triumphalis cum adiectis Inſcriptionibus, eius victoriae, triumphoque ſacer, non niſi in eiuſdem votis, aut feſtis Decennalibus conſtructus eſt.

Noſtrae praeterea formulae SIC. X, SIC. XX, Conſtantino & Licinio imperantibus primum uſurpatae, frequenti poſtmodum in uſu fuere. Eas heic legimus in laudem Conſtantini; eaſdemque cit. *Noris.* in honorem Licinii profert ex egregio, quem commentatur, eiuſdem numo. Formularum vero ſignificatus aut ſenſus, hic eſt apud *Pag.* SIC. X, SIC. XX., nempe *vota decennalia ſoluta ſunt. Vota vicennalia nuncupata pariter*: hic autem ap. *Noris.* SIC. X, SIC. XX, ſcilicet *ſicut X feliciter acta ſunt, ſic XX feliciter peragantur.* Alios vide ſis apud Interpretes ſiglarum veterum; nec recolere pigeat, quae ſuper id genus interpretationibus aut potius hariolationibus plerumque, ſupra praemiſimus ad Tom. II. p. 259.

Ergo ne, ſubinferat quiſpiam ex hucuſque traditis, in Conſtantiniano hoc negotio omnia more, rituque pagano peracta ſunt? Omnia quippe purum putum paganiſmum praeferre videntur; & vota quidem aut feſta decennalia, & vicennalia, & tota arcus moles & conſtructio cum formulis, ſacrificiis, triumphis, profanae religionis mores, ritus, ſacra portendentibus: abſque ullo quidem veſtigio aut umbra ſigni Crucis, vel alterius Myſterii coelitus revelati. Ergo ne etiam tum Imperator, placere adhuc amans paganis, horum ritibus utebatur, ac plauſus, votaque paganorum admixta ſuperſtitionibus lubens adripiebat, ubi chriſtianae religioni impenſe addictus videbatur?

Hiſce tamen ſubillationibus ardenter reſiſtunt orthodoxi laudatores Conſtantini cum *Euſeb.* & *Baron.* adverſum ethnicos cum criminatore *Zoſimo*. Et *Euſeb.* quidem in vit. Conſt. l. 1. c. 41. exinde chriſtianam Auguſti pietatem vindicat, quod & primum triumphum egerit, & decennalia ediderit, non ethnico more, ſed omnino chriſtiano, quippe qui eos anni decimi ſui imperii „ dies feſtos ſollemnes & publicos celebrare, preceſque, quibus gratias ageret tanquam ſacrificia quaedam ignis & nidoris expertia, Deo omnium Regi dicare coepit „ Idemque *Euſeb.* c. 33. praemiſerat, primum triumphum celebraſſe Imperatorem ſo-

ſolis precibus & gratiarum actione ad Deum, ceu eiuſmodi Auctorem unicum; ipſumque abſolviſſe cum promulgatione virtutis, inſitae ſalutari ſigno Crucis Chriſti.

Baron. inſuper ad an. 312. n. 62. (praeter argumenta alia, a prudentia Principis & Senatus Romani petita, nec non a conſtructione arcus triumphalis Conſtantini ex monumentis victoriarum M. Aurelii Imp. aliiſque profanis.) chriſtianas Principis virtutes ſagaciter, pieque reperit in verbis illis noſtri Tituli, INSTINCTV. DIVINITATIS, quae nempe vel idem ſuggeſſerit Auguſtus, vel ad eius mentem diſerte expreſſam S. P. Q. R. inſculpenda curaverit: quaſi vero chriſtianum hunc ſenſum ea tacite referant verba: Non ope falſorum numinum, quae caeca colit Gentilitas, ſed inſtinctu, aut adflatu ſuperno, ſigni Crucis interventu, Divinitatis, ſeu Dei unius & veri, glorioſiſſima haec victoria parta eſt. Id quod & nos *ſupra* indicavimus ad Tom. II. p. 25. ubi hac de cauſſa Inſcriptionem inter chriſtianas recenſendam duximus. Haec itaque bina capita qui certa putes, facile Conſtantinum & dictis & geſtis in his omnibus, quae indicavimus, ab omni pagana ſuperſtitione excuſaveris.

5 HOC RECVBAT TVMVLO NVPER CONFOSSVS IN ISTO
VIR HVMILIS FORMAQVE MICANS DVM VIVERET AEVO
HILDERAMNVS ERAT PROPRIO DE NOMINE DICTVS
QVEM DOMINVS VALLIS DE NOCTE VOCAVIT AD ASTRA
AETERIA FELIX IVDEX IN ARCE LOCATVS
IVSTVM IVDICIVM LEGEMQVE TENEBAT IN AVLA
HVIC FVERAT CONIVX ALTA DE GENTE CREATA
SAGINTRVDA FERE PROPRIO DE NOMINE DICTA
ANTE PEDES TVMVLATA VIRI CVM PACE QVIESCIT
O FACTOR HOMINVM HIS NVNC MISERERE ALVMNIS
ANNO INCARNS D. N. I. X. DCCCCII. INDIC. VI.

Mediolani in S. Vincentii ap. Murat. p. 885. 6. e ſchedis ſuis.

Vides inſignem Hilderamni, humilis & nobiliſſimi Viri juſtitiam; qui nempe cum laude dicitur in Epigrammate *felix Judex juſtum judicium, legemque in aula tenuiſſe.* Is fortaſſe ſupremi judicis munus in aula Principis juſtiſſime omnium votis obierat.

HIC

6 HIC POPVLI LEGES SAXI SVB MOLE SEPVLCRI
HIC IVS PAXQVE IACENT, HIC PATRIAE AVXILIVM
HIC CVBAT ALA SCVTVM DOLOR LACRYMAEQVE REPOSTAE
HIC OCVLVS CECI HIC PIETAS VIDVAE
PES CLAVDI VESTIS NVDI SOLAMEN EGENI
NOSTER ADALBERTVS DVX BONVS ATQVE PIVS
GENTIBVS EXTERNIS TIMOR ATQVE PAVOR METVENDVS
MILITIBVS PROPRIIS GLORIA SVMMA SVIS
QVAM FORTIS FVERIT NOVERVNT VLTIMA THVLE
QVA BONITATE FVIT DICERE LINGVA NEQVIT
IN SEXTO DECIMO SEPTEMBRE NOTANTE CALENDAS
HIC POSVIT MEMBRA FVNEREO GEMITV
QVISQVIS LEGIS TVMVLVM CVLPARVM FACTA SVARVM
ANTE DEVM RECITA IN PRECIBVSQVE IVVA *A.C. circ. 916.*

Lucae in S. Martini ap. eundem Murat. p. 1820. 5. *ex Florentinio.*

Adalbertus hic, virtutum praeſtantia conſpicuus Vir, qui primo omnium loco a juſtitia commendatur in hocce medii aevi Marmore, II. fuit Tuſciae Dux, cognomento *dives*, qui ad plures abiit an. circ. 916.

CAPUT TERTIUM
de Fortitudine.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICO-CRITICA
de Erronibus in Fortitudinem.

HISTORIA POLEMICA. 245 EOs huc loci plurimos recenſendos duximus, qui Autocheiriam, vel ſui met occiſionem ceu Viri fortis peregregium facinus a cardinali fortitudine mire profectum aut dictis, aut geſtis adprobarunt. Quippe quum propricidium, quo ſibi quis exſitiales infert manus, omni honeſtate careat, immo ſuapte natura per ſummam rei ſaevitiem & inſaniam a recto quolibet longis paraſangis exorbitet; contra vero fortitudo nihil non arduum, ſimulque adprime honeſtum amet, ac prodat; huic potius injurii & hoſtes infenſi, quam encomiaſtae audiendi ſunt, qui Autocheiriae laudes deferunt. Itaque

Ex Paganis I. *Brach-*

I. *Brachmanes Indi* exſitialem hanc ſententiam tenuerunt ex animo; ſubinde vero corpus igni vulgo committebant, ut puriorem ſecernerent animum a corpore, atque laudibus eximiis adcumularent. Hos ipſos deinde vita functos felices praedicabant parentes, aliique ſocii ſuperſtites, velut eo facinore immortalitatis ſedem ſortitos. (*a*)

II. *Gymnoſophiſtae* pariter Indi, Brachmanium adfines eandem animis confoverunt ſententiam; utpote ſe in ignem conjicere ſoliti. (*b*)(*)

III. *Legum latores Japonum* legem condiderunt autocheiriae magnopere faventem; & ei quidem eo conatu, immo & alacritate animos ſuos conformarunt hucuſque Japones, ut mors ſpontanea per undas, praecipitia, rogum, laqueum, enſem, famem &c. vulgariſſima juxta ac frequentiſſima ſit; multiſque laudibus; atque honoribus peno divinis celebrata (*c*).

IV. *Celtae Hiſpani*, Druidarum ſuorum dogmatis imbuti, in deliciis, ſummoque honore autocheiriae habebant uſum. Id quod *Silius Italicus* (*d*) ita cecinit,

„ Prodiga gens animae & properare facillima mortem,
Namque ubi tranſcendit florentes viribus annos,
Impatiens aevi ſpernit noviſſe ſenectam,
Et fati modus in dextra eſt. „

V. *Athenienſes* lege lata adprobarunt autocheiriam quandocumque rationes ad eam cogentes Areopago probarentur (*e*).

V. *Pla-*

(*a*) Legito *Porphyr.* de abſtinent. l.4. ſub fin.
(*b*) Ex *Clem. Alex.* Strom. l. 4. c. 2.

ADNOTATIO.

(*) Enim vero non omnium ſapientum Judorum haec opinio fuit; quippe, ſi *Megaſthenem* audias ap. Strabon. l. 15., apud aliquam illorum ſcholam reprehenſum eſt Calani facinus, quum videlicet praeſente Alexandro & ejus exſercitu ut contemtum doloris & mortis palam oſtenderet, vivus ultro in rogo ſe comburendum praeſtitit. Recole *Aelian.* var. l. 2. c. 14. §. 5. 6. Quia enim eorumdem placitis exitus hujuſmodi hominum vitae impatientium minime probabatur.

Nec ab iſta quidem alienam putarunt aliqui Perſarum veterum ſententiam, freti utique eorum Regis Darii effato celebri ap. *Q. Curt.* l. 5. c. 12 „ alieno ſcelere, quam meo, mori malo „ Anne vero opinio Perſis vulgo adtributa ex eo Darii effato recte atque legitime ſubinſeratur, cenſeant doctiores viri.

Sed Indis tamen bene ſapientibus mox laudatis merito adcenſendi Philoſophi illi, de quibus *Seneca* epiſt. 70. haec habet „ invenies etiam profeſſos ſapientiam qui vim adferendam vitae ſuae negent, & nefas judicent ipſam internecionem ſui fieri: exſpectandum eſſe exitum, quem natura decrevit. „

Quae ſane ex noſtris adpoſite confirmat *Procopius* VI. ſecul. hiſtoricus, Gottichor. 4. ap. hiſt. miſcell. c. 12. ſic diſſerens „ violentus vitae exitus res inutilis, & plane inſipientis impetus; & illa in mortem ferens audacia, quum conſilio careat, prudentibus judicatur immerito ſibi fortitudinis nomen uſurpare. Tum vero & illud judicandum, ne in Deum ſitis ingrati. „

(*c*) Conf. *Baelius* in lex. art. *Japon.* tum *Hiſtoria* itinerum tom. 40. & *Engelbert. Kemfer.* hiſt. Japon, t. 2. p. 69. ſq.

(*d*) L. 1. belli ſecundi punici.

(*e*) Conf. *Le Gendre* tr. de opinione t. 2. c. ult.

V. *Plato* & *Ariſtoteles* nullam in authocheria vel propricidio pravitatem agnoverunt; quippe qui viro probo licere exſtimarunt. (*)

VII. *Stoici* cum *Zenone* patre quodam veluti furore abrepti inſaniiſſe feruntur in tuenda ferali opinione de probitate autocheiriae. Homines ergo hac in re maxime inſipientes, eſto alias quibuſcumque ſapientibus ferme pares, tempus illud, in quo autocheiriam honeſtam arbitraban-

ADNOTATIO.

(*) ITA de placito utriuſque Philoſophi acatholicus *Lambertus Danaeus* in eth. chriſt. l. 2. c. 13. eo tamen temperamento adjecto, quod Juris conſulti poſuerunt l. *Qui rei.* §. *Papinianus.* ff *de bonis eorum, qui ante ſententiam latam mortem ſibi conſciverunt*, & l. *Si quis aliquid.* §. *Miles.* ff. *de poenis*: ubi nempe ea tantum voluntaria & violenta mors plectitur, atque adeo vitio vertitur, quam quis ſibi conſciverit delicti conſcientia: reus videlicet jam poſtulatus & pene convictus; quatenus, ut jura loquuntur, fati celeritas non debeat eſſe crimini obnoxia, ſed conſcientiae duntaxat metus.

At utrumque tamen ethicae philoſophiae antiſtitem ab hac labe praenobiles ſcriptores vendicant cum *Raynau.* t. de virt. & vit. l. 3. s. 3. n. 125. poſt *Lipſium* & nonnullos ex Platonicis & Peripateticis; afferentibus nempe ex commentariis utriuſque antiſtitis, ipſorumque interpretum loca, in quibus illi oppoſitam tenuiſſe ſententiam videantur.

Et Platonem quidem aperte videntur defendere ex ſchola ſua *Plotinus*, *Olimpiodorus*, *Macrobius* ubi de ſomno Scipionis; quippe qui ex *Seneca* l. 3. de ira c. 15 veritatem huic errori adverſantem contra Stoicos ſtrenue propugnarunt. (Conferendus in hanc rem *Puffendorf.* de jure nat. & gent. l. 2. c. 4. §. 19.) Nec ipſi, crediderit quiſpiam, cum Stoicis non convenirent, ſi iſtorum opinionem a Platone ſuo excepiſſent.

De eodem inſuper Platone ex ejus l. 9. de legib. illa prae primis commendatur lex, quae de qualitate ſepulturae pro iis, qui manu propria intereſſent, haec ſtatuit „ ſepultura vero primum iis ſolitaria fiat, in qua nemo alius condatur; deinde iis in locis ſepeliantur, qui de duodecim regionis partibus ultima, vaſta, illaudabilis ſit, ut ſine nomine, ſine cippo, ſine inſignibus condantur „ Putabat ergo ejuſmodi mortem per ſummum nefas perpetratam eſſe.

Quod deinde Stagiritem ſpectat, is plane l. 3. ethic. c. 7. ſcripſit, mortem ſibi conſciſcere ob fugiendam paupertatem, amorem, aut moleſtum aliquid, fortis hominis non eſſe, ſed potius timidi: tum l. 5. c. 11. tradidit, legibus non eſſe juſſum, aut permiſſum, ut quiſpiam ſe ipſum interficiat; quod ſi vero id egerit, reip. injuriam oſtendi, & ignominia a legibus conſtituta adfici. Tenuit itaque & eam actionem a fortitudine minime oriri, & injuriam eſſe reip. & dignam quae ignominia adficiatur, atque adeo turpem eſſe atque inhoneſtam.

Nihilo tamen ſecius, ſi ad Platonem orationem convertamus, *Olimpiodoro* teſte in ſomn. Scip. ni fallor, ex ejus doctrina & ſenſu colligitur, ſaepe pro autocheiria honeſta cauſſam & neceſſitatem occurrere: in iis nempe eventibus: 1.° ſi Principi aut Reip. conveniens mors noſtra ſit; 2.° ſi quis rixarum & diſcordiarum ſe cauſſam exiſtere experiatur; 3.° ſi effreni aliqua perturbatione, quaſi contrarietate quadam ſe impotenter abreptum agnoſcat; 4.° ſi eo ſcelere & contagione vitii ſe pollutum ſentiat, ut aliis futurus ſit pernicioſus; 5.° ſi extremam inopiam, aut morbum corporis deploratum patiatur. Ergo in pluribus ſaepe numero in mortalium vita occurrentibus propricidium temere, ut vides, admiſit Plato.

Si ad Ariſtotelem praeterea redeamus, *Stobaeus* quidem in eclog. eth. c. 4. §. *Peripateticorum*. adfert, ex horum decretis perfectos recte vitam abrumpere, recteque eam ſtultos conſervare; quod nempe ſapientibus, perfectionem unique adeptis, volupe eſſe debeat mori, ſtultis autem proroganda ſit vita donec perficiantur & ſapientiae attingant verticem.

Tum *Auguſtinus* l. 19. civ. c. 4. prodidit ex Varrone, videri de ſententia Peripateticorum, quin eorum ducem Ariſtotelem excipiat, & veteris Academiae, fas eſſe cuiquam in gravi calamitate ei ſe per occupatam ſponte mortem ſubducere.

His

bantur, vocabant εὔλογον ἐξαγωγήν, hoc eſt exceſſum rationi conſentaneum (*f*) Additque *Petr. Victorius* (*g*) hunc loquendi modum deſumtum eſſe ex Platone, apud quem in Phaedone ἐξάγειν ἑαυτὸν ſignificat ſe ipſum ex hac vita educere veluti e cuſtodia.

Plane cit. *Laërt.* ex ſententia Zenonis juſtas adcerſendae mortis cauſſas ad tria genera revocavit, ubi inquit,, juſte & cum ratione ſapientem educturum ſe ex vita dicunt; vel pro patria & amicis; vel ſi in acerbis doloribus verſetur, itemque in membrorum mutilatione, vel morbis aegre curandis „ Quod autem membrorum mutilationem ſpectat, Zeno idem facto cum aliis pluribus mox notandis confirmavit.

Feralem praeterea Magiſtri doctrinam quaſi aenigmatice ſcriptis tradidit ſapientiſſimus *Epictetus* (*h*) in haec verba „ caput rei memento, quod janua ſit aperta, nec eſto pueris timidior; ſed ut illi quum aliqua re non amplius delectantur, dicunt, non ultra ludam; ſic tu quum talia aliqua videbuntur, dic, jam non ludam, & deſiſte „ Clarius vero (*i*) ubi Platonis doctrinam, quam nuper audivimus ab Olimpiodoro, amplecti videtur & exponere. (*k*)

At prae ceteris quibuſqueStoicis eandem luculentius ediſſerit & inculcat perdoctus *Seneca*. Hic enim pro honeſtate autocheiriae complures cauſſas juſtas identidem adferre geſtit. E. c. vitationem graviorum aerumnarum (*l*) triſtiorem inopiam (*m*) extremam ſenectutem, quae morbis adflictari & inutilis eſſe ſolet (*n*) & alias alibi (*o*).

Praeſtat denique intimum Auctoris ſenſum perſpicere vivis ab eodem depictum coloribus (*p*) in haec verba „ Quid gemis demens, quid exſpectas, ut te aut hoſtis aliquis per exitium gentis tuae vindicet, aut Rex a longinquo petens advolet? Quocumque reſpexeris, ibi malorum finis eſt. Vides illum praecipitem locum? illac ad libertatem deſcenditur. Vides illud mare, illud flumen, illum puteum? Libertas illic in imo ſedet. Vides jugulum tuum, guttur tuum, cor tuum? Effugia ſervitutis ſunt. Nimis mihi, inquies, operoſos exitus monſtras, & multum animi ac roboris exigentes. Quaeris igitur quod ſit ad libertatem iter? Quaelibet in corpore tuo vena. „

His jam vero utrimque perpenſis, veriſimilius mihi videtur, Ariſtotelem (quod ex ejus doctrina conſtet) verum tenuiſſe, putantem videlicet, autocheiriam ſemper eſſe reip. injuriam, & dignam vituperio; non ita Platonem, adſerentem utique illam ſaepe numero haberi honeſtam, contra veritatem de inhoneſtate autocheiriae quacumque ex cauſſa, ſecluſo Dei vitae, neciſque Domini juſſu, aut inſpiratione, admiſſae. Atque adeo non immerito erronibus hic adnumeratur Danaeo; quidquid *Rayn.* cit. nimium ardenter contra eum par illud nobile Philoſophorum vindicandum ſuſcéperit.

(*f*) Conf. *Laërt.* de vitt. Phil. in Zenone, & *Aphrodis.* de anima l. 2. prope fin.

(*g*) Variar. lect. c. 11.

(*h*) Ap. *Arrianum* ejus diſcipulum in excerptis differt. 1. c. 24.

(*i*) Ibidem diſſ. 2. c. 6.

(*k*) Conf. *Lipſius* manuduct. 3. ad ſtoicam philoſ. diſſ. 22.

(*l*) Epiſt. 70.

(*m*) Epiſt. 2.

(*n*) Epiſt. 58.

(*o*) Ut puta epiſt. 12. 17. 24. 59. 71. 78.

(*p*) De ira c. 15.

Hem quam crudelis ſenſus! quam immania verba! Porro, ut cum *Petrarcha* loquar (q) *mirari cogit Seneca, unde tam triſtis ſententia tanti viri pectus invaſerit*.

VIII. *Academia vetus* honeſtatem autocheiriae, qua quis ſe gravi calamitati ſubducat, pariter admiſit (r)(*).

IX. *Tullius Cicero*, ſecta Platonicus, ſtoicae necis luto adhaeſiſſe incuſatur ex iis, quae habet (s) ita differens „ quum ab iis, quae ſecundum naturam ſunt, omnia proficiſcantur officia, non ſine cauſſa dicitur ad ea referri omnes cogitationes noſtras, & in iis exceſſum e vita, & in vita manſionem. In quo enim plura ſunt, quae ſecundum naturam ſunt, hujus officium eſt in vita manere; In quo autem ſunt plura contraria, aut fore videntur, hujus officium eſt ex vita excedere. Ex quo adpareat, ſapientis aliquando eſſe officium excedere e vita, quum beatus ſit, & ſtulti manere in vita, quum ſit miſer. „ Ubi Tullium quidem vides, non modo permittentem ſapienti mortem voluntariam, ſed & ſtultum, niſi eam elegerit, damnantem.

X. *Plinius* cum Stoicis conſentire videtur ubi (t) arbitratus eſt, ſuadere nobis naturam, ut mortem in malis extremis adcerſamus; atque adeo terram matrem miſertam noſtri venena procreaſſe, quorum hauſtu facillime, & abſque ulla ſanguinis effuſione, aut dolore ſenſus hanc projicere vitam poſſimus.

XI. *Legiſlatores Romani* autocheiriam honeſtam eſſe ac licitam exſiſtimaſſe feruntur. Principio enim ex legibus, quas ex Danaeo nuper adlegavimus p. 272. illa duntaxat autocheiria ceu criminoſa plectitur, quam delicti conſcientia perpetravit reus, praeveniens videlicet mortem, quam ſibi a Judice indicendam prudenter timuit. Deinde l. 9. §. 7. ff. *de pecul.* diſerte traditur, ſervum naturaliter in corpus ſuum ſaevire poſſe. Inſuper l. 3. §. 4. & 6. ff. *de bon. eor.* l. 34. ff. *de teſt. mil.* & l. 6. §. 7. *injuſt. teſtam.* fertur, quod bona illorum, qui taedio vitae, vel impatientia doloris, vel propter obitum filii ſibi mortem conſciverint, publicanda non ſint.

Adde quod complurimi aliquando ex illis Jure conſultis, quorum opera & ſtudio in formandis legibus, quas deinde ferebant Reges & Im-

(q) L. 2. de remed. dial. 118.

(r) Ap. *Auguſt.* proxime laud. l. 19. civ. c. 4. ex Varrone.

ADNOTATIO.

*) Plane veteris Academiae nomine proxima venit ſubceſſio in ſchola platonica ſtatim ac ejus parens vivere deſiit; perduravitque donec Pſeuſippus, Xenocrates, Polemo, Crates, & Cantor praefuere; ac primus quidem omnium Pſeuſippus, cui genere ſibi proximo Plato tradidit Academiam: ita quippe diſcimus ex *Tull.* academ. qq. l. 1. *Empir.* pyrrh. hypot. l. 1. c. 33. *Auguſt.* l. 14. civ. c. 1.

Iam vero, auctore *Tullio* cit., hujus Academiae Praeſides Platonis ubertate completi, certam quamdam diſciplinae formulam compoſuerunt; & eam quidem plenam & refertam „ nulla tamen in ea primaevae Platonis Academiae dogmatum mutatio „ quae de hac ſchola hiſtoricorum vulgatiſſima opinio eſt. Dogma itaque de autocheiria, quod Academia vetus profeſſa eſt, haec a primigenia Platonis ſchola deſumſit: quo ſane perſpicue confirmantur quae de hac re nuper ſtatuimus.

(s) L. 3. de finib.

(t) L. 2. c. 63.

Imperatores Romani, utebantur, profeſſione doctiſſimi erant Stoici. Ex quo enim Panaetius ille Rhodius junior, ab omni parte vir nobilis, & clariſſimus Stoicorum doctor, ſtoica vitae praecepta & dogmata romanis Jure conſultis dedit, & ſubinde leges, legum interpretationes, Jure conſultorum reſponſa, formulae juris; haec inquam omnia Stoae adcommodata ſunt.

Heinc vero ſtoicis dogmatis deditos Roma vidit, probavitque principes viros, ut puta Thraſeam Paetum, Canium Julum, Helvidium Priſcum, Junium Ruſticum, Herennium Senecionem, L. Ann. Senecam; tum poëtas egregios, e.c. M. Manilium, M. Annatum Lucanum, Aulum Perſium, Senecam tragaedum, quiſquis ille fuerit; Jure conſultos denique famigeratiſſimos, videlicet, pluribus miſſis, Q. Tuberonem, Q. Mucium Scaevolam, Q. Lucilium Balbum, & Stoicorum omnium acerrimum Catonem juniorem (*u*).

Jam vero ſane veri ſimillimum eſt, ut quo tempore, obtinente vulgo apud Romanos Stoae doctrina, praelaudati Jure conſulti florebant, ii quidem, aut ex eis unus aliquis certas concinnarit leges, ab Imperatoribus vel Senatu mox promulgatas, & in jure civili romano uſque modo repertas. Nec enim ullus dubito, quin romani Legislatores praeter leges illas univerſales, ab antiquioribus Legislatoribus adceptas (*x*) peculiares multo plures regendo imperio condiderint. Nihil itaque mirum, in hoc jure publico unam aut alteram recenſeri legem, ſtoico de autocheiria dogmati quoquo modo faventem (*).

 Pro-

(*u*) In eos omnes conſſ. hiſtorici philoſophiae ſtoicae ap. & eum *Bruckero*, nec non philoſophiae Romanorum ap. & eum *Paganino Gaudentio*.

(*x*) Uti praeindicavimus *ſupra* ad Tom. III. p. 315. n. 244.

ADNOTATIO.

(*) Nihilo tamen ſecius aegre ferunt complurimi, vel ne leviſſimam quidem umbram adprobationis, vel indulgentiae erga feralem autocheiriam in univerſo Iuris romani codice comparere.

Servius quidem, egregius Virgilii Interpres ad l. 12. Aeneid. vers. 603. haec habet notatu digna „ ſane ſciendum, quod cautum fuerat in Pontificalibus libris (*quibus praeſcripti continebantur ritus in feſtis ceteriſque ſacris obſervandi: quod docent plures ap. & cum Petiſco art.* Libri pontificales) ut qui laqueo vitam finiſſet inſepultus abjiceretur. Unde merito ait (*Virgilius*) *informis lethi*, quaſi mortis infamiſſimae. Ergo quum nihil ſit hac morte deformius, Poëtam etiam pro Reginae (*Amatae, quae ſibi exſitiales intulerat manus*) dignitate dixiſſe adcipimus. Caſſius autem Hemina ait, Tarquinium ſuperbum (*poſtremum Romanorum Regem, qui fl. an. circ. 512. poſt. U. C.*) quum cloacas facere populum coëgiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſiſſe corpora eorum cruci adfigi. Tunc primum turpe habitum eſt mortem ſibi conſciſcere. „

His autem praemiſſis, non niſi temere decerni poſſe videtur, in univerſum Jus Romanum vetus unam aliquam irrepſiſſe legem, quae ad mentem ejus auctoris autocheiriae quoquo modo faverit. Quocirca eos cordate feciſſe, dixerit quiſpiam, qui eum *Th. Moro* in Utopia l. 2. *Rainau* . cit. l. 3. s. 3. n. 125. *Henr. de Cocceii* in addit. ad Grotium de jure belli & pac. l. 2. c. 19. §. 5. p. m. 255. leges nuper indicatas ita interpretati ſunt ad mentem Legislatorum, ut in eos nulla poſſit prudens ſuſpicio cadere de patrocinio autocheiriae.

Quin immo in odium ac deteſtationem immaniſſimi hujuſce ſceleris plures *ad-*

XII. *Propricidae nominatiores* e turba propemodum innumerabili, quae feralem errorem de probitate autocheiriae facto miſere comprobavit. Nimirum ex Indis *Buddas* ille famoſus Orientalium Proto-philoſophus, de quo paucis diſſeruimus *ſupra* (y) ſe ipſum interemit (z). Quin etiam ex Philoſophis Sinenſibus Confucianis quingenti numerantur, qui ob traditos flammis libros ſuos a crudeli Imp. Xioam ti, una omnes inter undas mortem ſpontaneam obierunt. (a)

Ex Stoa *Zeno* ejus conditor, *Cleanthes*, & *Chryſippus*,, qui aeternas animas ſuſpicabantur, tanquam in coelum migraturi eſſent, ſibi ipſis manus intulerunt „ tum *Empedocles* „ qui ſe in ardentis Aethnae ſpecum intempeſta nocte dejecit, ut quum repente non adparuiſſet, abiiſſe ad deos crederetur „ (b) & *Cato* Uticenſis, quem & gentiles paſſim, & idem *Lactant.* (c) *Romanae ſapientiae principem* dixerunt; hic autem lecto Platonis commentario de immortalitate animi, quem inſcripſit *Phaedonem*, ſe ipſum ſponte vita privavit (cc) Quin & eodem lecto Phaedone *Cleombrotus* ille Ambraciotes, ſecta Academicus (fortaſſe vetus) ut quantocius immortalitate bearetur, ſponte ſe praecipitem dedit. (d) (*) *Ca-*

adlegantur leges, & commentariis exponuntur. E. c. l. 13. ff. *ad leg. Aquil.* l. *Omne delictum*. §. *Qui ſe vulneravit.* ff. *de re militari*. l. *Qui rei*. §. *ſic autem*. ff. *de bonis eorum, qui ſibi mortem conſciverunt*. l 9. §. *ſi ſibi manus.* ff. *Ad Syllanum*. de quibus diſtribute pertractarunt *Igneus*, *Tiraquellus* de nobilit. c. 31. n. 559. *Coccej.* cit. alii Iureconſulti.

Ergo ne ex hucuſque adnotatis ſerio perpenſis, Legis latores Romani ab errore impacto pro aequitate vindicantur? Res plane, ut ego quidem arbitror, argumentis omnibus heinc inde rite perſpectis, dubio adhuc ſubeſt, quum utrinque ſuos habeat viciſſim patronos, ſuoſque adverſarios, nec improbabili quidem ratione uſos. Adfirmare certo poſſis, Romanum jus nec omnes cujuſque generis autocheirias adprobare, nec reprobare omnes; ſed aliquam quandoque ceu probam & honeſtam admittere: at nihil profecto mirum, ſapientes ethnicos in eum impegiſſe ſcopulum, quem nec omnibus chriſtianis Doctoribus pro quovis eventu vitare datum eſt, ex mox dicendis. Maneat ergo, Legislatores Romanos, qui leges primum ad legatas condiderunt, inter errones ſaltem dubios jure in noſtra tabula recenſeri.

(y) Tom. IV. p. 3. in Adnot.

(z) Lege Cl P. *Bonafede*, modo Coeleſtinorum Patrum ſummum Praeſidem, ſub larvato nomine *Agatopiſti Cromaziani* in percelebri hiſt. de autocheiria c. 1. p. 18. ſq.

(a) Conf. *Brucker.* hiſt. phil. t. 4. par. 2. p. 670.

(b) Totidem pene verbis *Lactant.* de falſa ſap. l. 3. c. 18. Et vero, auctore *Laërt.* in Cleanthe & Chryſippo, hic vino dulci liberaliter epoto, ex vertigine periit; ille autem inedia voluntaria obiit.

(c) Inſt. l. 3. c. 18.

(cc) Ap. cit. *Lact.* de falſa ſap.

(d) Auctor. eſt *Tull.* qq. tuſcul. 1.

A D N O T A T I O.

(*) HAec nobis ita tradit cit. *Lactant.* „ Quid Ambraciotes ille, qui quum eundem librum (*Phaedonem*) perlegiſſet, praecipitem ſe dedit, nullam aliam ob cauſſam, niſi quod Platoni credidit! Quod ſi ſciſſet Plato, ac docuiſſet, a quo, & quomodo, & quibus, & quae ob facta, & quo tempore immortalitas tribuatur, nec Cleombrotum impegiſſet in mortem, nec Catonem. „ Ergo ad mentem Lactantii, auctoritati Platonis adpingenda eſt ſcelerata Cleombroti & Catonis mors.

At immerito tamen. Nihil enim Plato in Phaedone diſſeruiſſe uſpiam incuſatur, quo autocheiriam pacto ullo ſuaderet eum legentibus; nec is quidem quum animorum immortalitatem, & beatam eorum, qui pie heic vixerint, aeternitatem

Calanus Indorum Gymnoſophiſta, cujus mortem *ſupra* memoravimus artic. II. in Adnotat. immo & *Indorum* generatim *Philoſophi* ſummae ſibi gloriae vulgo duxerunt ſpontanea morte publice occumbere (*e*) *Peregrinus* pariter, ſectaCynicus, minime ſtoicus, ut putavit *Obſopaeus* (*ee*) gloriae cupidus, in maximo conventu Olympiae in pyram ardentem ſe ſe conjecit. (*f*) (*) *Peregrinus alter* philoſophus apud Piſas rogo, quem ex lignis compoſuerat, incenſo ſe met ſuperjecit an. C. 168. (*g*) His poſtremo ceu peculiari etiam nota digni nonnullis adcenſentur *Zamarus* (*h*) & *Demonaxes* (*i*) Hucuſque de Philoſophis in re luctuoſiſſima. Ad alios pergimus.

Ethnicorum alii ex omni pene hominum conditione & ſexu varias ob

tem praenuntiavit, auctor potius fuit alicui truculentas ſibi manus inferendi, quam Eccleſiae Patres, quum utrumque illud argumentum luculentius & efficacius perſequuti ſunt. Audire praeſtat *Callimachi* in anthulog. epigramm. graecor. in mortem Cleombroti epigramma, quod de graeco latine verſum ſic ſonat,

Vita vale, muro praecepi delapſus ab alto,
Dixiſti moriens Ambraciota puer,
Nullum in morte malum credens: ſed ſcripta Platonis
Non ita erant animo percipienda tuo.

Ecquis autem nudam occaſionem, qua quis temere abreptus admiſit crimen, veram dixerit cauſſam, quae ad crimen impulerit? Ceteroqui jure dixeris, Chriſto Domino, Sacramentorum Auctori, ceu cauſſae impellenti adſcribenda ſcelera, quae homines ſacrilegi abutentes Sacramentis paſſim perperrant: quo quid pietati & rationi magis diſſonum? Tota igitur eorum ſceleratorum culpa in ipſos conjicienda, nulla in Platonem. Id quod de Cleombroto agens, pariter confirmat *Auguſt.* civ. l. 1. c. 22. ſub fin.

(*e*) Ex *Plut.* in vita Alex. M.

(*ee*) In Lucian.

(*f*) Ap. *Gelli.* l. 8. c. 3. & l. 12. c. 2.

ADNOTATIO.

(*) Hic ille Peregrinus eſt, de quo tam multa in odium chriſtianae gentis fabulatus eſt dialogiſtes impius *Lucianus* in dial. de morte Peregrini. Ibi videris Peregrinum chriſtianum, immo & Chriſtianorum Epiſcopum, & commentariorum plurium ſcriptorem, una cum infami adoleſcentia, parricidio, exſilio, peregrinationibus, poenis.

Legeris praeterea, tum chriſtianos coluiſſe mortalem Deum, conatoſque eſſe carcerem effringere, ut Peregrinum eriperent ſuum. Sed tota ſibi non conſtat fabula. Quid vero exſpectandum ab homine, non magis impio, quam ſatyrico, qui religiones omnes, & maxime chriſtianam, & omnes omnino philoſophos multo ſale perfricuit, ut perducte adnotavit Cl. *Bartholom. Povius* inſt. hiſt. phil. p. 157. § 6. plures ſequutus cum *Bruck.* t. 2. a p. 615?

Ex indicatis *ſupra* de hoc nebulone ad Tom. V. p. 7. ſq. ſatis ſuperque noveris ingenium hominis.

Iam vero nemo veterum alius ad eccleſiae ſacra Peregrinum vocavit; nemo ejuſdem Chriſti cultoris perlegit libros, nemo Epiſcopum dixit; adeo ut *Joan. Clericus* fruſtra in hiſt. ſec. 11. p. 699. inter catechumenos Peregrinum legerit, ne mendacem crederet Lucianum. Quod inſuper chriſtiani mortalem coluerint Deum, inſigne atque evidens mendacium eſt & horrenda calumnia in cerebello impoſtoris conficta, & ad conflandam Chriſtianiſmo invidiam pervulgata. Ille demum conatus effringendi carcerem, novum eſt & inauditum facinus antiquis omnibus Luciano demto, incognitum. Abeat ergo cum ſatyra ſua mendax rhetor.

(*g*) Haec *Euſeb.* in chron. Hieron. interprete ad eum an. Ejuſdem meminerat *Tertull.* l. ad Martyr. c. 4. n. 51. interprete Pamel. qui tamen Peregrinum hunc, de quo ait ſcripſiſſe Lucianum, cum altero mox memorato confundere incaute videtur Illum quidem inter profanos Scriptores retulit *Gaulter.* ad ſec. II. ex *Vignol.*

(*h*) Ex *Dione* hiſt. l. 54.

(*i*) Ex *Plutar.* in vita Bruti.

Digitized by Google

ob cauſſas ſibi mortem conſciverunt. Nimirum (ut perplurium inſtar paucos referam.)

Hercules in Oeta monte, quem in Macedonia poſuit *Mela*, conſulto a ſe ipſo incenſo exſtinctus eſt. (*)

Annibal Amilcaris filius ne in ſaevas romanorum hoſtium deveniret manus, epoto veneno periit. *Marc. Aemilius* Scauri filius, quum in ſaltu tridentino hoſtibus ceſſiſſet loco, atque in conſpectum patris venire erubeſceret, mortem ſibi adcerſivit (*k*) *Filius* Demonaſſae Cypriorum legiſiatricis mania neſcio qua correptus, ſe interemit, ac propterea ſepultura privatus a matre, quae communem hanc poenam ſtatuerat in ejuſmodi propricidas (*l*) *Damocles* athenienſis puer, uſque ad miraculum pulcer, ut Demetrii regis libidinem declinaret, in proximum ardentis aquae balneum ultro ſe ſe immiſit. *Cornel. Gallus* poëta nobilis, Aegypti Praefectus, Thebarum urbe ſpoliata, quum repetundarum, furtique & dilapidatae provinciae poſtularetur, ne extremam

(*) Quis iſte fuerit Hercules, opinionum multitudo & varietas dubitare cogit. Siquidem ex *Auguſt.* civ. l. 18. c. 12. „ in ſecretiore Paganorum hiſtoria plures fuiſſe dicuntur Hercules „ geſtis nimirum famoſi: ex *Tull.* de nat. deor. l. 3. & ex *Arnob.* contra gent. l. 4. ſex illi fuerunt; tres ex *Diodoro Siculo* l. 4. ex *Varrone* demum, ut alios mittam, quatuor ſupra quadraginta. Noſtrum ſcriptores communius vocarunt Thebanum, Jovis ex adulterio & Alcmenae filium; cui nempe *Ovid. Claudian. Apollodor.* alii omnia Herculum omnium certamina (jure forſan) adſcripſere.

Poſtremum ergo indicatae autocheiriae facinus ab hoc Hercule perpetratum, prae reliquis ejus geſtis celebratiſſimum fuit; & ſcite quidem in cit. Auguſtini locum dixerat *Vives* interpres „ de hac Herculis morte in Oeta monte pleni ſunt Graecorum & Latinorum libri; nihil pene eſt nobilius „

Ea plane inter alios propemodum innumeros e graecis, latiniſque ſcriptoribus profanis, diſerte retulerunt e noſtratibus *Tertull.* in apolog. c. 15. *Clem.* Alex. in protrept. *Cypr.* de idolor. vanit. ſub init. *Lactant.* inſt. l. 1. c. 9. *Arnob.* proxime cit. & l. 5. ex Plutarcho Cheroneo, *Minutius* in Octav. *Theodoret.* ſerm. 3. & 8. *Auguſt.* proxime cit: & ex junioribus *Pamel.* in citata Tertull. & Cypriani loca, *Coquaeus* & *Vives* in laudatum Auguſtin. &c.

Iam ſi quaeras fatalis lethi herculei adjuncta, haec audi ex cit. *Theodor.* ſerm. 3. Therapeut. „ Herculem graeci teſtantur ſtructis ab uxore Deianira inſidiis, ipſum ſibi lethale incendium intuliſſe, eoque vita exceſſiſſe. „

Haec rurſum ex cit. *Vives*, quae plura continent „ Feſtus ſcribit Herculem Aſtrologum fuiſſe, qui eo ſe flammis injecit die, quo ſolis erat obſcuritas futura, ut opinio ſuae divinitatis confirmaretur; didicerat enim eam artem ab Atlante in Lybia; quumque ſphaeram ab eodem datam Graecis oſtendiſſet, ſtupidis animis omnia trahentibus ad fabulam, argumentum dedit fingendi Herculem in coelo ſubſtinendo, Atlanti feſſo jam ſubceſſiſſe „. Cetera percupienti addent alii cum *Philoſtrato*, qui rei hiſtoriam luculenter tradidit in heroicis c. 16.

Hercules ergo, qui tot, tantiſque geſtis exſempla totidem heroicae fortitudinis corporeae dedit, ut cum Samſone Hebraeorum comparandus videretur, pro extremo fortiſſimi animi teſtimonio, in ſe ipſum contra jus naturae crudeliſſime ſaeviit, flammis ſe praefocando. Minime igitur in albo virorum fortium recenſendus; immo potius hominibus truculenter injuriis verae fortitudini adnumerandus. Vide quem priſca aetas peperit, & mirabunda laudarit Herculem; qui nempe cetera quaeque geſta poſtremo facinore, inanis gloriae ſervus vilis, turpiter obſcuraverit.

(*k*) Ex *Frontono* l. 4. ſub init.

(*l*) Ap. *Dion. Chryſoſt.* orat. l. 4.

mam tanti ſceleris ignominiam ſubiret, ſe ipſum interfecit (*m*) itemque *Silius Italicus*, poëta celebris, taedio morbi cujuſdam incurabilis adfectus (*n*) nec non *M. Portius Latro*, inſignis declamator, graviſſima quartanae duplicis aegritudine permotus. *Timanthes Cleonaeus*, pancratiaſtes, aegerrime ferens, vires ſibi ſenio defeciſſe, in pyram ardentem ſe ipſum conjecit. *Galer.* denique *Maximianus* Imp. an. 311. die 7. Maii furiis agitatus vim ſibi met intulit (*o*) & voluntaria morte ſublatus eſt. (*p*)

Ex altero autem ſexu *Lucretia* Matrona nobilis romana ut pudicitiam ſuam a Sexto Tarquinio, Tarquinii ſuperbi filio, violento ſtupro maculatam vindicaret, admoto manu propria pugione faucibus occubuit. (*)

Cleo-

(*m*) Ex *Marcelli.* hiſt. l. 17.

(*n*) Ex *Politiano* In Neutricia.

(*o*) Ex *Ruf.* hiſt. l. 8. c. 15. & *Oroſ.* hiſt. l. 7. c. 28.

(*p*) Qui plures optes, adeas cit. *Agatop. Cromaz.* in ſelecta hiſt. autocheiriae.

ADNOTATIO.

(*) MEmorabilem rei hiſtoriam quantum ad ejus adjuncta tantiſper varie ferunt *Livius* l. 1. *Dion. Halic.* l. 4. *Tulli.* de finib. l. 2. *Tertull.* l. ad Martyres c. 4. *Hieron.* epiſt. 11. ad Ageruchiam, *Auguſt.* civit l. 1. c. 19. alii; quantum vero ad autocheiriam Lucretiae propter ſtuprum Tarquinii, omnes ad unum conveniunt.

Hoc porro Matronae facinus ſummis honoribus & laudibus commendarunt Romani; adeo ut, *Tullio* cit. teſte, ob Lucretiae facinoris memoriam primo poſt rem geſtam anno & vir & pater ejus deſignati fuerint Conſules. Ac eam prae primis depraedicabant tanquam ſummae pudicitiae normam & exſemplar incomparabile, a ſeculis inauditum, quaſi ea caſtitatem ſibi invitae per. ſummum nefas violatam proprio redemerit ſanguine, eluerit, & vindicarit. Haec quidem fama, idemque Romanorum omnium ſenſus apud ceteras ferme gentes rei conſcias cum admiratione & laudibus deinceps obtinuit.

Caeterum contra cit. *Auguſt.* lucretianum facinus ardenter iniquitatis coarguit, & pluribus perſtringit. Haec inter alia, ejus verba „ Hoc fecit illa Lucretia, illa, illa ſic praedicata Lucretia: innocentem, caſtam, vim perpeſſam Lucretiam Lucretia inſuper interemit . . . Nec omnino invenitur exitus ubi dicitur: ſi adultera, cur laudata? ſi pudica, cur occiſa? „ Pergit illico Auguſt. clariuſque improbitatem ac turpitudinem autocheiriae lucretianae palam oſtendit.

„ Nobis tamen (proſequitur) in hoc tam nobili feminae hujus exſemplo ad iſtos refutandos, qui chriſtianis feminis in captivitate compreſſis, alieni ab omni cogitatione ſanctitatis inſultant, ſufficit quod in praeclaris ejus laudibus dictum eſt, *duo fuerunt, & adulterium unus admiſit*, talis enim ab eis Lucretia magis credita eſt, quae ſe nullo adulterino potuerit maculare conſenſu. Quod ergo ſe ipſam, quoniam adulterium pertulit, etiam non adultera occidit, non eſt pudicitiae caritas, ſed pudoris infirmitas „

„ Puduit enim eam turpitudinis alienae in ſe commiſſae, etiam ſi non ſecum, & romana mulier laudis avida nimium verita eſt, ne putaretur quod violenter eſt paſſa quum viveret, libenter paſſa, ſi viveret. Unde ad oculos hominum mentis ſuae teſtem illam poenam adhibendam putavit, quibus conſcientiam demonſtrare non potuit; ſociam quippe facti ſe credi erubuit, ſi quod alius in ea fecerat turpiter, ferret ipſa patienter. „

„ Non hoc feminae chriſtianae fecerunt, quae paſſae ſimilia vivunt. Tamen nec in ſe ultae ſunt crimen alienum, ne aliorum ſceleribus adderent ſua; ſi quoniam hoſtes in eis concupiſcendo ſtupra commiſerant, illae in ſe ipſis homicidia erubeſcendo committerent; habent quippe intus gloriam caſtitatis, teſtimonium conſcientiae; habent autem coram oculis Dei ſui, nec requirunt amplius, ubi quid

re-

Cleopatra Aegypti Regina, devicto Antonio marito, ubi reſcivit, ſe ab Auguſto reſervari in triumphum, ſibi mortem conſcivit, vel aſpide brachio adplicata, vel hauſto veneno, quod in crinali acu geſtabat. (q) *Julia* mater Caracallae Imp., quo cum ſe turpiſſimo inceſtu polluerat, eo necato, ſibi exſitiales intulit manus (r). Sed de iis tamen apud ethnicos atrociſſimis exſemplis plus ſatis. (s) (*)

Ex

recte faciant non amplius habent, ne devient ab auctoritate legis divinae quum male devitant offenſionem ſuſpicionis humanae. „

Quid amabo praeclarius? Auream hanc & ingenioſiſſimam doctrinam, Auguſtino praelibatam in praecedentibus capitibus, & in ſubſequutis mirifice communitam, qua nempe in rem noſtram haud licuit nobiliorem reperire apud ceteros quosque Patres & Doctores noſtros, heic exſcribere operae pretium duximus. Abeant ergo Romani illi veteres lucretiani facinoris panegyriſtae incauti cum reliquis quibuſque adſectatoribus; quippe qui teterrimum & exſitiale crimen, omni dignum vituperatione, immeritiſſimis cumularint laudibus.

Recole, ſi vacat *Leonar. Coquaeum* & *Ludov. Vivem* Interpretes Hipponenſis Praeſulis in citt. loca. Et colligas demum, quid ex praemiſſa ejuſdem Praeſulis ſententia putandum ſit ac definiendum erga ſacras illas Virgines, quae olim ex lege Romanorum non niſi violationem iniquiſſimam paſſae, extremo adficiebantur ſupplicio: de quo argumento nos alias.

(q) Lege *Plin.* l. 21. c. 3.

(r) Conſ. *Lamprid.* in Caracalla.

(s) Longum aliorum ſyllabum pertexuit *Biſciola* t. 2. ſubſec. l. 16. c. 1.

A D N O T A T I O.

(*) VBi diſquiritur inter Eruditos in cauſſam potiſſimam, quae paganas ex omni perſonarum conditione gentes ad ſceleſtum autocheiriae uſum tanta immanitate, tamque frequenter impulerit, *Henr. de Cocceii* in Grot. de j. b. l. 2. c. 19. §. 5. in addit. p. m. 255. unicam adſignat, vulgarem nempe opinionem populorum de metemſycoſi vel tranſmigratione animorum.

„ Ex ea enim (*ſunt ejus verba*) doctrina inferri poteſt, hominem, qui ob perpetuos dolores, vel alias ob cauſſas taedio vitae captus finem vitae ſuae imponit, ſuo bono conſulere, quia ſperat, animam mox in aliud robuſtius corpus tranſituram, & felicTiorem conditionem obtenturam eſſe. Hanc enim rationem adlegare ſolent ipſi gentiles, & praecipue Indiae philoſophi „ Quod quidem ex verbis ſacerdotis Iaponenſis S. Xaverio propoſitis ap. P. Bouchet confirmare pergit, ſubditque praeterea ex hiſtor. Inſul. Barbadum, quod „ ſervi in Inſula Barbadum commorantes praecipitare mortem ſolent ob ſpem redeundi poſt mortem in patriam. „ Haec ille.

Mea tamen ſententia non omnino adpoſite. Principio enim ſingularis haec in rem univerſalem opinio non uno aut altero exſemplo comprobanda erat, ſed multo pluribus, quae ex variis undecumque gentibus, dogma de metemſycoſi palam profitentibus, Cocceius repeteret.

Scio equidem, apud ſcholas Iaponum & fortaſſe Chaldaeorum, & Ceharum, & Sinenſium cum veterum, tum juniorum opinionem de metemſycoſi obtinuiſſe, ex pluribus Auctoribus quos laudat & ſequitur *Cromaz.* hiſt. autoch. c. 1. p. m. 23. & 27. Eſto quidem. At vero ſi ad reliquum ſapientum ethnicorum vulgus, cum inter Graecos, tum inter Romanos mentis aciem convertas, porro, ſi Pythagoreos, & aliquot Platonicorum manipulos demas, ſectam aliquam integram, aut ex privatis earundem ſectatoribus magnum numerum, qui dogma idem tenuerint, haud facile repereris.

Quum itaque in cunctis ferme gentibus ethnicorum, quas philoſophi in doctrina morum inſtituebant, multae & atrociores tractu temporum autocheiriae occurrerint, neſcias qui poſſit intelligi, eas omnes ab inſito animis dogmate de metemſycoſi praecipuam duxiſſe originem.

E ſectis quidem ethnicis nulla opinione & factis immanius & truculentius devota propricidio quam ſtoica; nuſpiam tamen

Ex Judaeis

I. *Anonymi* nonnulli de lege non ſaevieudi in propriam vitam, quam *Joſephus* recte ſuos edocet (*t*) unam excipiunt cauſſam, ſi quis nempe praevideat ſe deinceps victurum in probrum Dei, ſeu peccaturum contra Deum, cui unice in vitam noſtram jus eſſe cordate ſtatuunt; putantes utique praeſumtam Dei voluntatem ſolam eſſe, quae mortis honeſte anticipandae conſilium abſolvat. Quo exſempla referunt Samſonis, qui in ſuo corpore religionem veram deriſui eſſe videbat; & Saulis, qui gladio incubuit, ne ab hoſtibus Dei, ſuiſque illuderetur; & Razis Hieroſolymitani Senatoris, qui quum iam iam comprehenderetur in bello, gladio ſibi mortem conſcivit; & Eleazari, qui voluntarie quoque obiit ſub elephante. Et ii quidem fere omnes apud ſacrum textum & SS. Patres laudantur.

Quibus & quiſpiam fortaſſe alia ex lege evangelica ſubjecerit exſempla plurium virginum, quae, aliis praetermiſſis, morte ſibi variis modis illata caſtimoniam illibatam ſervarunt; & honeſte quidem, & laudabiliter, uti probat earum memoria, ceu ſanctarum Virginum & Martyrum apud eccleſiae faſtos deſcripta: quidquid Jo. Barbeirac (*u*) Euſebium, Chryſoſtomum, Ambroſium, quod eas impenſe laudarint ceu martyres caſtitatis, inique ſugillarit. (*)

men incuſatur generatim de placito metemſycoſis. Contra vero Phariſaeorum natio metemſycoſim vulgo profeſſa, inter patronos propricidii haud recenſetur.

Ii denique, quos toto articulo pro autocheiria aut ſententia, aut facto exhibuimus, ſuas fere cuncti tradiderunt rationes, ex eis vero potiſſimam, a metemſycoſi petitam illata morte, ſiluerunt omnes. Autocheiriam ergo, quam cum metemſycoſi connexam Coccejus vidit apud Indos, & apud ceteros quoſque illius fautores connexam pariter quaeſivit; at porro non invenit.

Immo potius nulla, me judice, cauſſa univerſalis, quae gentes & perſonas omnes autocheiriae devotas adfecerit, facile inveniri poterit praeter cauſſam cuique peculiarem. Ut ſummum prudenter adfirmare licet, ea adcepta Philoſophorum aliquot opinione de virtute fortitudinis, quam praeferret propricidium, eorundem, atque aliorum virorum illuſtrium funeſtis exſemplis communita, ſenſim inoleviſſe apud gentiles voluntariam mortem, propriis inflictam manibus; quaſi haec ejuſmodi documentis probata, immunis exſiſteret a ſuſpicione ſceleris, aut ignaviae, immo virtus eſſet laudi tribuenda.

(*t*) De bel. jud. l. 3. c. 8. § 5.

(*u*) In tr. de morali Patrum c. 15 § 10.

ADNOTATIO.

(*) Profecto ſuper hac, in qua verſamur, quaeſtione variaſſe inter Judaeos ſententias, manifeſtum eſt ex *Philone* de legatione ad Cajum, & *Jos*. de bel. jud. l. 1. c. 2. Quod autem praedictorum Anonymorum placitum ſpectat, illud quidem tamquam a vero nimium aberrans Doctoribus noſtris vulgo exploditur

Et merito quidem. Nam ſepoſito Dei juſſu, aut inſpiratione minime ambigua intus agente, haud licet cuiquam ſe interimere, praecipiente Domino, *non occides*, hoc eſt non ullum, aut te, aut alium; ſive enim alium, ſive te met interficias, perinde eſt adverſus dominicum praeceptum.

Hinc ſubjecta exſempla, quae placito ſuo vendicant Anonymi, verbo expedimus. Nimirum ſuimet occiſores illi, qui tanquam recte & laudabiliter agentes, vel a ſacra pagina, vel a choro Patrum, vel ab Eccleſia commendati ſunt, non niſi Deo intrinſecus in fines ſuos praecipiente aut inſpi-

Ex Heterodoxis veteribus

I. *Judas iſcariotes*, profligatiſſimus vir, Chriſti Domini Apoſtolus, ſceleratuſque proditor, autocheiriam facto probavit quum proditionis rabioſe poenitens, *projectis argenteis in templo*, *receſſit & abiens laqueo ſe ſuſpendit* ex *Matth.* 27 5. (*) Eundem una cum Juda vitae exitum edeptos fuiſſe *Montanum* Haereſiarcham, eiuſque pſeudo prophetides, fama eſt, multis probata teſtibus (x).

II. *Patritiani* „ a *Patritio* nuncupati, ſubſtantiam carnis humanae non a Deo, ſed a diabolo conditam dicunt, eamque ſic fingendam & deteſtandam putant, ut quidam eorum perhibeantur etiam morte ſibi illata carere carne voluiſſe. „ (**)

III. *Cir-*

ſpirante, egiſſe pie creduntur; nec alias quidem a ſcelere autocheiriae iidem excuſari poſſent, niſi ratione bonae fidei, & ignorantiae antecedentis; in ea praeſertim re, quam priſcis ſeculis ſapientes viri plurimi adprobarunt, laudibusque extulerunt. At vero & Saulem & Raziam rari ſunt ex ſacris Interpretibus in 1. *Reg.* 31. 5. & in 2. *Machab.* 14. 42. qui excuſent a crimine.

Conſ. *Ambro.* l. de virginib. *Auguſt.* civ. l. 1. c. 16. & 26. *Thom.* 2 2. q. 64. a. 5. ſqq. *Victoria* relect. de homicidio.

ADNOTATIO.

(*) Abjectiſſimum hunc hominem, perfidum infidelitatis mancipium, atque avaritiae immanem praedam inter Heterodoxos recenſemus, freti auctoritate, quam modo non diſcutimus, *Prateoli* art. *Judas*. & *Gaulter.* in collat. vet. error. ad ſec. 1. c. 1. qui ferunt ex *Hieron.* in cit. Matth. locum infidelem fuiſſe Judam, quod ſigna, quae viderat Salvatorem patraſſe, non divinae majeſtati, ſed magicis artibus tribuerit; tum ex Nicephoro l. 1. c. 30. citante epiſtolam Alexandri Epiſc. Alexandrini ad Alexandrum C P. ſive ad Epiſcopos catholicos contra Arium data, ex hiſt. tripartita, c. 13. ipſum ex ſectatore Chriſti Domini proditorem factum eſſe, atque Apoſtatam.

Quin etiam *Gaulter.* cit. *Chryſoſtomo* & *Auguſt.* laudatis, probat, haereticum fuiſſe Judam, & ſacramentariorum principem, inter eos utique adnumerandum, qui ex *Joan.* 6. ajente Chriſto Domino, *caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus* &c. *abierunt retro* . . . dicentes, *durus eſt hic ſermo & quis poteſt eum audire*? Haec, ubi de erronibus in Ss. Euchariſtiam late diſcutienda, eruditionis haud vulgaris gratia iudicavimus.

Plura qui volet interea de Juda ſacramentario, adeat *Valent.* de reali praeſent. Chriſti ſub Euchariſtia l. 1. c. 2. *Claud. Sainteſium* repetit. 2. de verit. euchar. c. 14. & ſacros *Interpretes* in cit. Joan. locum.

(x) Ex *Apollinare*, Hierapolis Epiſc. veteri Theologo ap. *Euſeb.* hiſt. l. 5. c. 16.

ADNOTATIONES.

(**) I. Haec totidem verbis *Auguſt.* de haeres c. 61. quem reliqui haereſeologi unum exſcripſiſſe videntur cum *Iſidoro*, *Lutzemb.* *Prateo.* *Gaulter*; pauci ſiquidem ex veteribus aut nullus, quem viderim, ſi *Philaſtr.* demas, omnino haereſeos hujus, quae vix nata extincta eſt, meminerunt. Putarunt ergo crudeles illi homines ex dogmate ſcholae ſuae eos recte & honeſte agere, qui ſibi in odium carnis necem infligerent. Atque illos met quidem fortaſſe intellexit *Chryſoſt.* in cap. 1. epiſt. ad Galat.

Hi nimirum ceu foetidus ac coenoſus Manichaeorum fontis rivulus, cum iis qui ex *Auguſt.* cit. c. 46. tenebant, corpus, aut carnem noſtram ſuapte natura pravam eſſe & a malo deo, ſeu principio conditam, atque adeo cum abominatione rejiciendam, omnino conſentiebant; immo & ipſum atrox placitum argumento vehementiſſimo, morte videlicet ſponte ſibimet inflicta communire & illuſtrare adgreſſi ſunt: id quod Manichaei necdum cogitaverant.

II. In dubium vertitur inter Haereſeologos, quis iſte Patritius fuerit. Nonnul-

lis,

III. *Circumcelliones*, qui & *Scotopitae* vel potius *Cotopitae* (y) *Circelliones*, *Circuitores* in Africa, ſic adpellati, quoniam erroris ſui diſſeminandi gratia regiones varias, oppida & cellas eremitarum circumcurſarent: e ſecta Donatiſtarum erant, & eo quidem omnium maxime deteſtandi, quod eos reputarent martyres, qui ſibi exſitiales inferrent manus. Heinc ſollemne illis erat in ignem, in aquas, in praerupta loca ſe ſe praecipites agere; atque in iſtum furorem alios, quos poterant utriuſque ſexus inducebant. Verumtamen & pleriſque ſuorum Donatiſtarum id genus hominum agreſte atque ferale diſplicebat. (z) (*)

Nn 2 IV. *Pe-*

lis, Philaſtrio citato, patria Romanus dicitur; at nullo alio, quod viderim, veteri documento freti. Cunctis vulgo incertus eſt, penituſque ignotus. Nihilo ſecius in hac rei obſcuritate fortaſſe cum aliqua veri ſimilitudine fert non nemo, illum unum aliquem eſſe ſcholae Manichaeorum alumnum, novumque propagatorem, qui ſectam ſuam Patricianorum nomine donavit, quo lateret ſecurius, ac lubentius reciperetur. Neque vero novum eſt & inauditum ut idem error, vel tantiſper mutatus, vel immanior a nomine profeſſorum adpellationibus variis, tanquam variae eſſent haereſes, adpareat & propugnetur

III. Patritianorum aetas incerta pariter eſt. Eam *Gaulter*. in Symmachianis refert ad initia ſeculi chriſtiani 111; quoniam eos (neſcio quo ductus, abſque duce, conſilio) unus confundere videtur cum Symmachianis, auctore Symmacho illo Ebionita, qui, *Epiph.* teſte l. de menſ. & ponder. animo pervertendi Biblia graece aliter interpretatus eſt ac LXX.

Sianda in Patritianis ad an. circ. 303. additque ſine teſte vocari quoque *Symmachianos* a neſcio quo Symmacho, quem Patritius inſtruxerat, quique non ſperans judicium, vitiis carnalibus inſerviendum praedicabat. Sed hoc tamen additamentum partim, reor, & minus adcurate exſcripſit e cit. *Gault*.

Prateolus in Patritianis itidem omnino haeret, quoniam aetatem illam, quam quaerimus, nec Philaſtr. nec Auguſt, ulla tenus commemorant. Et addere ulterius poterat: nec alius, qui vulgo notus ſit.

Danaeus demum i cit u Auguſtini locum tantiſper dubius, nulli uſque documento innixus, ei adfigit an circ. 387. quo vivebat Arcadius Imper. Epiphanio vita functo. Et huic quidem, certo tamen documento munito, plane adſentimur. Quia enim dum hanc patimur documentorum inopiam, id unum pro certo tenendum eſt, quod eruperint Patritiani priusquam eos in ſuum haereticorum album primus omnium referret Philaſtrius. Hic autem ad aeternam requiem migravit an. 387. 18. Jul.

(y) Ap. *Iſidor.* mox adlegandum.

(z) Lege *Philaſtr.* cap. 37. *Aug.* de haereſ. ubi de Donatiſt. c. 69. *Iſidor.* ety mol l. 8. art. *Circumcilliones*. & *Baron*, an. 331. n. 9. ſqq. & an 348. n. 25. ſq.

ADNOTATIONES.

(*) I. Sectae epocham *Prateol.* in Circumcel. quaſi divinans refert ad an. circ. 349. Verum ex *Aug.* aperte colligas, eam ad initium ſchiſmatis Donatiſtarum referendam eſſe. Sic enim ille contra lit. Petil. l. 2. c. 13. adverſus Donatiſtas diſputans „ porro ſi nos velimus probare, vos eſſe interfectores Prophetarum, nimis longum ſit ut per loca ſingula colligamus, quas furioſi veſtri principes Circumcellionum, & ipſae catervae vinolentorum atque inſanorum juvenum ediderunt ab initio ſchiſmatis veſtri, ſed & omnino edere non deſiſtant ſtrages. „ Et vero Donatiani ſchiſmatis initio adſignari ſolet eruditis viris an. circ. 314; qui propterea et epochae, de qua diſſerimus, adſigendus eſt.

II. Ejuſdem auctorem ſectae & Philaſtr. & Auguſt. ubi de haereſ. omnino ſilent. *Sianda* tamen in lex pol. ubi de Circumcell. duces fecit *Maxidum* & *Faſerum*, ac citare poterat *Optat.* l. 3. contra

Parm.

IV. *Petilianus*, Donatiſtarum primipilus, ex cauſidico Cirthenſis ſimul & Conſtantinienſis Epiſcopus in eadem ſecta, doctrina, facun-

Parm. At vero *Aug.* cit. c. 14. & 20. Magiſtros & principes Circumcellionum indicat *Donatum* & *Marculum*, de quibus c. 20. ait „ illi autem, de quibus maximam invidiam facere ſoletis, Marculus & Donatus, (*quidam Bagaienſis*) ut moderatius dixerim, incertum eſt, utrum ſe ipſi praecipitaverint, ſicut veſtra doctrina non ceſſat quotidianis exſemplis „ &c. ubi & doctrinam de honeſtate propricidii toti univerſe Donatiſtarum ſectae adtribuit.

Ac inſuper l. 3. contra Creſcon. Grammat. Donatiſtam c. 49. errorem Circumcellionum & propricidia Marculo ceu Magiſtro & auctori diſertiſſime adſcribit in haec verba „ omitto quod etiam voluntarias mortes, quas ipſi (*vel Circumcellionés, vel univerſe Donatiſtae*) in nos mentiendo transfertis. Nam de Marculo quod ſe ipſe praecipitaverit, audivi, quod profecto eſt credibilius, quam hoc aliquam poteſtatem Romanam jubere potuiſſe, romanis legibus nimis inſolitum: quum hoc malum inter tot haereſes ſub chriſtiano vocabulo errantes proprium ſit haereſis veſtrae. Unde quid prodeſt, quod conciliis ſuis hoc veſtri Epiſcopi prohibuiſſe & damnaſſe ſe jactent, ſicut ipſe commemoraſti, quum tot rupes & abrupta ſaxorum ex Marculiano illo magiſterio quotidie funeſteut? „

E quibus manifeſte colligas, & Marculum opinione & facto probabiliter exſiſtimato errantibus Circumcellionibus auctorem fuiſſe; & eorum errorem apud maximam partem Donatiſtarum invaluiſſe; & frequentia eorum propricidia aduſque Auguſtini tempora perduraſſe.

De iiſdem Donato & Marculo ſic idem *Aug.* in evang. Joan. c. 3. 1. ſqq. ad tr. 11. „ ecce Marculus de petra praecipitatus eſt: ecce Donatus Bagaienſis in puteum miſſus eſt. „ Haec quidem contra Donatiſtas negantes invicte probaſſe videntur Catholici.

III. Qui ex hac ſecta mortem ſibi conſciſcerent, dicuntur laudato *Philaſtrio* velut *Biothanati* mori. Hoc autem probroſo nomine βιαιοθανάτους, aut βιοθανάτους vulgus etiam ethnicorum eos diu reprobavit, quos ſibi ipſis manus intuliſſe conſtaret. Biothanati, hoc eſt violenta morte peremti, quaſi autonomaſtice ii dicantur morte violenta perire, qui ſe truculenter interficiunt: eſto in alium ſenſum Pontifices ethnici vocem hanc Tibure uſurparint Hadriani aetate; quum enim hujus juſſu ſancti ſeptem Symphoroſae filii, a lictoribus pro confeſſione Chriſti trucidati, in altam foveam projecti eſſent „ impoſuerunt Pontifices nomen loco illi, *Ad ſeptem biothanatos* „ ex Actis Sanctorum ap. *Ruinart*. n. 4 p. m. 19.

Porro ſi *Tertullian.* audias l. de anima c. 57., hoc idem vocabulum ſonabat jam olim & obtinebat in expoſitum ſenſum, interprete *Pamel.* in cit. Tertull. locum, apud celebres illos magiae cultores, atque interpretes Hoſtanem, Typhonem, Dardanum, Damigeram, Nectabim, Aegypti regem temporibus Platonis, & Berenicem, illam fortaſſe Ptolomaei matrem & uxorem, cujus inſignem topazium commendat *Plin.* l. 37. hiſt. nat. c. 8.

Quin etiam *Raynaudo* teſte ubi ſupra nobis laudatur, n. 126. p. 223., eodem ſenſu vocis ejuſdem uſus alias invaluit. Quippe apud *Caſſian.* collat. 2. c. 5. Hero ſenex, qui ſe in puteum abjecerat, Biothanatorum in claſſem referendus eſſe dicitur, & eo nomine publicis eccleſiae ſuffragiis privandus, niſi interceſſiſſet S. Paphnutius. Tum 7. Inſtit. c. 14. habetur, Judam proditorem biothanati morte concluſiſſe vitam.

Ex iis autem cit. *Raynaudo* carpitur *Iſidorus* tanquam a vero nimis averſus ubi l. 10. etymol. litera *B.* p. m. 66. col. 1. ita vocis *Biothanatos* vim explicat „ Biothanatus, quod eſt bis mortuus: θάνατος enim graeco ſermone mors dicitur. „

Immerito tamen, Raynaudo quiſpiam reponat. Quia enim prae ceteris Iſidori commentariis celebratiſſimi ſunt etymologiarum libri xx. Bonav. Vulcani ſtudio repurgati. De iis autem S. *Braulius* Caeſarauguſtan. Antiſtes in vita Sancti haec monet, hos omnes libros „ omnimodae philoſophiae repletos quiſquis crebra meditatione perlegerit, non ignorabit divinarum, humanarumque ſcientiam. Et merito: eſt enim ibi redundans diverſarum artium elegantia, ubi quaecumque fert ſcribi, reſtricta collegit. „

Tum idem Iſidorus in epiſt. ad ipſum Brau-

cundia, literatura inſignis vir apud ſuos, S. Auguſtini conviciator acerrimus, & veritatis catholicae vehementiſſimus oppugnator & hoſtis; praeter errores ſectae docuit, eos, qui ſe pro peccato interimunt, inter martyres eſſe nuncupandos; quoniam in ſe puniunt quod ſe dolent commiſiſſe. (*)

Ex

Braulinm, operibus praefixa „ En tibi ſicut pollicitus ſum miſi opus de quarumdam rerum origine, ex veteris lectionis recordatione collectum; atque ita in quibuſdam locis adnotatum, ſicuti exſtat conſcriptum ſtilo majorum. „

Non itaque tantum concinnavit opus famigeratiſſimus Doctor ex propriis ſententiis, ſed ex iis duntaxat, quas a Majoribus, nec iis quidem vulgaribus & ignotis, exceperat. Nihil ergo prohibet, quominus eam vocis *Biothanatos* energiam tradiderit, tanquam olim apud Scriptores aliquot veteres, quorum ſcripta jam intercciderint, aut etiam num deliteſcant, obtinentem; quum vocum vis & ſenſus a placito hominum omnino pendeant.

Iis autem praejactis, immerito coarguitur eruditiſſimus Praeſul Hiſpalenſis, quod praedictae voci vim tribuerit ad ſenſum plurium veterum; quidquid in breviſſimo tot rerum compendio explicationem aliam forte opportuniorem, quam cum Raynaudo & aliis amplectimur, praetermiſerit.

A D N O T A T I O.

(*) ERroris Auctorem Petilianum vulgo faciunt Haereſeologi noſtri tralatitii, ſequuti *Caſtrum* art. *Martyrium*. haer. 2. Addit *Prateol.* in Petiliano, hunc docuiſſe immanem errorem in libello, quem inſcripſit de communi baptiſmo.

Ceterum Caſtrus more ſuo ſatis frequenti, nec minime laudando, teſtem, quem oppido exoptarem, non exhibet. Undenam itaque rem eruit? Anne ex *Auguſt.* qui Petiliani ſcripta contra eccleſiam catholicam vidit, ac ſtrenue confutavit? Et vero, ni fallor, S. Doctor in prolixis illis confutationibus nuſpiam errorem huic uni Donatiſtae ſignanter adſcribit. Ergo rem hunc in modum divinare auſim.

Auguſtinus quidem contra lit. Petil. l. 2. c. 49. ſic illum coarguit ac lepide oppugnat „ Vellem mihi diceres, Confeſſores illi veſtri quando ſe ipſos praecipitant, cui dicant martyrium, utrum Chriſto, qui talia ſuggerentem diabolum repulit, an potius ipſi diabolo, qui talia Chriſto facienda ſuggeſſit? Duae ſunt maxime viles atque uſitatae mortes eorum, qui ſe ipſos interimunt, laqueus & praecipicium. Tu certe dixiſti in primis partibus hujus epiſtolae, *laqueo traditor periit, laqueum talibus dereliquit*: hoc ad nos omnino non pertinet; neque enim veneramur nomine Martyrum eos, qui ſibi collum ligaverunt. „

Pergit illico „ Quanto autem nos probabilius in vos dicimus: magiſter traditoris diabolus praecipitium Chriſto ſuadere voluit & repulſus eſt. Quid ergo dicendi ſunt quibus hoc ſuaſit & auditus eſt? Quid enim, niſi inimici Chriſti, amici autem diaboli, diſcipuli ſeductoris, condiſcipuli traditoris? ſpontaneas enim mortes ab uno magiſtro utrique didicerunt; ille laqueum, iſti praecipitium. „

Aurea plane invectiva! qua nempe errorem facete ridet, ſolide exprobrat, & immaniſſimi ſceleris invicte convincit. Heic autem S. Doctor errorem, de quo agimus, licet invectiva impetat, non adſerit, ſed tanquam certum praemittit apud Donatiſtas obtinere, atque ejus auctorem vel ne indicat quidem.

Jam vero haec contra Petilianum expreſſe diſputantem Auguſtinum curſim legebat Caſtrus, & quaſi aliud cogitans, incaute inde collegit, uni Petiliano tribuendum, quod univerſe Donatiſtis exprobrat Auguſtinus.

Maneat ergo, donec firmius documentum pro Caſtro eluceat, praedicti erroris auctorem Petilianum certo ac determinate non eſſe; ſed potius vel ipſum, vel alium ex Donatiſtis Anonymum: atque adeo ipſum ut ſummum inter errones maxime dubios hoc loci adnumerandum.

Quod inſuper Prateoli citationem ſpectat, neſcio an idem ex fonte, ut ajunt, eam exceperit. Quid vero ſi cuncta hujus Donatiſtae ſcripta diu perierint? Hoc tamen certum: Auguſtinus, qui ejus opera

ad-

Ex Heterodoxis recentibus

I. *Thomas Morus* (*a*) cenſuit, eos non peccare contra jus naturae, qui ſe occidunt propter moleſtias alicuius mali in genere, vel propter horrorem mali particularis, vel propter timorem poenarum atrocium. (*b*)

II. *Joan. Vergerus*, vulgo *Abbas de S. Cirano*, Ianſeniſtarum famoſus parens, docuit, in perpluribus caſibus ſpontaneam mortem honeſtam eſſe (*c*).

III. *Donnius* Anglus, Magiſter Londinenſis, ad S. Paulli Decanus, ſententiam antiquatam de honeſtate propricidii ex orco revocavit, & multis nominibus evincere molitus eſt ſub finem proximi ſeculi, ac multos feralis dogmatis profeſſores ſibi adſcivit *Anonymos* (*).

IV. *Henricus de Cocceii*, Boruſſiae Regis olim a conſiliis ſecretior. Hugon. Grotii de iure belli ac pacis Cl. Interpres, cenſuit, Virginem ſpontanea morte pudicitiam illibatam honeſte ac laudabiliter tueri. (**)

III. Ca-

adverſum catholicam eccleſiam ſibi *lecta* explodere adgreſſus eſt, in l. 2. retract. c. 34. citat ejuſdem librum, ſeu epiſtolam, praenotatam *de unico baptiſmo*, quam Sanctus l. 1. contra epiſt. Petil. ſub eodem titulo perſtrinxit; ſub titulo autem *de communi baptiſmo*, nullam memini citari aut explodi ab Auguſt. Sed parva lis haec. Ad ulteriora progredimur.

(*a*) In Utopia l. 2.

(*b*) Conf. *Puſendor*. de ju. nat. & gent. l. 2. c. 4.

(*c*) In ſcripto, cui Titulus, *Queſtion royale* ap. *Bael.* in lex. art. *S. Cyran.*

ADNOTATIO.

(*) ITA quidem Philoſophus ille in tr. ſingulari, quem inſcripſit *Biothanatos*, de qua voce plura nuper adtulimus. In eo autem commentario ut rem ſuam conficiat, ad exſempla in primis provocat ex variis gentibus, quarum opinione, moribus, & conſuetudine autocheiria comprobata eſt, nec raro ſummis celebrata laudibus, e. c. in Lucretia, Catone, aliis.

Argumenta deinde profert, rationi, ut putat, adprime conſona, petita videlicet a fortitudine, honore, ac libertate, quas in ejuſmodi mortis genere relucere contendit. His autem pulcrius quam ſolidius expoſitis plures inceſcavit ſocios, qui in ſententiam trucem nove excitatam protinus deſcenderent.

Sed & Donnium & ſocios ita feraliter ſentientes ſtrenue perſtrinxit Anglus alter, *J. Adami*, S. R. M. a ſacris aulicis, edito Londini commentario ad an. 1700. quem hoc titulo praenotavit „ Tentamen de autocheiria, in quo ſecundum naturae principia eam illicitam eſſe probatur, additis quibuſdam animadverſionibus tum in Auctorem libri, qui *Biothanatos* inſcribitur, tum in plures alios. „

Haec plane didicimus ex Actis Eruditor. Lipſiae ad an. 1701. p. 233. Ex iis autem, quae in Actis pro utraque diſputantium parte compendio narrantur, & Donnius, & Adamus pauca nova orbi literato adſerre videntur praeter ea, quae in hanc rem Scholaſtici noſtri cum *Auguſt.* & *Tho.* adfatim diſſeruerunt.

Quod autem *Biothanaton* Donnii ſpectat, vereor ne perfida origo fuerit innovatae ſententiae de honeſtate autocheiriae, quam utique hoc ſeculo, praeſertim apud Anglos, novarum opinionum amantiſſimos, tanta exſemplorum copia probatam lugemus.

ADNOTATIO.

(**) ADſertum hoc in Grot. l. 2 c. 19. §. 5. p. m. 256. edit. Lauſan. 1752. in hunc modum ipſe proponit & amplificat „ Merito laudanda eſt Virgo, quae ſe pu-

V. *Carolus Monteſchiu* autocheiriam ceu probam & honeſtam propugnavit (*d*) Idemque alias (*e*) perfrequentes apud Anglos mortes ſpontaneas a climate illius regionis provenire cenſuit. De quo tamen ceu de inſigni errore proſtat cenſura apud *Tre.oltianos* (*f*).

VI. *Joan.Robeck* eandem feralem opinionem ſubſtinuit (*g*) De hoc errone plura *Cromazianus* (*h*).

VII. *Anonymus*, Anglus reor, Editor libri gallici poſtumi, cui titulus *oracula rationis*, Auctore Carolo Pope-Blount, Deiſta, qui morte demum voluntaria ſibi inflicta periit; quod *ſupra* indicavimus (*i*) ra-

puram, integramque tuetur morte; uti enim alium, ita & ſe occidere poteſt, ſi aliter tueri ſe nequit. Nec obſtat, quod nemo ſit membrorum dominus. Reſp. Hactenus eſt dominus, ut illud conſervare poſſit etiam a foeditatibus. Atque hac ratione factum Lucretiae probari poſſet, ſi violationem praeveniſſet.„

Id ipſum ſuperius praemiſerat p. 254. ubi ſic diſputat „ Definit vero Autocheiria 1.° ſi majus inde bonum oriturum eſt; ut ſi quis ad defenſionem patriae, ſi ad ſervandum principem, ad ſalutem humani generis mortem adpetit. 2.° ſi aeque periturus eſt, vel majori dolore & infamia, quo pertinet factum Raziae 2. *Machab.* XIV. 3.° pro conſervando jure, quod abſque internecione ſui ſervari nequit, ut pro pudicitia, honore &c.„ Haec ille.

Rectius tamen, adcuratius, & veritatem omnino tenens Auctor Coccei *Grotius*, qui ad locum cit. in textu, ſuiſque notis, cum multis bene ſapientibus ſentit optime, ſimpliciter, aut pro quovis eventu (uti ipſe illum ex textu & contextu adpoſite interpretari mihi videor) „ retinendum animum in cuſtodia corporis, nec injuſſu ejus, a quo ille nobis eſt datus, ex hac vita demigrandum.„

Quin etiam ibidem *Grotius* differens de virginibus „ quae ne pudicitiam amitterent in flumen ſe jecerunt, quas, & in Martyrum cenſum Eccleſia retulit; ſed de iis tamen (inquit) quid Auguſtinus ſentiat, videre eſt operae pretium.„ Quaſi cum Auguſtino idem omnino conſentiat. Quid autem ſentiat Auguſt. adverſum adlata Coccei paradoxa, fuſe *ſuperius* tradidimus & indicavimus ubi de ſaevitia Lucretiae in ſe ipſam.

Et vero Coccejus, Grotio derelicto, pro ſua potius ſententia illud Auguſtini effatum adlegat ex civ. l. 1. c. 16. „ ac per hoc & quae ſe occiderunt ne quidquam hujuſmodi paterentur (*nempe inevitabilem violationem pudicitiae*) quis humanus adfectus eis nolit ignoſci?„ Ceterum quis prudenter exſiſtimet, non conſtare heic ſibi Auguſtinum, qui tanto argumentorum adparatu evincit, nec ejuſmodi virginibus oppreſſis, nec alii cuipiam licere peccato propricidii peccatum, quod timet, vitare?

Verba itaque Auguſtini hunc reddunt ſenſum: quoniam ea violatio pudorem quoque ineutit, ne credatur factum cum mentis etiam voluntate quod fieri fortaſſe ſine carnis aliqua voluptate non potuit, ejuſmodi propricidae noſtram merentur commiſerationem ac deſiderium ut Deus illam eis mortem inſpiraverit, quae ideo criminoſa non fuerit.

Ex iis autem *Samuel de Coccejî*, Henrici filius, ibidem in additione ad cit. Grotii locum p. m. 255. ſe ſe in admirationem raptum incaute oſtendit ubi haec profert „ Mirum denique inter Chriſtianos quoque inveniri qui crimen hoc (*autocheiriae*) defendunt; quo pertinet Donnius &c.„ His quippe Patrem quoque ferit & vulnerat ſuum, qui nempe tot in eventibus mox indicatis licitam & honeſtam voluit autocheiriam; niſi vero eos tantum miretur inter Chriſtianos, qui univerſe, & nullo excepto eventu, illam, Donnium imitati, honeſtam propugnare non dubitant, ut puta Donnii adſectatores in Anglia.

(*d*) In literis perſicis t. 1. oper. lit. 75.

(*e*) In l. cui titulus *ſpiritus legis*. c. 12.

(*f*) Ad an. 1749. art. 40.

(*g*) In l. inſcripto *de morte voluntaria Philoſophorum & bonorum virorum etiam Judaeorum & Chriſtianorum*, quem poſtumum edidit Rintelii an. 1736. & impugnavit *Jo. Nicol. Funcius*. Ejuſdem libri poſtumi epitomam habes ap. *Academiam reg. Berolin.* ad an. 1745 art. *meurtre volontaire*. p 94.

(*h*) Saepe cit. c. 8. a p. 227.

(*i*) Ad Tom. V, p. 47.

rationes pro honeſtate autocheiriae in eadem editione ardenter promovere intendit. Sed eas tamen poſtmodum publice revocavit (*k*).

VIII. *Anonymus* alter, vel fortaſſe idem, Caroli Pope Blount amicus, impiam eius mortem propugnare adgreſſus eſt (*l*) ſed, ut audio, non niſi puerilibus ſophiſmatis diſputans.

IX. *Deslandes* in libro ſatis impio (*m*) mortem ſpontaneam ceu honeſtam & laude digniſſimam pluribus commendat. (*n*)

X. *Maupertuiſius*, alias eximius Philoſophus & Mathematicus, poſtquam docuit, omnes ubique homines eſſe infelices; adſeruit pariter, infelices ubi non prohibeat religio, mortem ſpontaneam, ſola ratione naturali ductos honeſte oppetere (*o*) infelicitatem evaſuros. Quaſi vero feralis iſta mors non ſit etiam jure naturae multis capitibus patentiſſime prohibita. Litem inter *Zanottum* & *Anſaldum* ſuper hac Maupertuiſii theſe indicavit cit. *Cromazian.* (*p*)

XI. *Mirabeau* ſub larvato Anonymi vocabulo, Auctor, ut ajunt, peſtiferi libri, cui titulus, *Syſtema naturae*, pro remedio unico, ac ethice quidem probo & honeſto, deſperationis, ex malo aliquo graviſſimo ſubortae, propricidium poſuit. (*)

Ex

(*k*) Haec ſine teſte diſcimus a Cl. *Andr. Spagnio* in l. de malo, edit. 2. n. 61.

(*l*) Libro edito, cui titulus, *Defenſe du meurtre de ſoi-méme*.

(*m*) Quem praenotavit *Rifleſſioni intorno ai grand' Uomini che ſono morti ſcherzando*.

(*n*) Conf. cit. *Cromaz.* c.8. a p. 241.

(*o*) In l. cui titulus *Eſſai de Morale* chap. 5.

(*p*) Cap. 8. p. 245. ſq.

ADNOTATIO.

(*) Immanem errorem Auctor vulgavit in cit. ſyſtemate par. 1. p. 306. uti diſcimus ex *J. de Caſtillon*, Jur. & Philoſoph. Doct. qui ex ipſis met Auctoris principiis errorem confutavit in obſervationib. ſuper eodem ſyſtemate c.14. a n.49. ad uſque 54. p. 531. ſqq. edit. Berolin. 1771.

Nec mirum quidem ejuſmodi errorem adverſus Fortitudinem procudiſſe dogmatum maxime impiorum auctorem. Porro hic ap. cit. *Caſtil.* p. 352. veteres & recentiores impios in rem ſuam exſcripſit. Ac ſi audias Auctorem quaeſtion. ſuper Encyclopediam par. 30. p. 244., Spinoſam eloquentia, perſpicuitate, methodo quam maxime ſuperat. Anne itidem impietate deiſtica, vel potius atheiſtica? Quid vero inter utrumlibet parallella inſtituamus? Sufficiat hoc loci errores praecipuos ſceleſtiſſimi ſyſtematis indicare, prout eos fideliter citatos a laud. Caſtillonio excepimus.

I. Exiſtentia Dei non eſt probabilis.

II. Deus alius non eſt quam natura, materia ſcilicet & motus; nec prima cauſſa eſt neceſſario ſpiritalis.

III. Natura exſiſtit per ſe ipſam & neceſſario & eſſentia ſua operatur, Item eadem eſt cauſa ſui, & rerum omnium.

IV. Elementa ſunt ab aeternitate, ac deſtrui nequeunt.

V. Nec exſiſtit, nec quodammodo poſſibilis eſt res aliqua ſpiritalis, quae materiae ſit omnino expers.

VI. Anima noſtra ejuſque facultates omnes cauſſis phyſicis tribuendae ſunt.

VII. Nec aliud anima noſtra eſt, quam organum internum pure materiale.

VIII. Materia in rebus quibuſdam illud modificat, & certo modo producit, quod nos intelligentiam vocamus.

IX. Homo eſt machina neceſſario agens.

Haec famoſi Pantheiſtae ſceleratiſſima placita, quae nos heic conſulto memoranda duximus ſtatim ac ea novimus, Caſtillonio duce. Ut ea nempe ad Proluſiones polemicas hucuſque editas, in quibus ſedem reperiant ſuam, revocari diſtribute poſſint.

Jam vero ſyſtema impium hucuſque, quod ſciam, ex inſtituto acerrime perſtrinxerunt laud. *Caſtillonius*, *Holland* Doctor Anglus, *Valſechius* in Adpend. ad commentar. de vera relig.

Ex Doctoribus Catholicis

I. *Tertullianus* in eo notandus videtur, quod (*q*) quum ſanctos Confeſſores in vinculis conſtitutos ad fortiter ſubeundum Martyrium, quod jam jam futurum exſpectabant, longa oratione adhortaretur, ut eis animos adderet, exſempla plurium ethnicorum propoſuit, qui humanae gloriae, & laudis cauſſa ſibi met mortem intulerunt: ut puta Lucretiae, Heracliti, Didonis uxoris Aſdrubalis, Empedoclis, Peregrini. Quaſi vero in iis adeo criminoſum facinus a virtute Fortitudinis, quae ab illo prorſus abhorret, prodierit, quantumvis alias pravo vitiatum fine. Perperam itaque propoſita ſunt Confeſſoribus illis exſempla, quae nullo ex capite imitari valeas; immo quae eos ad ſibi necem inferendam ne fidem Chriſti negarent, vel ob alium finem, quem pium putarent, facile pertrahere poſſent.

II. *S. Hieronymus* perdoctis viris cum *Covarrubia*, *Raynaudo*, *Genovefio* diſplicet, quum (*r*) inquit, *in perſequutionibus non licet propria perire manu, abſque eo, ubi caſtitas periclitatur*: his etenim honeſtam probat autocheiriam ubi certum imminet corporeae pudicitiae periculum. Heinc vero (*s*) commendare non dubitavit & mortem voluntariam uxoris Aſdrubalis ne pudicitiae jacturam ſubiret, & illius Reginae Carthaginis, ne Hiarbae regi nuberet; tum trecentum earum matronarum ex natione Theutonum, quae uſui aliorum hominum in captivitate tradendae, ut illaeſam maritis ſuis ſervarent fidem, ſe ſe invicem ſtrangularunt laqueis, & mortuae mutuis illigatae amplexibus repertae ſunt. Quaſi vero corporis violatio cum mentis diſſenſu, quem auxilio gratiae poteſt ac debet quiſquam tum adhibere, crimen ſit, quod morte a Domino vitae alias interdicta, praepedire tenearis. (*t*) (*)

III. *S. Aldelmus*, aliis *Anthelmus* & *Adelmus*, ex Abbate Epiſcopus Schireburgenſis, plurium monumentorum Scriptor ad ſeculum VII. (*u*) in eadem fuit cum Hieronymo ſententia. (*x*)

IV. *Juſtus Lipſius*, vir aetate ſua ad ſeculum XVII. ſi quis alius, de

(*q*) In l. ad Martyras c. 4.

(*r*) In c. 1. Jonae.

(*s*) Epiſt. 91. ad Ageruchiam & l. 1. adverſ. Jovinian.

(*t*) Recole *Aug.* cit civ. l. 1. c. 16. ſqq. Minime tamen audias *Bannez.* in 2. 2. q. 64. a. 5. dub. 1. *Leſſium* de fortit. dub. 6. n. 25 & alios ap. Salon. heic art. 5. contr. un. ſub fin. exinde Hieronymum inſulſe excuſare tentantes, quod multorum Philoſophorum ſententiam ſequutus heic fuerit; quaſi Doctorem catholicum non deceat paganorum errorres amplecti.

(*u*) Auctor eſt *Baron.* ad an. 699. n. 3. & in Martyr. rom. ad d. 25. Maii lit g.

(*x*) L. de laudib. virginitat. c. 15. referente cit. *Raynau.* de virt. & vit. l. 3. n. 117. p. 224.

ADNOTATIO.

(*) HOC Hieronymi effatum tanquam autocheiriae favens acriter mordet famoſus ille ethicae Patrum doctrinae inſidiator *Barbeiracus* in praefat. ad Puſendorf. § 9 & de morali Patrum § 8 ſq. Illud tamen poſt *Aguirrum* lenire denuo tentarunt, atque in ſaniorem ſenſum trahere *Remig. Ceillier* in apolog. doctrinae moral. Patrum Eccleſ. & cit. *Cremaz.* c. 7. a p. 216. Num vero iſti pro Hieronymo jure vindicando rem confecerint ſuam, ſapiens Lector, cui cordi ſit veritati ubique litare, pugnantes ſerio conferat, & litem dirimat.

literis homanioribus quam optime meritus, vehementer incuſatur, quod autocheiriae plus nimio faverit contra leges chriſtianas. (*)

V. *Propricidae*, qui ſe ſe facto exſitiales Errones probarunt, propemodum innumeri recenſeri poſſunt; & ex omni quidem natione catholica, regno, provincia, urbe, pago; & per omnes itidem aetates uſque modo; & ex perſonis demum cujuſque ſexus & conditionis, tametſi legibus cum eccleſiaſticis, tum civilibus tanti ſceleris nefas vetitum ſit, nec parum horroris ipſi naturae injiciat. Quid vero immenſum eorum cenſum heic proferamus? Eos dabunt hiſtoriae, quae de minimis etiam enarrare geſta curant. Sane mortes huiuſmodi, aut ſubitae dementiae, aut paſſioni cuipiam vehementiſſimae animum penitus abripienti pie adtribui ſolent, minime vero errori de honeſtate autocheiriae.

Sed manum de tabula. Ad ſaniorem de Fortitudine doctrinam celeri ac jucundo animo gradum facimus.

ADNOTATIO.

(*) L*Eonardus Coquaeus* eſt, qui in comment. ad S. Auguſtin. de civ. ad cap. 22. libri primi ſic illum adcuſat & & redarguit,, Juſt. Lipſius, centuria 2. epiſt. 26. reſpondens amico quaerenti, an ſapienti fas, aut jus conſciſcere ſibi mortem, licet nihil omnino definire ſe dicat praeter definita piis ſapientibuſque viris, non omnino tamen improbat Stoicorum ſententiam, quibus αὐτοχειρία placuit, licet non ἀρίστως, aut ſemper: quae tamen chriſtiano viro improbanda fuiſſet, maxime quum fateatur, religionis noſtrae leges, ex quibus rerum judicium magis quam ex antiquorum philoſophorum placitis petendum eſt, id prohibere.,,

Pergit indeſinenter,, Neque ad rem ſimilitudo illa, qua utitur, dum ait, *ut in domo conductitia ſi habitem, nihil peccem, ſi paullo exeam ante diem penſionis*. Ita heic videtur, qui enim ante penſionis diem e domo illa exit, ſuo ipſius jure cedit, nullique injuriam infert, nullius leges transgreditur; qui vero citius quam *Deus* ſtatuerit e vita properat, in alienum ipſe jus, quod penes remp. & Deum ipſum eſt, invadit, is injuriam facit naturae, ac Dei leges violat.,, Haec ille, & ſapienter quidem adverſus incautum Lipſium.

§. I.

De indole Fortitudinis, nonnulliſque effectis ei perperam adſcriptis.

QUAESTIONES 245 DOGM. SCHOL. QUAESTIO I. Quae Fortitudinis notio? ADSERO. Eſt virtus moralis, arduum amplectens pro honeſto. *Viri quidem propria maxime eſt* (y) quippe eius, qui fortis ſit, quam maxime honorifica commendatio. Nec mentem quidem perficit, nec voluntatem; ſed coërcet, vel ad aequum pondus revocat paſſionem iraſcentem; inducendo videlicet mediocritatem inter adfectus timoris & audaciae, qui obſtare poſſent honeſtati, quae hominem decet, erga pericula & res arduas. Timorem potius imminuit quam audaciam, pronior utique ad exſtimulandum & roborandum, quam ad diſtinendum & cöercendum. Heinc illa

(y) Ex *Tull.* l. 2. qq. Tuſcul.

illa totuplex eſt, quotuplex eſt arduum, quod pro honeſto poſſit quis adgredi & ſubſtinere (z).

246 QUAESTIO II. Quaenam ejus materia, & ratio potiſſima? ADSERO. Materia remota ſita eſt in periculis & malis, praeſertim graviſſimis, cuiuſmodi dixeris mortis pericula. Nemo quippe reputatur ſimpliciter fortis, hoc eſt in gradu heroico, niſi ex tolerantia ſummorum diſcriminum; ſecus enim quadantenus fortis duntaxat intelligitur. Proxima vero in paſſionibus timoris & audaciae erga mala, quibus fortitudo modum ponit. Ratio potiſſima eam reſpicit peculiarem honeſtatem, quae in moderatione huiuſmodi paſſionum relucet (a).

247 QUAESTIO III. De ſacra fortitudine quid tenendum ceu fide ſanctum? ADSERO. Haec diſcimus ex ſacro codice ſecundum communes Patrum & Doctorum interpretationes. Principio fortitudo, quae ſuperna eſt, vel tranſiens illa ſit in homine, vel permanens, Spiritum ſanctum auctorem habet ac donatorem; atque adeo *Spiritus fortitudinis* nuncupatur ap. *Iſai.* 11. 2. Deinde ejuſdem uſus ſaepe numero nobis graviſſime praeſcribitur; quandocumque videlicet ingruunt; urgentque atrocius dura pericula, horrentiaque bella, quae hominem ab obſervantia legis Dei ſummopere avocant; tunc enim, ne ſuccumbat infringens legem, incumbit homini quaeque vel ſumme quidem ardua ſubſtinere vel adgredi: quemadmodum prae oculis habemus exſempla SS. Martyrum, qui tot tantiſque ſuppliciis fortiter ſublatis, nec raro expetitis (b) Chriſtum uſque ad mortem confeſſi ſunt.
248 Porro id ipſum tacite praeſcribunt ſacrae literae ubicumque vel faciendum bonum quodpiam, vel malum praetermittendum graviter praecipiunt; nuſpiam quippe fas eſt ullam ob cauſſam vel excuſationem Deo graviter praecipienti non obaudire. Quid loca pro Adſerto congeram, quae infinita propemodum ſunt? Unum illud, & percelebre quidem, cetera ferme virtute complectens, adcipe & expende ex 1. *Petri* 5. 8. ſq. *ſobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter diabolus tanquam leo rugiens circuit quaerens quem devoret, cui reſiſtite FORTES in fide.*
249 Nec eſt profecto quod de traditione Patrum ac Theologorum, immo ſapientum ethnicorum pro CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS comparate ad Adſertum ſolliciti ſimus; quoniam & illi omnes, vel ne uno quidem demto, cum adſenſu totius eccleſiae in id ipſum, ſacro codice duce, conſpirant; & iſti pariter fixum, ratumque ſibi habere ſaepe reperiuntur, quod quidlibet cuique audendum ſit aut tolerandum, ne turpe quidpiam aut inhoneſtum contra jus naturae ſciens admittat (c).

 Com-

(z) Conſ. *Ariſt.* l. 2. ethic. c. 6. & 7. *Thom.* heic 2. 2. q. 123. *Leſſ.* cit. l. 3. c. 1. dub. 1. *Raynaud.* cit. l. 5. s. 1. c. 3. *Aguirrius* de virt. & vit. ubi de fortit. diſp. 5. q. 1.

(a) Favent citati *Th.* a. 4. *Raynau.* c. 1. *Aguir.* ſect. 1. & 2. Adde *Coninck* ubi de fortit. d. 5. a. 1.

(b) Quod diſces ex Claſſe proxima.

(c) De hoc argumento alias fuſius.

250 Complures denique fortes viros commendant ſacrae paginae a fortitudine adgrediente in geſtis ſuis ; e. c. Abrahamum , Nœmum , Moſen , Joſue , Davidem , Machabaeos milites , Joannem Baptiſtam ; tum alios a fortitudine ſubſtinente in calamitatibus arduis magnopere excruciantibus; e. c. Joſephum, Jobum, Iſaiam , Jeremiam , Machabaeos Martyres , Apoſtolos, Martyrum Regem Chriſtum . *(d)* Gratiſſima igitur ſummo Numini eſt fortitudo virtus , laudibuſqoe digniſſima .

251 Sed & idem ſapiens Ethniciſmus fortitudinem philoſophicam , ſeu mere naturalem in permultis viris ſuis & feminis illuſtribus ad coelos praeconiis evexit . E.c. in Anaxarcho *(e)* Zenone Eleate *(f)* Theodoro Pythagoreo *(g)* Socrate *(h)* Metello, Rutilio , Mucio Scaevola *(i)* Salluſtio *(k)* Cloelia *(l)* Camilla *(m)* Corneliis binis *(n)* Lacaenis viraginibus & feminis *(o)* in aliis demum *(p)* Haec autem exſempla ex profanis ſcriptis conſulto adſerimus , ut eorum cum ſacris conſonantiam qoaſi pro CONCORDIA FIDEI ET RATIONIS innuamus ; ſimulque palam conſtet , eam factis ſublimioris fortitudinis ineſſe energiam , ut homines in admirationem rapiat , & ferme cogat ad laudes .

252 QUAESTIO IV. Anne virtutes illae,quas profeſſio chriſtiana alumnis inſtillat ſuis , nempe animi lenitas ac demiſſio , & oblivio injuriarum cum honeſta & abſoluta fortitudine bellica pugnent ? NEGO conſtanter contra Machiavellum nimium errantem *(q)*. Quippe bellum , quo victoriam reportare aveas honeſte ac laudabiliter , humanam , mitemque exigit fortitudinem , non autem ferarum aut laniorum immitem ferocitatem : quod diſerte & ubertim tradunt *Plato* (r) & *Seneca* (s) hanc ab illa qoam adpoſite ſecernentes ; nec inde tamen ſocordiae vel ignaviae deputantes animi in bello gerendo lenitatem .

253 Nec chriſtiana inſuper demiſſo , vel humilitas fortitudinis adgredientis nervos ſubcidit , immo hanc communit , ſua utique moderatione modum eidem ponens , ne proruat in extremum , quod in turpem ac inhumanam barbariem deſinat . Oblivio denique injuriarum veram germanamque fortitudinem non obtundit,immo vehementer acuit com-

(d) Obviae ſunt cuique in ſacris ſcriptis verſato actiones fortitudinis , a quibus praedicti heroes commendantur .

(e) Ap. *Dion. Chryſ* orat. 37. ſub fin. & alios .

(f) Ap. *Theodoret.* l. 8. contra Graec. ſub fin.

(g) Ap. *Timoth.* l. de fortitud. Philoſoph.

(h) Ap. *Platon.* in apol.

(i) Ap. *Senec.* epiſt. 24. qua informat ad fortit.

(k) Ap. *Simplic.* c. 13. enchir. Epicteti.

(l) Ap. *Senec.* in conſolat. ad Marc. c. 16.

(m) Ap. *Virgil.* 7. Aeneid. ſub fin.

(n Ap. *Sen.* proxime cit.

(o) Ap. *Xenophont.* l. de legib. & rep. Lacedaemon. ſub inic.

(p) Ap. *Plutarch.* opuſc. de factis inſignib. mulierum , *Tiraquell.* ad l. 9. connub. n. 135. *Petr. Gregorium* de rep. l. 7. c. 11. a n. 38.

(q) Ubi oppoſitum adfirmat & operoſe probare contendit ad l. 2. c. 2. diſcurſ. in Tit. Livium , felicioribus exinde ethnicorum , quam chriſtianorum propoſitia bellis .

(r) In Protagora , Lachete, Menone .

(s) L. de ira c. ult.

comparate ad bellum honeſte peragendum; quippe qui in hoc belli genere, quo ex animo parcitur inimico, bellorum omnium difficillimo (*t*). ſe ipſum vincit, alacrius & generoſius exteriorem hoſtem, quem devincat, invadet.

254 Quod ſi chriſtianos milites ethnici, ſeu Mahumedani robuſtioribus pugnantes ac ferocioribus animis ſaepe ſaepius vicerunt in bello; minime eiuſmodi victoriae praeſidio illarum virtutum, quibus ſancte communiti chriſticolae ad arenam deſcenderent, adſcribendae ſunt; immo potius majori, feliciorique hoſtium induſtriae atque experientiae in re bellica; vel pudendae chriſtianorum ignaviae & ſocordiae, vel juſto Dei judicio, qui milites chriſtianos eiſdem virtutibus vacuos, & aliis onuſtos criminibus contra legem ſuam, accedentes ad bellum ea ignominia corripere ac punire decrevit (*u*).

255 QUAESTIO V. Num Autocheiria quid honeſtum, probumque ſit; utpote fortitudinis foetus? ADSERO I. Eſt ſimpliciter turpis, crimினoſa, & reprobatione digniſſima. Fide ſanctum. (§)

II. Et

(*t*) Ex *Plat.* l. 4. de legib. *Tull.* orat. pro M. Martello, *Plutar.* in praecept. politic.

(*u*) Plura in hanc rem, qui errorem neſandum Machiavelli ſtrenue confutarunt cum *Ribadeneyra* l. 2. de Principe a c. 34. *Oſor.* de nobil. chriſt. l. 5. *Menoch.* inſtit. polit. l. 3. c. 12. n. 4. ſqq. *Boſia* tr. ſingul. de fortit. chriſt contra Machiavell. *Botero* de regia ſapient. l. 1. c. 7. *Sepulveda* de honeſtate militar. diſcipl. l. 2. & 3. *Raya* cit. l. 5. 2. a. c. 8.

OBSERVATIO.

(§) ID quidem diſerte notatum apud nullum, quem viderim, Auctorem reperias; mihi tamen omnino certum. Quia enim Adſertum ei oppoſitum inter haereſes adcenſetur *Philaſtrio* & *Auguſt.* cit. quibus ceteri quique Haereſeologi conſentiunt. Et conſtat liquido ex jamjam diſſerendis, ſacro codice palam adteſtante, ſecundum communem & probatiſſimam Patrum & Interpretum expoſitionem, prohibitam divinitus eſſe autocheiriam, quoniam vitae ac necis dominus unus eſt Deus. Theſis itaque de honeſtate autocheiriae, quae hiſce veritatibus revelatis, & communi Eccleſiae ſenſu exceptis ex directo adverſatur, haereſis eſt, utpote dogmati fide ſancto aperte contraria. Id quod liquido conſtat ex regulis *ſupra* ad Tom I. p. 341. n. 158. & p. 351. n. 195 praemiſſis ad dignoſcendam rationem dogmatis fidei, & antidogmatis contra fidem.

Peropportune in hanc rem occurrit praeclarus ille canon *Arnaldi Albertini*, patria Majoricenſis, & dignitate Pactenſis Epiſc. apud Siculos, Seculi XVI. Scriptoris; qui nempe in tr. quem *ſollemnem & aureum* vocant, de agnoſcendis adſertionibus catholicis & haereticis pro inſtituendis S Officii Quaeſitoribus, ad quaeſt 1. §. 6 hunc profert canonem „ Generaliter dicitur, quod quicumque dixerit, non eſſe peccatum id quod eſt contra praeceptum Dei, haereticus judicatur „ Et continuo ſubjicit „ ponitur exſemplum in fornicatione, & in aliis praeceptis Decalogi, ut ſcribit S. Thom. quodl. 3. art. 12. „

Hinc itaque quicumque adfirmat, autocheiriam, quae eſt contra praeceptum divini decalogi *non occides*, criminoſam non eſſe, ſed honeſtam, extra omnem dubitationis aleam haereticus judicatur, atque adeo adfirmatio illa haeretica eſt. Recole quae diximus de propoſitione haeretica in cit. *Tom* I. p 350 n. 192.

Atque interea id unum concludas oportet. Quod ſcilicet patroni omnes autocheiriae contra fidem errarint, aut pertinaciter, aut inculpatim; atque adeo Proluſioni proximae, quam propterea polemicam conſulto vocavimus, ceu veri errones in re dogmatica materiam uberem obtulerunt.

Digitized by Google

256 II. Et hanc quidem turpitudinem crudelis ipſa praeſefert actio ubicumque abſit certa Dei iuſſio, aut inſpiratio. Haec una, ſi pauculos demas, Patrum, Doctorum, Scholarum apud caſtra catholicorum, immo & Proteſtantium vox. (*x*) Et merito quidem. Habemus etenim praeceptum, *non occides*, divinitus revelatum ex *Exo.* 20. 13. *Deuter.* 5. 17. *Matth.* 5. 21. Hoc autem praeceptum omnem humanam occiſionem vetat; & ſui videlicet, & alius cuiuſque: quod vulgatiſſima Patrum & Interpretum commentario teſtatur.

257 Habemus itidem ex revelatis, hominem non eſſe vitae ſuae dominum, ſed ſolum Deum; quia enim *Sap.* 16. legimus, *tu es, Domine, qui vitae & mortis habes poteſtatem*, & *Deuter.* 32. 39. aiebat Dominus, *Ego occidam & ego vivere faciam*; quibus liquido conſtat, einſmodi jus Deum ſibi & uni adſcribere: occiſor itaque ſui abſque ſummi Legislatoris auctoritate, divino juri derogat, & eſt criminoſe iniurius. Eos adde, qui vitam nimium miſeram pertaeſi, Deum ut eam abſcinderet, deprecati ſunt, ut puta, e. c. Moſes ex *Num.* 11. 15. Elias ex 3. *Reg.* 19. 4. Tobias ex *Tob.* 3. 6. in dogmatis utique habentes, vitae ac necis hominum ius ac dominium penes unum Deum eſſe poſitum.

258 Quid? quod nemo dominii in ſe ipſum capax eſt; quum dominium eſſentia ſua in alterum referatur. (*y*)

259 Id ipſum plerique Philoſophorum veterum, vel virtute, vel expreſſe tenuiſſe feruntur cum *Pythagora* (*z*) *Philolao* Pythagoreo (*a*) *Platone* (*b*) *Joſepho* Hebraeo (*c*) aliis (*d*). Quo ſatis hac in re probatam dixeris CONCORDIAM FIDEI ET RATIONIS, ut plures taceam Legislatores ethnicos, qui in odium autocheiriae leges tulerunt. Hinc

260 III. Non niſi temere & graviſſima cum injuria in Fortitudinem dici poteſt autocheiria ejuſdem foetus. Nec enim ſecus Virtuti cuiquam adtribui fas eſt, quod vitium, aut crimen atrociſſimum pariat. Ac inſuper ex *Ariſt.* (*e*) quibus ceteri bene ſapientes vulgo conſentiunt „ mortem ſibi conſciſcere ob fugiendum paupertatem, aut amorem, aut moleſtum aliquid, non eſt viri fortis, ſed potius timidi: eſt enim mollitiei laborioſa fugere. „ En tibi mollitiem, ſocordiam, & ignaviam: licet enim magna in morte hujuſmodi difficultas ſuperetur; haec tamen ſuperanda non eſſet: at vero ſubinde ſuperatur, quoniam ſe occidens difficultatem aliam ſibi proculcandam ſuperare refugit, cujuſmodi eſſent, e. c. vis ingens morbi, dedecoris, amoris, paupertatis &c. (*f*).

261 IV. Etiam ſecluſo unius Dei in vitam dominio; una cum morali

(*x*) Ex iis plures collegit cit. *Aguirr.* d. 5. q. 2. n. 15. una cum nonnullis legibus & civilib. & eccleſiaſticis contra ſuimet occiſores, ibid. n. 16.

(*y*) Conf. *Molina* de juſtit. d. 1. n. 1. & d. 9. n. 2. & *Delu.* de juſt. & ju. d. 10, ſ. 1. n. 9.

(*z*) Ap. *Tull.* de ſomno Scip. & de ſenectute c. 20.

(*a*) Ap. *Platon.* in Phaedone.

(*b*) In eodem Phaedonis dialogo.

(*c*) De bell. judai. c. 14. quem adpoſite, fuſeque explicuit Egeſippus junior de excid. Hieroſ. l. 3. c. 17.

(*d*) Ap. *Sam. Clark.* de relig. nat. c. 3.

(*e*) Ethic. l. 3. c. 7.

(*f*) Pulcre & nervoſe, ut adſolet, in id ipſum *Auguſt.* civ. l. 1. c. 22.

rali fortitudine, quibus prae primis opponitur autocheiria, haec aliis itidem capitibus exſecrandum ſcelus eſt, rationi adverſum. Pugnat nimirum cum illa inclinatione, aut vehementiſſima propenſione, qua unaquaeque res amat ſe ipſam, ſeu vitam & conſervationem ſuam, naturae inſtinctu & ratione duce, ſui deſtructionem modis omnibus praecavendo. (*g*)

262 Injuriam deinde irrogat reipublicae, ad quam ſui occiſor in praeſenti atque civili rerum ſtatu pertineat; is enim abſque ulla ipſius auctoritate aufert reip. quamdam corporis politici partem; quocirca ab eadem, quadam ignominiae poena veluti civitati injurius punitur. (*h*) Adde (ut plura taceam) ejuſmodi eſſe inſani ingenii autocheiriam, ut omnem agenti abſcindat ſpem reſipiſcentiae & expiationis comparate ad idem crimen & quaeque cetera. Quo quidem nomine ſcelus iſtud quibuſque aliis immanius eſt atque horribilius (*i*).

OBJECTIONES.

263 Obj. *primo* contra 1. Adſ. Autocheiria non eſt ſimpliciter aut ſuapte natura turpis. Nam 1.° ideo turpis eſt, quia prohibita praecepto *non occides*; non autem prohibita eſt, quia turpis. 2.° poteſt Deus eam praecipere aut coelitus inſpirare; non autem poteſt haec Deus erga rem ſuapte natura turpem e. c. erga odium divinum, blasphemiam, mendacium. 3.° nolle vitam conſervare, in genere moris, perinde eſt ac vitam deſtruere, vel ſibi necem procurare; at ſaepe quiſpiam honeſte non vult vitam conſervare: e. c. qui tempore epidemiae ſervit infirmis cum certiſſimo vitae periculo; qui damnatus ad moriendum fame, cibo clam oblato abſtinet; qui ſui bene conſcius, a latrone impetitus, hunc ad defenſionem moderatam & aequam vitae ſuae non perimit, immo potius ſe neci permittit, ne forte invaſor occiſus ad aeterna vincula detrudatur: ergo & honeſte poteſt quis ſimpliciter laqueo, enſe &c. ſibi necem procurare.

264 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Turpis eſt per ſe ſe, quia ſuapte natura turpe cuiquam eſt rem ſponte ſua deſtruere, in quam nec dominium habet, nec habere poteſt; ac turpis deinde eſt quia prohibita, quemadmodum & alia ex ſe pariter turpia aliis etiam decalogi praeceptis vetita ſunt. Ad 2. *D. Mi.* rem ſuapte natura turpem, cujus nempe turpitudo conditionata ſit, nempe *ſi deſit auctoritas Dei*, non autem abſoluta, qualis eſt in exſemplis adjectis, *N.* ſecus, *C. Mi.* & *N. Con.* (*k*) Ad 3. *N. A.* Quoniam praeceptum vetans propriam occiſionem eſt negans,

(*g*) Conſ. *Tull* l. 1. de offic. *Thom.* 2. 2. q. 64. a. 5 *Chryſoſt.* in c. 1. ad Galat. ad illud, *ut eriperet nos de praeſenti ſeculo*, & hom. 87. in Joan. *Auguſt.* l. de patient. c. 13. *Plotinus* ap. Macrob. in ſomn. Scipion. c. 13. *Boët.* 4. de conſol. metro 4.

(*h*) Haec *Ariſtotelis* opinio eſt l. 5. ethic. c. 11. *Thomae* mox cit. aliiſque utriuſque interpretibus vulgo probata, paucis refragantibus cum *Delu.* tr. de juſt & ju. diſp. 10. s. 1. n. 3.

(*i*) Id quod ſatis adpoſite indicavit cit. *Auguſt.* civ. l. 1. c. 17. & 27. interprete *Coquaeo*.

(*k*) Recole doctrinam de lege naturali immutabili *ſupra* traditam Tom. III. p. 251. ſq.

gans, adeoque ligans ſemper & omni tempore; praeceptum vero conſervandi vitam eſt adfirmans, tum duntaxat ligans, quum deeſt ratio & obligatio permittendi propriam mortem, aut manifeſtum ejus periculum. Quum autem apud plures perdoctos Theologos ea ratio ſaltem adſit in factis propoſitis, poſſunt haec honeſte exſequutioni mandari, minime mors ſpontanea.

265 Obj. *ſecundo* contra 11. Adſ. In nonnullis ſaltem eventibus honeſta per ſe ſe eſt autocheiria. Nam ejuſmodi eſt 1.° ſi quis ea morte velit de peccato ſuo poenas ſumere. 2.° ſi quis ita percupiat cuncta de cetero peccata vitare. 3.° ſi quis ſe interimat ſtudio adipiſcendi citius beatitatem: ad hunc quippe finem poteſt mors deſiderari: ergo & ſibimet infligi a deſiderante. 4.° ſi quis violentia obſcoena, quam aliter vitare nequit, proxime opprimendus, timens prudenter de ſuo conſenſu pene moraliter neceſſario ſub ejuſmodi oppreſſione, ut eum unice vitet, ne Deum offendat, mortem eligit ſpontaneam.

266 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob. *N. A.* Ea morte non eluitur crimen praeteritum, ſed novum & graviſſimum quidem ſuperadditur. Ad 2. *N. A.* Alioquin poſſet quilibet poſt baptiſma proxime adceptum morte voluntaria perire. Ad 3. *N. A.* Laudabile quidem eſt deſiderium mortis ad habendam citius beatitatem, non ita vero mors voluntaria; illa ſiquidem praemium eſt a Deo conferendum poſt periodum vitae, ab eodem ceu vitae, neciſque arbitro definitam.

267 Ad 4: putaverit fortaſſe quiſpiam, in caſu illo *urgentiſſimo* Deum permittere mortem ſpontaneam, qua qui eas *anguſtias* tam *pie* patitur, martyrii pro caſtitate lauream nanciſcatur. Nihilo ſecius qui haec patiatur, tenetur ſpem ſummam in Deum reponere, quod conſenſum avertet a voluntate, ac ſe oppreſſioni conſtanti pugna committere, ſi certo non cognoſcat Dei adſenſum in mortem ſuam ſpontaneam. (*l*)

268 QUAESTIO VI. Anne Duello, ſeu Monomachiae honeſtas Fortitudinis adſerenda? Praenota 1.° Duellum in praeſentia ſumitur pro ſingulari certamine ab utraque parte ſponte & ex condicto ſuſceptum, deſignato loco ac tempore ad occiſionem, mutilationem, aut gravia vulnera inferenda. 2.° partitur in varias certaminis claſſes; praecipue tamen in publicum, quod auctoritate publica certantes adgrediuntur, & privatum, quod privata certantium auctoritate inſtitui-

(*l*) Legendus cit. *Auguſt.* civ. l. 1. aapp. 25. 26. 27. cum comment. *Coquaei.*

Aliis, quae opponi poſſent, ex diſputatis ſparſim in Proluſ. proxima ſit ſatis. Pluraque ſibi met ipſis objecta perdocte diluunt citt. *Delu.* & *Aguirr.* poſt *Leſſ.* de virtut. l. 2. c. 4. a n. 58. Tum alia nuperrime a Robeckio, Monteſchiu & aliis junioribus producta ſolvit cit. *Cromaz.* c. 9.

De argumento propricidii, ſeu autocheiriae, aetate noſtra ſatis celebri, praeter hucuſque adlegatos agunt e junioribus *Joan. Dumas* in tr. gallico de eadem re ap. Romanos Ephemerid. ad an. 1774. n. 53. *Formey* in miſcellan. philoſophic. t. 1. in diſſ. ſup. Autocheiria, *Auctores Encyclopediae* ubi de autocheiria, *Genoveſius* in elem. Theol. l. 4. c. 3. a §. 8. cit. *Andr. Spagnius* permultis commentariis Cl. diſſ. de malo, edit. 2. a n. 60.

tuitur. 3.° variis de cauſſis illud paſſim inſtitutum legitur, ut puta ob defenſionem vitae, honoris, bonorum; ob vindictam, oſtentationem, jactantiam virium &c. (*m*) atque olim praecipue *ob purgationem*, quoties negotii notitia vel probatio, prae primis quum de criminibus ageretur, obſcura eſſet. 4.° in qualibet pene aetate, & apud omnes ferme gentes frequentiſſimus fuit duelli uſus: apud Hebraeos hunc viguiſſe docet provocatio Goliae, quem David ſuperavit; apud Mantineos Arcades innuit *Xenophon* (*n*) apud Graecos & Romanos univerſe demonſtrant ludi illi Gladiatorum; apud alias gentes erudiunt nos plurimi (*o*) apud Gallos denique ſua praeſertim aetate, amariſſime dolens, indicat *Raynaud.* (*p*) Quaenam vero prima duelli origo? Quidquid aliis ominari lubeat, mihi prorſus incerta. His doctrinae & eruditionis gratia praenotatis,

269 ADSERO I. Duello publica auctoritate inito ob juſtas cauſſas, adſeri poteſt honeſtas fortitudinis; quum videlicet juſtas habet conditiones belli, cujus totum negotium ex conventione utriuſque bellantium partis in duellum revocatur (*q*) Ejuſmodi quippe certamen juſto aequivalet bello; at pugna militis in bello juſto honeſta viri fortis pugna eſt: ergo & pugna in ejuſmodi certamine. Neque hoc quidem uni cuipiam virtuti repugnare probaveris, quemadmodum nec bellum juſtum.

270 Adſertam fortitudinis honeſtatem huic duello mire illuſtrant praeclara exſempla chriſtiana, Davidis cum Goliatho factum ſubſequuta. Nimirum certamen id genus iniit S. Rex Wenceslaus cum Radislao, vicino Principe Gurimenſi, Miſtibogii filio (*r*) Petrus Rex Aragonius cum Carolo Andegavenſi (*s*) Cunibertus Rex Langobardorum cum Alachio duce perfido (*t*) Canutus Daniae Rex cum Edmundo Anglorum (*u*) Ecquis autem iis, plurimiſque paribus geſtis turpe aliquod vitium jure auſit adpingere? Quibus denique conditionibus hoc duellum, ut fortiter & honeſte fiat, conſtare debeat, perdocte tradit *Suar.* (*x*) oppido conſulendus.

271 II. Duello ſingulari quomodolibet privata auctoritate ſuſcepto nefas eſt honeſtatem Fortitudinis adſerere; quippe multis nominibus iniquum eſt, quocirca a virtute Fortitudinis imperari nequit. (*y*) Quo-

(*m*) Conf. *Seyboldius* in dicaeomachia integra par. 2.

(*n*) De reb. Graecor. l. ult.

(*o*) Ap. *Alciat.* de ſingul. certam. c. 1. & *Delr.* proxime cit.

(*p*) De virt. & vit. l. 5. s. 3. c. 3. n. 192. p. 565.

(*q*) *Haec Adſertio communis eſt*, ait *Suar.* de carit. d. 13. s. ult. n. 8. eamque ibid. defendit *Suar.* cui adde plurimos ap. & cum *Th. Sanchez* in decal. l. 1. c. 39. n. 13. *Raynaud.* cit. n. 189. *Delu.* de juſt. & ju. d. 10. s. 8. n. 173. *Scvvartz* inſtit. *jur.* publ. nat. & gent. par. 1. tit. 4. de offic. homin. erga ſe ipſum inſtruct. 3. p. m. 120. &c. contra paucos reclamantes cum Comitol. 6. reſponſ. q. 16.

(*r*) Ap. *Dubravium* hiſt. Bohem. l. 5.

(*s*) Ap. *Riccium* hiſt. Neapolit. l. 3.

(*t*) Ap. *Baron.* ad an. 691.

(*u*) Ap. *Polid. Virgil.* hiſt. Anglor. l. 7.

(*x*) Proxime cit. n. 9.

(*y*) Haec omnium bene ſapientum inter Theologos, Juriſperitos, & Politicos una vox contra inſipientes perplurimos oppoſitum qua opinione, qua exſemplo ſuo comminiſcentes.

niam ſcelus eſt exſecrabile, cuilibet juri repugnans. Nimirum & juri naturae, prohibenti ne quiſpiam propria auctoritate vitam propriam aut alienam proximo & quaſi evidenti periculo exponat, quemadmodum in hoc duello provocans & adceptans exponunt. Et juri divino, idem prohibenti per *τὸ non occides*.

272 Et juri eccleſiaſtico acriter eandem pugnam ſaepe numero perſtringenti (z) Pro jure civili romano veteri ſcelus idem vetante vulgo adducitur (a) Conſtantini M. edictum (b) in haec verba „ cruenta ſpectacula in otio civili & domeſtica quiete non placent: quapropter omnino eſſe gladiatores prohibemus „ Sed haec tamen, me judice, rem minime conficiunt; prohibent namque duntaxat ſpectacula, ſeu duella ſollemnia gladiatorum, non autem univerſe quaeque cetera privata. Ejus loco pro jure romano novo adduci poſſet ex *Gobario* (c) Leopoldi Imp. placitum, quo ſub poena capitis monomachiam prohibuit ſaltem relate ad eum, qui adceptantem alterum interemiſſet; quod quidem placitum in Comitiis Imperialibus ad an. 1668. ratihabitum eſt & confirmatum. Quibus addi poſſunt ex Cl. Patre *Stadler* (d). LX. Principum variorum Edicta, queis praeſcribitur qua ratione duella vel impediri, vel commiſſa puniri debeant. Plura de horrenda hujuſce duelli immanitate inter alios egregie diſputat laud *Raynaud*.

OBJECTIONES.

273 Obj. *primo* contra II. Adſ. Duellum privatum eſt ſaltem plerumque actio honeſta & viri fortis. Nam 1.° honeſte ac viriliter agit qui ſic dimicat, facultate aut praecepto magiſtratus vel Principis inſtructus; non ſecus ac reus mortis, qui ſub paribus conditionibus venenum propria manu potat. 2.° Officialis itidem bellicus aut equeſtris qui ab altero ignominioſiſſime laceſſitus, timiditatis notam, & famae, omniſque honoris, immo & dignitatis jacturam incurreret, cum periculo moraliter certo vitam de cetero miſerrimam tranſigendi, niſi duellum adceptaret; in graviſſimis quippe eventibus honeſta eſt innocentis viri defenſio etiam cum occiſione adgreſſoris iniqui: uti eſſet e. c. ſi provocans invaſor mortem ſubitam, quae minime vitari poſſet, alteri minetur, niſi cum eo congrediatur.

R. N.

(z) Sic enim *Jus canonicum* tit. de cler. pugn. in duell. cap. *Monomachiam*. 2. q. 4. & tit. de purgat. vulg. cap. 1. & 2. tum *C. Valentinum* Francor. ſub Lothario Imp. coactum cap. 12. *Trident*. ſeſſ. 25. c. 19. *Nicol*. I. epiſt. 1. ad Carol. Calvum, *Coeleſtin*. III. *Innocent* II. *Eugen*. III. *Alexand*. III. ap. Conc. Lateran. cap. 1. & 2. de torneam. *Innocent*. IV. ap. Raynal. ad an 1252. n. 31. *Julius* P. II. conſt edita ſub an. 1503. menſe Apr. *Leo* X. conſt. *Quam Deo*. *Clem*. VII. conſt. *Conſuevit*. *Pius* IV. conſt. *Ex quae*. an. 1560. *Gregor*. XIII. conſt. *Ad tollendam*. an. 1582. *Clemens* VIII. conſt. *Illius vires*. an. 1592. *Alexander*. VII. in confixione propoſitionis 2. ſui decreti de an. 1665. 24. Sept. *Benedict*. XIII. conſt. *Ex quo*. an. 1725. *Benedictus* XIV. conſt. *Deteſtabilem*. an. 1752. ubi propoſitiones quinque duellum concernentes ceu falſas, ſcandaloſas, ac pernicioſas ſollemniter damnavit.

(a) Cum *Suar*. *Raynau*. *Scwaitz* citt. & communi Juriſperitorum.

(b) Ex l. unic. c. *de gladiatoribus*.

(c) Theol. experim. t. 1. par. 1. tr. 7. n. 573. in adpend. duellari.

(d) In l. de duello.

274 ℞. *N. Adſ.* univerſe adceptum. Porro adſertum noſtrum exceptiones aut limitationes quandoque patitur; at iſtae tamen perpaucae ſunt & admodum rarae. Ad 1. prob. *D. A.* ſi dimicet duello publico pro bono communi reip. & aequivalente bello juſto, *C.*, hoc tamen non erit duellum privatum: ſecus, *N.* duellum quippe privatum ex privatis rationibus initum, ac tot capitibus iniquum nec praecipere, nec permittere poteſt ulla poteſtas publica; quemadmodum nec reum, ut in ſe ipſum autocheiriam committat, manu propria venenum potando, cogere valet.

275 Ad 2: in primis *D. A.* ſi eventus hic aequivaleat juſtae defenſioni honoris, qui viro nobiliſſimo vita potior eſt, ex adhibita tum prudentum exſtimatione, *Eſto*; quia enim hoc titulo defenſionis vitae verum tenet adjuncta paritas: ſecus, *N.* Eo ſiquidem juſtae defenſionis titulo Antecedens admittunt *Leſſ. Reiffenſt. Laym. Pichl. Wieſtner*, alii. (*e*) Deinde tutius *N. A.* proſcriptum, uti videtur, in prop. prima ex V. damnatis a Bened. XIV. proxime laudato, quin illi juvare poſſint, reor, commentarii ac interpretationes. Satius porro erit in eo eventu viro nobili nec offerre, nec adceptare duellum, ne Deum graviter offendat, paratus quodcumque ferre martyrium ne animum noxa lethali commaculet, Deoque enixe fretus, qui ſic in arduis agentes nunquam deſerit. Et hoc quidem pacto, non ſecus, pereximiae Fortitudinis laudem comparabit.

276 Obj. *ſecundo*. Rurſum duellum ſingulare quandoque honeſtum eſt. Nam 1.° poteſt magiſtratus duobus ob delicta ad mortem damnatis duellum ea conditione injungere, ut victor liber evadat. 2.° turpe non eſt, ſi ficte ineatur ad reparandum honorem. 3.° Duellum ob purgationem ab aliquo crimine, immo & ob alias magni momenti cauſſas uti honeſtum viguit apud multas nationes per aliqua ſeculorum intervalla (*f*) etiam conſentientibus & adprobantibus Joanne P. XIII. Ottone IV. Carolo Magno &c 4.° Ordinis Equeſtris S. Jacobi ſtatuta rejiciunt Candidatum, qui recuſarit unquam duellum: hoc ergo ipſis honeſtum eſt, ac turpe recuſari.

278 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob: monomachia haec non eſt proprie duellum ſingulare, de quo heic agimus, ex condicto utriuſque partis, in loco deſignato &c., immo potius pugna ad vitam propriam tuendam; nec auctoritate quidem privata concertantium, ſed publica magiſtratus, qui utrolibet utitur ceu miniſtro ad exſequutionem mortis in alterum. Ad 2 *N. A.* quod coincidere videtur cum prop. II. ex damnatis a cit. Bened XIV. quae ſic habet „ Excuſari poſſunt etiam honoris tuendi, vel humanae vilipenſionis vitandae gratia duellum adceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo ſciunt pugnam non eſſe ſequuturam, utpote ab aliis impediendam. „ Ejuſmodi quidem duel-

(*e*) Ap. cit. *Scvvartz* par. 1. tit. 4. inſtr. 3. §. 1. p. m. 121.

(*f*) Quod variis exſemplis productis, varii teſtantur Scriptores ap. & cum *Delr.* cit. ſect. 2.

duellum ſcandalum pareret aliis ejus fictionem neſcientibus. Demum Clem. VIII. duella etiam non fatalia prohibuit.

279 Ad 3: ut ut ſit de ignorantia, ſeu temeritate illorum, qui monomachiam id genus cum laude & auctoritate publica inſtituebant, jam diu vero ejus uſus tanquam certo temerarius atque iniquus abolitus eſt ac vetitus. Ad 4. *D. A.* qui recuſarit titulo timiditatis & ignaviae, *Eſto*; titulo obedientiae erga ſacras Dei, naturae, eccleſiae leges, *N.* Quod ſi alio ſenſu ab hiſce legibus alieno ea inſtituta loqui deprehendantur, corrigenda & emendanda ſunt. Quis autem haec ſuſpicari auſit de ejuſmodi inſtitutis piiſſimis juxta atque nobiliſſimis? Abſit itaque omnino ut duellum quodlibet offerenti, vel adceptanti, vel utrique ſimul ardenter pugnanti Fortitudinis verae laudes adſcripſeris. (*g*)

280 QUAESTIO V. E duabus actionibus a Fortitudine ſubortis, ardui nimirum perpeſſione & adgreſſione quaenam praeſtat? ADSERO I. Longe praeſtat perpeſſio. (*h*) Quia enim nobilior & laudabilior actio eſt, ceteris paribus, quae operoſior ſit ac difficilior; at longe operoſius eſt ac difficilius pati vel ſubſtinere, quam agere vel adgredi: ſubactio ergo timoris, qui perpeſſionem ſpectat, longe nobilior & laudabilior eſt, quam moderatio audaciae, quae reſpicit adgreſſionem. Deinde qui patitur, ſentit pericula ceu praeſentia adgrediens vero ceu futura reputat: ille inſuper veluti ab hoſte fortiore invaditur & opprimitur; hic autem tanquam potentior & fortior adverſario: in illo itaque major ſuperanda difficultas, atque adeo nobilior fortitudo commendari debet. Heinc ex *Prov.* 16. *melior eſt patiens viro forti*, viro nimirum forti per adgreſſionem, interprete *Greg.* M. (*i*)

281 II. Ardui perpeſſio cum gaudio flos eſt chriſtianae, immo & nobiliſſimae fortitudinis. Sicut enim nihil ejusmodi perpeſſione magis arduum, & humanae naturae adverſum magis, ita & nihil ſublimius, digniuſque ſummae fortitudinis laude; in quam utique non niſi animus egregia generoſitate, & conſtantia, & magnanimitate praepollens contendere poſſe videtur. Idcirco Doctores Adſcetici in ſanctis id genus perpeſſionibus cum gaudio quaeſitis aut ſublatis ſummum cujuſque virtutis apicem reponere merito conſueverunt. Et *Chryſoſt.* quidem (*k*) jure ſubſtinet, gaudium de perpeſſione propter nudam honeſtatem eorum eſſe, qui naturam jam tranſcenderunt, corpuſque habent nulli ultra paſſioni obnoxium: quales ego dixerim prae ceteris Sanctos Martyres, quos novimus plerumque atrociſſima ſupplicia & mortem generoſe provocaſſe cum animi exſultatione. De iis porro uberior ſermo & laus erit in poxima Diſſertatione. Prae-

(*g*) Conſſ. iterum citt *Raynaud. Delr. Serrar.*

(*h*) Conſentiunt *Ariſt.* l. 3. ethicor. c. 9. *Dio Chryſoſt.* orat. 29. *S. Chryſoſt.* hom. 10. in 1. ad Theſſal. *Thom* in 3. ethicor. lect. 18. & 2. 2. q. 123. a. 6. *Aegidius* de regim. Princ. par. 2. c. 13. *Martin. de Magiſtr.* de fortit. q. 5. concl. 5. *Jovian. Pontan.* l. 1. de fortit. c. 12. *Thom. Boſius* l. de robore bellico contra Machiavellum in prooem. *Leſſ.* heic l. 3. c. 1. dub. 1. n. 18. *Raynaud.* cit. l. 5. s. 1. c. 2. n. 18.

(*i*) Hom. 35. in Evang.

(*k*) Hom. 1. in 1. ad Theſſal.

Praeſtat autem interea praeclara e priſcis ſeculis indicare documenta, quae & fortitudinem generatim ſumtam & mira ejuſdem effecta ſummopere commendant. En illa.

MONUMENTA ANTIQUITATIS *pro virtute Fortitudinis.* *E RE MARTYROLOGICA.* CLASSIS IX.

Nihil profecto clarius & ſublimius ſacrae Fortitudinis indolem ac dotes eximias palam oſtendit, & commendat, ac ejuſdem effecta, quae ab generoſiſſimis Martyrum adloquutionibus pie nos exſultantes perdiſcimus. Ejuſmodi quidem adloquutiones, quae Lectorem etiam invitum ad ſummam rapiunt admirationem & laudem Auctoris, qui tanta eos fortitudine communivit, paſſim recitant Acta. Ex immenſa exſemplorum ſegete complurium inſtar perpauca damus. Nec eis ullum plane commentarium adjicimus, quia enim res apertiſſime ſe ipſa loquitur.

1 *Vide ne tu credas, me aut aliquem fratrum meorum (*) a Domini Jeſu Chriſti amore recedere. Immineant verbera, ſtent cruenta conſilia*; fides noſtra nec vinci poteſt, nec mutari.

(*) Quorum etiam cauſſa ante tribunal idem Judicis agebatur.

S. Felix alter ex VII. filiis S. Felicitatis, M. reſpondens Publio Praefecto Urbi, eum hortanti ut diis immolaret (ex *Act.* ut in Adpend. p. VI.)

2 *Sed quid voluntatem tuam longa oratione ſuſpendimus? fac ex me* quaeque cogitas, & quodcumque aliud poenae genus caſus obtulerit, aucupare. (*)

(*) Actorum editio Uſſeriana habet *adcelera*.

S. Polycarpus Ep. M. reſpondens Proconſuli haec optimo Seni minitanti, *ſi ferarum morſus nova praeſumtione contemnis, ignibus te cremabo* (ex *Act.* citt. in Adp. p. IX. n. 10.)

3 *Deos ſperno, fateor Chriſtum.* Quaecumque poteſtis date ſupplicia, *cumulate tormenta.*

S. Victor M. Praeſides in examine fidei ſuae conſtanter adloquens (ex *Act.* n. 10. Ea citavimus in Adp. p. XXXII.)

Ti-

4 *Tibi ago gratias, Domine Jeſu Chriſte, qui mihi hanc* tolerantiam *dare dignatus es ad vincendum nequiſſimum tyrannum.*

S. Petrus M. dum ſaeviſſime cruciaretur, quod deam Venerem, ejuſque cultores enormiter contemſiſſet, & Chriſtum ceu Regem ſeculorum omnium laudaſſet. Nimirum propterea Proconſul Optimus *juſſit eum adhuc aetate adoleſcentulum tendi in rotis & (* inter *) ligna in circuitu poſita vinculis ferreis totum corpus ejus fecit conſtringi, ut contortus & confractus, minutatim oſſa ejus comminuerentur. Quanto autem plus torquebatur famulus Dei, tanto magis fortior adparebat. Conſtans vero adſpectu & ridens de ejus ſtultitia, conſpiciens in coelum ait*, quae mox deſcripſimus (ex *Act.* Sancti & Socc. citt. in Adp. p. XLIII. ubi de S. Dionyſia.)

5 *Lyſias dixit, carbones ignis ſubſternite pedibus ejus, virgis autem & duriſſimis nervis dorſum ejus & ventrem contundite. Quumque factum fuiſſet, Aſterius dixit, coecus es in omnibus. Hoc autem a te* peto, ut nullam partem corporis ſine plaga dimmittas inlaeſam.

S. Asterius M. (ex *Act.* n. 2. Ea citavit Adpendix p. VII.)

6 *Jube potius ut ſatellites tui exſequantur mandata. Conſpicio enim remiſſius eos agere. Tu vero tormenta excogita & novarum adinventiones machinarum*, ut fortitudinem meam experiaris; *quin potius agnoſce Dominum Jeſum adjuvantem me ... non formido minas tuas, pro Chriſti fide* quidlibet pati paratus ...

S. Theodotus M. adloquens Theotecnum Judicem, poſtquam ejus juſſu horrenda tormenta generoſiſſime ſubierat (ex *Act.* Sancti & Socc. n. 27. & 29. citt. in Adp. p. XXVIII.)

7 *Ecquid, o Theotecne, adeo grande contra me excogitabis, quod poſſit reſiſtere poteſtati Domini mei Jeſu Chriſti? Quamvis autem corpus meum totum ſit prioribus plagis diſſolutum, ut vides, novam tamen* roboris mei *experientiam ſume, diverſaque*

tor-

tormenta membris meis admove, ut videas quam valida ſint ad tolerantiam *quae modo diſſipata videbantur.*

S. idem Theodotus Athleta mirabilis pro fide Chriſti reſpondens Theotecno, haec rurſum minanti, *alias enim* (ſi diis non ſacrificas) *vides paratum tibi ignem, exacutum ferrum, ferarum rictus ad lanienam hiantes; quae ſi volueris experiri, priora tormenta non niſi umbrae ad haec poſteriora videbuntur* (ex eiſdem *Act.* n. 29.)

8 *Hoc eſt quod ſemper optavi, hoc eſt quod votis omnibus exquiſivi* ... paratus eſt Dei ſervus ad omnia pro Salvatoris nomine ſubſtinenda. *Inſurge ergo & toto malignitatis tuae ſpiritu debacchare. Videbis me Dei virtute plus poſſe dum torqueor quam poſſis ipſe qui torques...*

S Vincentius M. reſpondens Daciano Praeſidi, qui quum eum juſſiſſet adplicari ad equuleum, ejuſque membra diſtendi, & toto corpore diſſipari, ſic illudebat Martyri, *quid dicis Vincenti? vel ubi conſpicis tuum jam miſerabile corpus?* (ex *Act.* Sancti, quae citavimus in Adp. p. VII.)

9 *Sed torque diutius confitentem, nec a mea obſecro poena ceſſes; ut vel ſic poſſis* probatam, *licet ſacrilego ſpiritu tuo, ſuſpirare* veritatem, ejuſque me inſuperabilem *agnoſcere* Confeſſorem...

S. idem Vincentius ad ipſum Dacianum, lictoribus jam feſſis ajentem, *vires reſumite ut improbum hoſtem innovatus miles ad poenam durius coërceat. Rimetur acrior ungula intima coſtarum & dolor interiora penetrans, gemitum reddere faciat, non contemtum* (ex eiſdem *Act.* n. 5.) Et en tibi in Vincentio Fortitudinis ſublimioris veram effigiem.

DOCUMENTA CETERA EX ACTIS CHALDAICIS.

10 *Adeo nec te, nec tua tormenta formido, ut ſi quae tibi ſuppetunt his* (*) *atrociora*, in me nulla mora expediri poſcam. *Aderit omnipotens Deus, qui pares ad ea perferenda vires mihi ſufficiat.*

(*) Tormentis acerbiſſimis modo inflictis.

S. Theodota M. uti *ſupra* in Supplem. p. XV.

Te,

11 *Te , Jeſu Chriſte , adoro , tibique gratias habeo quas poſſum maximas ; quoniam digna habita ſum pro vita ſempiterna hos perpeti cruciatus , per quos conſtat jam plane mihi , facilem , certumque ad coelorum regnum patere aditum omnibus , qui ea* pro tui nominis gloria fortiter perferunt .

S. eadem Theodota dum tortores juſſu Agrippae Praeſidis dentes ſingulos ei forcipibus immaniſſime divellerent (ex eiſdem *Act.* ubi ſupra §. *Tum* .)

Quam egregie ! Vides Heroinam verbis & exſemplo commendantem Fortitudinem ceu neceſſariam penitus volentibus per Martyrium regni coeleſtis beatitatem adſequi .

12 *Tu vero ſceleſte atque inique prorſus tyranne jam coeptum perage facinus : profer atrocem animum , necdum coedibus ſaturum . Verba hucuſque dabas* , expedi jam verbera ... Invictum animi robur , *quod a Chriſto Domino noſtro in hoc conflictu adcepimus , tuos , tuorumque militum conatus facile infringet* .

S. Barbasceminus Ep. M. ad Saporem Regem , ſui & Sociorum nomine ad tormenta ſubſtinenda generoſe provocans ; fretus utique invicto robore , hoc eſt eximia fortitudine ſibi coelitus donanda illis cum triumpho devincendis (ex *Act.* Sancti & Socc. citt. ſaepius ap. Acta MM. or. p. 116. §. *Tum* . & *Cui* .)

13 *Quodlibet praeterea mortis genus in nobis experire* ; paratiſſimos *nempe* ad omne ſupplicium pro Deo ſubeundum invenies .

SS. Ebedjesus Ep. et Abdallaham Presb. MM. ad Praeſidem Artaſcirum Hadiabi Regulum , eis in quaeſtione edicentem acerbiſſimo interimendos eſſe ſupplicio , niſi deos Perſarum colant (ex *Act.* Sanctorum xl. MM. , uti ſupra in Supplem. p. xxxvii. ap. Acta MM. or. p. 153. §. *Delatoris* .)

14 *Quoties bujuscemodi quaeſtionem* (*) *adverſus nos inſtauraveris* , conſtantes , *certoſque in eadem hac ſententia reperies* (**) *fixum quippe eſt ini-*

quiſ-

quiſſimi Regis edicto nequaquam cedere. Tu *vero pro tuo faſtu atque contumacia* exſere *adverſus nos* quas voles vires, quaſve potes.

(*) Deparendo Regi impia edicenti
(**) Quod nempe una nobis conveniat in Chriſtum fides, eaque certiſſima.

S. Aithilahas et duo Socii MM. ad Praefectum eos minis urgentem ut impio Saporis edicto obtemperarent (ex *Act.* Sanctorum ſaepe laudd. ap. Acta MM. or. p. 180. §. *Quinto*.)

15 *At tu* (*) ſi ſuppetunt tormenta iſtis (**) acerbiora, ea in nos experire. *Nos vero* in hac omnino conſtantiſſima ſumus voluntate, *ut nuſquam aut Deum deſerere, aut datam illi fidem infringere, ipſiuſque leges violare, aut Jeſum Chriſtum Servatorem noſtrum abnegare velimus*.

(*) Cauſſae noſtrae Praeſes
(**) Quae vidimus Socios noſtros pertuliſſe, acerbiſſima quidem, & viro miti cuipiam incredibilia,

SS. Diodorus, Serapion, Papius ad Praefectum, Menaeis, & Menol. Baſil. dictum *Tertium Proconſulem*, & latinis Martyrologis *Sabinum Ducem*, Sanctis ſub oculis habentibus immaniſſimos Sociorum tum animas exhalantium cruciatus, haec ut Chriſtum abnegent, ſubdentem, *veſtrum eſt iſtud ſupplicium quando libuerit declinare, non enim ego vos cogo iſta perpeti* (ex *Act.* Sanctorum, uti ſupra in ſupplem. p. xxiv. quam recole.)

Audiſtin Martyres adloquentes? Nihil ſane nobilius, illuſtrius & efficacius nihil ad confirmandam ethicam de ſacra Fortitudine doctrinam. Sanctos adeo mirabiliter, ne Deum gravi adficerent injuria, tolerantes & loquentes mirare; & quum vehementius urgeant naturae aut ſatanae inſidiae, ne ſubcumbas oneri, ac Deum turpiter deſeras, fortiter, ut par eſt, imitare.

E RE LAPIDARIA.

Sacrae Fortitudinis virtutem exprimere, atque commendare olim conſueverant Majores noſtri ſub ſymbolis praeſertim *Anchorae & Palmae*, ſub ea praeprimis infelicisſima perſequutionum tempora, quum pro conſtanti nominis Chriſti confesſione tanto eis heroicae fortitudinis munimine opus erat. Ita quidem vulgo ſentiunt chriſtianarum Antiquitatum Interpretes cum *Boſio Aring. Fabret. Bold. Bonarrot. Marang. Mamach.* quibus porro comparate ad Palmam favere videntur ex Patribus *Origen.* hom. 9. ſup. Exod. *Hieron.* in Ezech. 40. & in Zachar. 14. *Gregor.* M. hom. 17. & 19. in Ezech. *Rupert.* in Apoc. 4. quibus

nempe ſacris Interpretibus in adductis locis fortitudinis chriſtianae Palma typus eſt.

Iam vero quum de Anchora pro ſpe ac fide theologicis plura expoſita ſint ſymbola, quae facili negotio, nec incoucinne quidem, huc loci poſsis adducere; reliquum eſt ut Palmam in ſignum et laudem Fortitudinis ex gazophylacio ſacrae vetuſtatis palam oſtendamus: primum videlicet chriſtianis inſcalptam Lapidibus, ceteris deinde multiplicis generis monimentis.

16 TEMPORE ADRIANI IMPERATORIS MARIVS ADO



LESCENS DVX MILITVM QVI SATIS VIXIT DVM

VITAM PRO CHO CVM SANGVINE CONSVNSIT



IN PACE TANDEM QVIEVIT BENEMERENTES CVM

LACRIMIS ET METV POSVERVNT I. D. VI.

Romae titulum reperit in coemeterio Calliſti Abbas Creſcentius, teſte Boldetto p. 232. ſq.

Adrianus Imperator, cujus aetatem ſpectat famoſum ſaxum, Trajano ſuffectus, imperavit ab an. Chr. 117. ad 138.

Habes Marium adoleſcentem optimum, in primaeva Eccleſia Ducem militum, ac fortiſsimum pro Chriſto Martyrem, quem proinde dixeris ſacro Monogrammate & palma ſapienter Auctorem Lapidis exornaſſe. Quod ſi de ſinceritate tituli ambigas, eumque ſubdititium ſuſpiceris, eaſdem ipſi adſcribimus vindicias, quas *ſupra* Tom. IV. a p. 119. pro Epitaphio Alexandri, ſacro itidem Monogrammate, palmaque decorato exſaravimus.

Hunc plane, ſicut et alium Alexandri, legitimum agnovit *Mabillon.* in itin. ital. p. 136. ubi et ipſum oppoſuit perſcite *Dodwello*, adſerenti ex tripode in celebri diſſ. cyprianica XI. §. XXX. *nullius martyris in probis monumentis extare memoriam, qui paſſus ſit ſub Adriano.*

17 ASELLVS ET LEA PRISCO PATRI BENEMERENTI IN PACE

QVI BIXIT ANNIS LXIIII. MENSIBVS III.

DIES. N. XII.



IN SIGNO



V. K. OCT. D. BASSO ET ABLAVIO

CONSS. *A.C.* 331.

Romae in coemeterio S. Agnetis detectus a Boldett. ſub an. 1710. eodem teſtante p. 273.

Fortaſſe τὸ *in ſigno* tot inter palmas, adludit quoque ad ſignum Cru-

Crucis Chriſti, quod Conſtantino Magno, vere piiſſimo paucos ante annos e coélo commonſtratum eſt cum verbis *hoc ſigno vinces*; quod quidem mirandum portentum a Maxentio ad pontem Milvium reportata victoria ſibi coelitus promiſſa quam proxime excepit. Palma ſiquidem apud pleraſque gentes victoriae etiam, quae inſigne eſt fortitudinis exſemplum, ſymbolum fuit conſpicuum.

18 AVR. BERINVS VLPIAE COJVGI

SVE BENEMERENTI FECIT IN PACE ANNORVM XXX. 

Piſauri olim ap Epiſcopum Oliverium, ut Auctor eſt Murat. p. 1837. 4. ex Hannibale Oliverio.


Apud antiquiora ſaxa chriſtianorum paſsim repereris *cojux* pro *conjux*, & *cojugi* pro *conjugi*; tum caſus nominum indiſcriminatim & cum congruente diphtongo, et illa deſtitutos; item cum diphtongo ſeparatis caracteribus *AE*, vel ipſis commixtis *Æ*. Haec illorum temporum apud Auctores Titulorum, vel potius apud Marmorarios eorum exſcriptores erga orthographiam incuria.

19 FELICISSIME FILIÆ

BENEMERENT. I. PE

Q VIXIT. BIR. ANN. XX. DIE

XXXXVI



Panormi in eccleſia Xenodochii Sacerdotum, una cum reliquiis Feliciſſimae Martyris, Roma advectus, ap. Gabriel. L. Caſtellum in nova collectione veterum Siciliae Inſcript. claſſ. XVII. *n* 28. *p.* 249.

Idem Auctor ingenue fatetur, Titulum hunc inter Panormitanas Inſcriptiones n. CVI. maculatum olim tradidiſſe, quod autographum legere non potuerit. Quo rurſum doceris monitum, quod hanc in rem experientia demonſtrante pridem conſcripſimus in Tom. II. Claſſ. VII. n. 3. ſub fin pag. 111.

Adpoſite *Caſtellus* τὸ BENEMERENT. I. PE legit *Benemerenti in pace*, ipſeque τὸ BIR. legerim *Virgo*, dummodo hujus Feliciſſimae virginitati nihil aperte obſtaret, quod ignoro.



20 B. S. M. PAVLO

K. V. MAIJ. R.

IN PAE 

Legito

21 BONAE. SIT. MEMORIAE. PAVLVS

KALARITANVS. (obiit die) V. MAII. REQVIESCAT

IN. PACE

Panormi itidem in S. Mariae Agonizantium, Calari in Sardinia advectus, ap. cit. Caſtell. n. 43. p. 253.

Huic pene omnino ſimile cujuſdam *Petri* Calaritani Epitaphium ſubjicit idem Auctor n. 45. p. 254. Palma etiam decoratum.



ΚΟΙΜΗϹΙϹ ΘΕΟΔΟΤΟΥ

Hoc eſt

Dormitio Theodoti

Syracuſis e coemeterio effoſſus eſt pervetuſtus Titulus an. 1749. una cum Lypſanis cadaveris, eodem referente Caſtello n. 51. p. 255.

Suſpicor, eam ſiglam, quae Palmam ſubſequitur, fuiſſe olim ſacrum Chriſti monogramma, cujus tamen decuſſatae crucis pars dextera edaci dente vetuſtatis detrita fuerit ſimulque elementum K. adjunctum, ut pateret, τὸ ΟΙΜΗϹΙϹ.

22 AMANTIVS IN PACE QVI VIXIT

ANNOS N XXV MARITO DVL

CISSIMO FECIT



E Roma ſubterranea effoſſum Lapidem ad S. Mariae Tranſtiberim, alias ad Fontem olei, exſcripſit Lupius, eodem teſte diſſ. in Epitaph. S. Severae p. 56.

Idem *Lupius* p. 106. rurſus Titulum recitat; verum pro *Amantius* habet *Amanlius*. Ubinam ergo memoria exciderit Auctor, aut erraris Typotheta, quis divinet, niſi oculis Lapidem obſervarit? At me iudice, parvi momenti res eſt, nec ulteriore inquiſitione digna, quemadmodum & plura minime graviora, de quibus penes exſcriptionem Lapidum minus adcuratam in adcidentalibus conditionibus Antiquarios frequenter dolere video. Lege *Fleetwodum* in praefat. ad ſuas Inſcriptiones.

Deſideratur heic nomen uxoris, quae Amantio marito epitaphium fecit aut dicavit. Hoc tamen nec novum, nec ratum eſt in vetuſtis Lapidibus; in quibus nempe perfrequenter & uxoris & mariti, & patris & filii, & fratris & ſororis & amici, qui vel intelliguntur vel ſubindicantur Titulum dicare, nomina reticentur. Paſſim exempla proferunt chriſtianarum Inſcriptionum Collectores.

CLAV-

23 ❦ CLAVDIAE ❦

❦ ZOE ❦

FILIAE ❦ KARISSIMAE

VIXIT ❦ ANNIS. XVI. ❦

❦ VIRGO ❦





Romae olim effoſſus e coemeterio Praetextati ap. Marangon. in adpend. ad acta S. Victorini p. 129. ex Thoma Cervionio.

Anne illo florido palmarum ſerto Claudiae in ſubſtinenda viriliter illibata virginitate fortitudo coronatur?

Habes in titulo *Kariſſimae*, poſito *K* pro *C*, quemadmodum & in aliis etiam vetuſtiſſimis habemus. Sic enim, ut reliquos taceam Antiquarios, ſcribitur *Karus*, *Kariſſimo*, aut *Kariſſimae* ap Boldett. in chriſtiano Titulo LAEAE p. 379. HELVIAE p. 382. VITALIAE, ac EVFROSINIS p. 383. VICTORIALIS p 389.

Nec te moveat multiplex illa cordium aut foliorum figura, cuius perplura exempla plerique ſuppeditant Lapides cum ethnici, tum chriſtiani. Sub eo quippe ſigno aliiſque id genus, definitum iam eſt ab Viris eruditis cum *Reines.* in praefat ad ſyntag. Inſcript. p 7. ſqq. *Fabret.* Inſcript. domeſt. c. 3. n. v. *Boldet.* obſervat. l 1. c. 52. a p. 274. *Lup.* in Epit. Sev. §. 8. p. 53. nihil arcanum ſubintelligendum eſſe, ſed quoddam duntaxat ornamentum, parergon, aut genus interpunctionis *libero ac idiotico Marmorariorum luſu adhibitum*.

B. r. M

24 LAVRENTIVS NV

MERIVS. DIACONVS

VIX. ANNO S. P. M. LV DE

POSITVS. V. ID VS OCTO

IN PACE 

Florentiae effoſſus an. 1736. e vetuſtiſſimo coemeterio Eccleſiae SS. Machabaeorum, quae vulgo S. Felicitatis nuncupatur, ap. Gorium de antiq. Inſcript. Etruriae par. 3. ubi de monum. vet. chriſt. n. 2. p. 308.

Perantiquum Diaconatus Ordinem probat Lapis adverſus plurimos e grege Proteſtantium. Et Palma inſuper Laurentii noſtri *bonae memoriae* Diaconi fortitudinem in perpetua ſui Ordinis virtutum exercitatione ſine dubio commendat.

FAV-

25 FAVSTINAE. VIRGINI. FORTISSIMAE
QVE. BIXIT. ANN. XXI



IN PACE

Romae olim detectus in coemeterio Calliſti a Boldetto, ipſo referente p. 139.

Vna cum egregia fortitudine Fauſtinae Virginis in ferendo Martyrio, ſub corona palmarum depicta, eximie itidem commendat Lapis theologicam ejus fidem ſub Monogrammate Chriſti, ſpem ſub Anchora, caritatem ſub Columba. Haec plane omnia invictum cujuſpiam pro fide Chriſti Martyrium merito ſibi vendicat. At expreſsius quidem fortitudinem; quem enim Martyrem dixeris, quin eodem quoque nomine fortitudine pene divina inſignem praedicaveris?

Hoc titulo percommode referri poſſent huc loci quotquot vetera ſaxa vel indubiis ſignis Martyres proponunt, vel epitaphiis commendant. Sed eos tamen ceu peculiari fortitudinis dono praefulgentes proxima excipiet Claſsis.

Ecquid vero ceteros in praeſentia congerere pergam, quorum titulos ceu Heroum, vel Heroidum palma condecorat? Immenſus ſim oportet, ſi vel indicare ſingulos adgrediar. Eos ſparſim exhibent ubi Chriſtianorum veterum Inſcriptiones recitant, ſacrae Antiquitatis Interpretes, nobis perfrequenter laudati.

E RE LITURGICA.

26 *Deus omnipotens... qui regeneraſti famulos tuos ex aqua & Spiritu ſancto ... immitte in eos Spiritum ſanctum tuum Paraclitum, & da eis Spiritum ... Fortitudinis...*

EX LIB. I. SACRAMENTOR. ROM. ECCL. uti *ſupra* ad Tom. V. p. 313. n. 14.

Titulus huic orationi praefixus ſic habet, *Deinde ab Epiſcopo datur eis* (Baptiſmate renatis) *ſpiritus ſeptiformis. Ad conſignandum imponit eis manum in his verbis.* Ea igitur oratione adprecatur Pontifex baptizatis ſeptiformis Spiritus dona, quae ibi referuntur; at prae caeteris, & potiori quodam jure, donum, ſeu ſpiritum, aut virtutem eximiam fortitudinis; quippe ex vulgatiſſima Patrum ac Theologorum ſententia, in eum potiſſime finem inſtituta eſt Confirmatio a Chriſto Domino, ut ſacro lavacro tinctum coelitus corroboret, atque confirmet, hoc eſt in ſuſcepta fide fortiſſimum invictumque reddat adverſus quoslibet, qui deinceps inſurgere poſſint, adverſarios fidei.

Ea

Ea propter antiqui Patres docuerunt per ejuſmodi ſacramentum conferri ſancti Spiritus plenitudinem ; quam idcirco *baptizatorum perfectionem & conſummationem* nuncuparunt. Lege vulgat. *Dionyſ.* l. de eccl. hier. c. 4. *Cyprian.* epiſt. 73. ad Jubajan. *Cyril.* Hieroſol. catech. 3. myſtag. *Pſeudo-Urbanum* I. & *Melchiadem* in decretalibus epiſtolis, *Leonem* P. I. ſerm. 4. de Nativ. Praemaxime igitur hujuſce Sacramenti propria, immo & caracteriſtica eſt ſupernae fortitudinis infuſio, quam huc loci expreſſam habemus.

Eandem ſubinde orationis formulam cum conſpicua mentione fortitudinis ad collationem ſancti chriſmatis complures Eccleſiae cooptarunt. Eam quippe praeferunt varii Codices mſſ. tum medii, tum infimi aevi a *Marten.* vulgati in l. 1. de antiq. Eccl. rit. l. 1. c. 2. p. 249. ſqq.; quibus adde, quae ex *Arabico Vaticano* prodidit, latioque donavit Cl. V. *Joſ. Aloyſ. Aſſeman.* in Cod. liturg. eccl. univerſae l. 3. c. 2. p. 64., tum tria mſſ. e biblioth. Vaticana, & unum e biblioth. Angelica Auguſtinenſium, quae nuper vulgavit *Catalanus* commentar. in Pontificale Rom. t. 1. p. 24. ſq.

Quin etiam ipſa oratio, fortitudine ſigillatim expreſſa, uſui fuit eccleſiae romanae pro benedictione ſuper eos, qui de ariana, aliiſque diverſis haereſibus ad catholicam unitatem redirent, uti habemus in eodem hoc lib. 1. nn. 85. 86. p. 104. ſq.; ſicut & in codice Gallonenſi annorum circiter 950. pro ſimili benedictione ap. *Marten.* cit. l. 3. c. 6. p. 451. Quaſi vero ejuſmodi converſis, ut fortes in fide perſiſterent, eandem Eccleſia optaret ac precaretur fortitudinem, quam renatis impartitur ſanctum Chriſma: tum ipſam in eodem Codice reperio benedictioni Subdiaconi adcommodatam ad p. 118.

Fruſtra vero quis obtenderit, in praefata oratione eam cum laude memorari, atque a Deo expeti ceu ſublime conſtantis fidei pignus, fortitudinem, quae eſt donum Spiritus ſancti, non eam, quae hominis virtus eſt, de qua nempe in praeſentiarum ſermonem inſtituimus. Siquidem tametſi a donis re differant virtutes, ex *inferius* diſputandis ubi de donis Spiritus ſancti, nihilo ſecius heic ſub nomine *Spiritus fortitudinis*, veri admodum ſimile eſt utrumque intendiſſe Eccleſiam a Deo deprecari pro renatis, & donum & virtutem fortitudinis; ac iſtam rurſus tam habitualem ſeu permanentem, quam actualem ſeu tranſeuntem; quum alias hoc donum ad eam virtutem pertineat: quemadmodum cetera Spiritus ſancti dona adpellarunt ſimpliciter virtutes *Ambroſ.* l. 1. de Spir. S. c. 20. *Auguſt.* in Evang. q. 8. *Gregor.* l. 1. moral. c. 28. Exinde vero hoc ipſum documentum & hanc Claſſem de virtute fortitudinis, & futuram de dono fortitudinis, ac reliquis Spiritus ſancti donis quam adpoſite exſornare poteſt.

27 *Deus in te ſperantium fortitudo, adeſto propitius invocationibus noſtris ...*

EX EODEM LIB. I. IN COLLECTA PRIMA AD MISSAM IN SEXTA DOM. POST CLAUSUM PASCHAE (ap. ipſum *Thomas.* t. 6. p. 88.) *Poſt*

Poſt clauſum Paſchae idem heic valet, ac *poſt octabas Paſchae*, uti habet idem Codex num. LVII. in Dominica prima poſt eam, quam nos dicimus *in albis*, qua nimirum, *Auguſtino* auctore ſerm. I. in octav. Paſch. *Paſchalis ſollemnitas concluditur*. Sexta haec & poſtrema adponitur Dominica poſt octavas Paſchae; in Gregoriano Codice quatuor ſunt Dominicae poſt octavas, in Ambroſiano Pamelii, & aliis quibuſdam quinque poſt Paſcha, quemadmodum & in hodierno Romano Breviario & Miſſali.

Jam vero inſignior nulla fortitudinis laus & commendatio, quam quum dicitur & exoratur Deus ceu fortitudo ſperantium in ſe. Inde ſiquidem ſuapte natura conſequitur, chriſtianam fortitudinem, ſpei in Deum magnanimiter innixam opus eſſe divinum, non niſi ab omnipotenti Dei brachio profectum. Nec enim diffiteri licet, eos qui heroice fortes ſunt in bello, puta in ſubeundo martyrio, in ſubigendis paſſionibus undecumque ferociter ingruentibus, in ſuperandis aëriis poteſtatibus omni excuſſo freno in fragilem hominem aut virginem dimicantibus, eos inquam virtute ex alto indutos eſſe & communitos dum triumphos reportant adeo praeclaros: verbo, Deum ipſis fortitudinem eſſe.

Perpulcre collectae Auctor ſtilum inſequutus eſt regii Pſaltis, qui toties Deum fortitudinem nuncupavit ſuam e. c. *Pſ.* 17. 2. *Dominus fortitudo mea*, 30. 4. *fortitudo mea & refugium meum es tu*, 42. 2. *tu es Deus fortitudo mea*, 117. 14. *fortitudo mea & laus mea Dominus*.

28 *Sermo & Sacramentum totius ſymboli, Fratres dilectiſſimi, fides eſt chriſtiani hominis & vita... fides in praelio, vita in regno: fides in opere, vita in retributione.*

E MISSALI GALLICANO VETERI IN EXPOSITIONE VEL TRADITIONE SYMBOLI, uti *ſupra* p. 74. n. 19.

Fides in praelio, vita in regno. Fides videlicet, qua Chriſti miles, invictae fortitudinis ope & armis adcinctus, adverſum aërias poteſtates pugnantes, pro Chriſto duce praeliatur, & bonum certamen opere certat, adepturus inde vitae immortalis retributionem in regno Dei; *regnum* quippe *coelorum vim patitur & violenti rapiunt illud* ex *Matth.* 11. 12. Nec alius quidem ſenſus eſt praeclarae hujus orationis, qua eccleſia vetus gallicana dum catechumenis ſacrum tradebat, exponebatque ſymbolum, eos ad vitae chriſtianae officia inſtituere contendebat. Fidem nempe cum operibus, aut fructibus praecipuarum virtutum data occaſione ut ſociarent, jure cum primis edixit.

Jam vero ubi de veteri Traditione ſymboli rurſum ſponte ſua recurrit ſermo, abs re profecto non erit hiſtoriam liturgicam de diſcipli-

plina hujuſce venerandi ritus, *ſupra* inchoatam ad cit. p. 74. ſq. paucis ſaltem modo perſequi.

Imprimis itaque ſollemnis tradendo Catechumenis vulgo *competentibus* ſymbolo dies adſignata fuit Dominica Palmarum apud eccleſias Hiſpaniae, Galliae ac Mediolani; apud Romanam feria quarta hebdomadae quartae Quadrageſimae; apud Africanam ſabbatum ante Dominicam quartam Quadrageſimae; apud Coſtantinopolitanam denique Pareſceves dies. Ita ex probatis Auctoribus ſaepe cit. *Marten.* l. 1. c. 1. art. 11 a §. 11. cui libenter ſubſcribimus.

Hic autem in tradendo Symbolo frequentius ordo ſervabatur. Epiſcopus, aut ejus loco alius Presbyter, praemiſſo brevi proloquio, integrum ſymbolum, qua Nicaenum, qua Coſtantinopolitanum recitabat, ipſumque per partes fuſius ac nitide competentibus exponebat. Bis Romae recitabatur, primum graece, deinde latine, itidemque in aliquibus Gallicanis eccleſiis, ſed in aliis tamen tertium idiomate latino repetebatur. Recole ipſum *Marten.* §. 16. Tum competentes nominibus datis, ac petitione ſuſcepta, libris eccleſiae una cum ſponſoribus, vulgo patrinis, inſerebantur. Et haec quidem in eccleſia graeca, quemadmodum colligere licet ex vulgato *Dionyſ. Areop.* de eccl. hier. c. 2. n. 4. ex *C. Conſtantinopolitano* ſub Menna Act. 5. ex *Nyſſen.* in orat. adverſus eos, qui differunt baptiſma; itidemque in Carthaginenſi, ut notum eſt ex *Auguſt.* de verb. Dom. ſerm. 46. & ex *C. Carthag.* IV. c. 85. in Romana itidem, uti intelligo ex *Ruperto* de div. offic. l. 4. c. 18. & *Guil. Durand.* in ration. div. offic. l. 6. c. 36. n. 4. & in Hieroſolymitana ex *Cyril.* Hieroſol. catech. myſt. 3.

Perperam tamen exinde cum citatis *Baſnag.* diſſ. 12. §. 9. & *Bingham.* l. 10. c. 2. §. 6. morem hunc dandi nomina univerſim apud omnes eccleſias obtinuiſſe, ſubintuleris. Cenſeo equidem, quum de ritibus adiaphoris agitur, minime unius eccleſiae ritum expreſſe ad alteram eccleſiam extendi poſſe, ſi diſerta non ſuppetant teſtimonia, quae heic plane ab eis Auctoribus producta non video. Nec enim idem eſt ſecundum canones exactioris critices, eccleſiam aliquam ritus alterius congrue adoptare potuiſſe, ac eos re apſe adoptaſſe. In quem plane canonem alios identidem impegiſſe videris ex Scriptoribus Liturgicis, adſcribentibus nimirum abſque diſerto documento cunctis univerſim eccleſiis quos una vel altera tantum ſibi praeſcripſerat ritus. Et longe quid arduum plane eſt omnes omnium eccleſiarum adiaphoros ritus ex certo noſcere teſtimonio.

Aliis demum ceremoniis, e quibus tamen haud omnes utique certo innoteſcunt, veteres eam abſolviſſe traditionem credere eſt. De romana eccleſia haec habemus ex *Amalar.* de eccl. offic. l. 1. c. 8 *eadem die* (feria IV. in quarta Quadrageſimae hebdomade) *tanguntur aures & nares catechumenorum: eadem die inſtruuntur de auctoribus & initiis quatuor Evangeliorum: eodem die percipiunt orationem Dominicam & Symbolum, ad reddendum in Sabbato ſancto Paſchae.* Hoc nempe Sabbato ſeque-

batur ultima exploratio profectuum, quos in antegreſſis exſercitiis catecheticis feciſſent, praeſertim erga Symbolum, quod reddebant, hoc eſt memoriter recitabant, & ſaltem in eccleſia carthaginenſi publice coram omni conventu, uti ediſcimus ex *Auguſt.* l. 8. confeſſ. c. 2.

Ex iis tamen omnibus haud levis emergit difficultas. Quoniam quum ſacrum Symbolum, praecipua Religionis myſteria chriſtiano viro intelligenda, credendaque complexum, ſumma cura adusque Traditionis ſollemnitatem catechumenis abſconderetur, quid, quaeſo, ipſos docebant Catechiſtae in crebris collationibus, laudatam Traditionem praecedentibus, quibus eos exſercebant toto Catechumenatus tempore, quod plerumque tres ſaltem menſes integros perduraſſe fertur. Anne de moribus & praeceptis eccleſiae, minime de ſacratioribus dogmatis inſtituebantur? Qua tamen methodo, quibuſque adhortationibus & perſuaſionibus perduci & ipſi poſſent ad tuto, ſapienterque amplectendum religionem, cujus praecipua fundamenta tenerentur ignorare? Quo inſuper voluntatis adfectu hoc traditionis die Baptiſmum ſerio expoſcerent, quin ejus indolem, effecta & adjuncta, quibus ille adcipiendus erat, perſpecta haberent?

Quod ſi haec omnia, ut par erat, eis perſpecta eſſent, ac ne ferrentur in ignotum, penitus explorata, noviſſe ipſos primitus oportuit ſupernam baptiſmi & gratiae ſanctificantis naturam, Chriſti Inſtitutoris, Redemtoriſque, nec non ſanctiſſimae Triados myſteria, totum denique ſymbolum, una cum ſuſceptione baptiſmatis recitandum. Quod ſi propter vulgatiſſimam, nuſquam illis praeſertim *priorum quatuor* Seculorum temporibus intermittendam *arcani diſciplinam*, ea omnia ipſos eſſe celanda dixeris, in idem rurſus paradoxon elaberis, quod nempe ex conſtanti eccleſiae diſciplina in ignotum ferri debuiſſent in negotio omnium graviſſimo.

His fortaſſe omnibus poſſit quis ſapienter reponere, jam catechumenis privatim ſaepius traditum expoſitumque fuiſſe ſymbolum a chriſtianis praeceptoribus (id quod ſaltem ad mores africanae ſuae eccleſiae diſerte fert *Auguſt.* inquiens l. de fide ex operib. c. 6 *quid autem aliud ajunt totum tempus, quo catechumenorum locum, nomenque tenent, niſi ut audiant quae fides, & qualis vita debeat eſſe Chriſtiani?*) hac autem die pro majore ſollemnitate, & pro augenda intenſius in ſuſcipiendum Lavacrum pietate, inſtitutam fuiſſe publicam, de qua diſſerimus, Traditionem. Porro haec ſatis expedita nodi ſolutio cuipiam videatur. Neſcio tamen an ipſa certo aliquo poſſit documento probari in ordine ad univerſas eccleſias; ac rurſum anne conſiſtere ſatis valeat cum diſciplina arcani, (de qua nonnihil diximus *ſupra* in Tom. I. n. 121. p. 320. memoratis aliquot Auctoribus, quibus adde cit. *Marten.* l. 1. c. 1. art. 9. §. 5. 6.) ratione cujus primoribus Patribus religioni erat ſacratiora noſtrae legis arcana catechumenis nondum competentibus & electis prorſus abſcondita retinere; eſto ipſa ſolutio ſatis teneat pro Seculis recentioribus, quum arcani diſciplina merito remiſſior erat, aut nulla. Sed de

de iis tamen doctiores viri meliora judicaverint, ac definierint.

Ad extremum primaevam & indubiam noſtri ritus inſtitutionem in eccleſia Chriſti quis certo definiat? Porro conjectare licet, eam ſerius excepiſſe varias catechumenorum claſſes, ſenſim vulgo receptas. Conſtat autem, iſtas jam alicubi receptas fuiſſe Seculo IV. ex *C. Nicaeno* can. 11. 12. 14; ac III. Seculo ex *Origene* l. 3. cont. Celſ. n. 31. & 59. Fortaſſe pro ejus inſtitutione aut antiquius, aut expreſſius non repereris teſtimonium, quam quod nobis offert *C. Laodicenum* can. 46. in haec verba, *baptizandos oportet & fidei ſymbolum diſcere & quinta feria ultimae ſeptimanae vel Epiſcopo, vel presbyteris reddere*. Coactum vero eſt hoc Concilium an. 372. Ergo tum apud Laodicenam eccleſiam ritus ille obtinuit. Num vero idem ibi, ſeu alibi prius obtinuerit, mihi nondum ſatis exploratum ex urgenti documento.

Quod inſuper ſpectat poſtremam aetatem, qua ejuſmodi ſollemnis traditio ubique gentium deſierit, una cum ordine publico catechumenatus praeviiſque ad baptiſmum diſpoſitionibus, quales dixeris apud eccleſias latinas Scrutiniorum ſollemnitates, haud facile quis ipſam, credo, attigerit, ubi certa documenta rem non edocent, aut ſatis indicant. Porro ex conſtanti Auctorum, qui poſt Seculum IX. ſcripſerunt, de hoc more tanquam conſiſtente, ſilentio poſſit quis forte conjectare, illum jam tum in pleriſque ſaltem Eccleſiis abolitum eſſe. *Rupertus* quidem de div. offic. l. 2. c. 1. & l. 4. a c. 18. ad 28. de traditione Symboli ac de ſcrutiniis mentionem facit tanquam de ceremoniis, quae olim fiebant & jam praeterierant; *Hugo* tamen *Victorin.*, ei ſynchronus ſub initium ſeculi XII., l. 1. de ſacram. c. 7. de die ſcrutinii tanquam de ritu tum plane vigente diſſerit. At fortaſſe Germanus ille prae oculis habuit mores alicujus germanae provinciae, hic vero Gallus alicujus gallicanae, non item omnium ex orbe catholico.

Tum ſi fides ſit *Gulielmo Durando*, qui claruit ſub an. 1286, in ration. div. offic. l. 6. c. 56. n. 2. ſua aetate, *adhuc hodie*, ut ipſe loquitur, obtinebant ſeptem ſcrutinia in quibuſdam eccleſiis, ac tertium prae ceteris ſollemniſſimum de traditione Symboli, in omnibus ordinem romanum ſequentibus. *Martenius* demum in tom. 1. de antiq. Eccl. rit. edito an. 1700. l. 1. c. 1. art. 11. n. 4. p. 80 teſtatur tum in Eccleſia Viennenſi in Gallia retineri ritum de ſollemniſſimo omnium ſcrutinio, mox indicato, quem ritum ex ms. ejuſdem eccleſiae idem protinus recitat cap. 1. art. 12. ordine 4. p. 109. ſeq.

Ex iis autem facile rejicitur *Vicecomes*, contendens utique in l. 3. de antiq. baptiſmi ritib. c. 26. ſub fin. ſcrutiniorum ritum prorſus ab Eccleſia evanuiſſe ſub an. circ. 860. ne fidem immerito detrahas laudatis Hugoni, Durando, Martenio, e quibus oppoſitum didicimus: ut mittam heic brevitatis gratia diſquiſitionem de modo, quo recentioribus iſtis temporibus adſignata ſcrutinia, deficiente jam publico Catechumenatus ferme ubique ordine, peragerentur. Plura vide ſis de traditione ſymboli ap. Scriptores heic & *ſupra* p. 74. ſq. laudatos, praeſertim ap. *Marten.* & *Bingham*.

29 *In beatæ Martyris Agnes natalitia tripudiantes... Vere enim hujus eſt honorandus natalis, quæ... ſic ſub morte legis procreata, ut contereret mortis auctorem. Sic infirmo ſexu condita, ut metuenda viris fortibus deſpiceret & tormenta. Sic fragili conditione producta, ut puella virginibus & poteſtatibus triumpharet...*

Item. *Vere dignum... Tibi dies ſacrata celebratur; quam Beatæ Agnes Virginis ſanguis in veritatis tuæ teſtificatione profuſus magnifico nominis tui honore ſignavit. Cui ad mirificandam gratiam tuam in tenero adhuc corpore, & necdum puellare flore maturo, hanc virtutem fidei & patientiæ fortitudinem contuliſti, ut ſævitiæ perſecutoris non cederet conſtantia Virginalis: quo glorioſior fieret corona martyrii, quia inter acerba ſupplicia nec ſexui potuit eripere, nec ætati...*

E MISSALI GOTHICO-GALLICANO IN PRIMA COLLECTA, ET IN IMMOLATIONE MISSAE IN NATALE AGNES, SEU AGNETIS VIRG. ET MART. (ap. *Mabillon* de liturg. gallic. l. 3. p. 215. ad num. XIII.)

Quam pulcre deſcribit, celebratque Gothicus Codex mirandam Agnetis in ſubeundo martyrio fortitudinem! Ecquis autem illud intentus animo conſideret, nec illico ſubinde ſecum reputet atque exclamet, Martyri Agneti fortitudinem fuiſſe Deum? Quot, quantaque id genus exempla ſuppeditant Liturgici codices in uberrimam chriſtianae fortitudinis commendationem! Nonnulla proferet Claſſis proxima. Interea id unum plane clariſſimum inſtar complurium eſto.

Ad pectus.

30 *Vngo pectora tua de oleo ſancto, ut in hac unctione protectus, fortiter praeſtare valeas adverſus aereas catervas. Per Dominum.*

Item oratio.

31 *Vngo te oleo ſanctificato in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti, ut more militis uncti praeparatus ad luctam poſſis aereas ſuperare catervas. Per.*

EX

EX ORDINE AD UNGENDOS INFIRMOS E MS. PONTIFICALI ANGLICANO MONASTERII GEMMETICENSIS ANNORUM CIRC. 970. (ap. *Marten*. de antiq. Eccl. rit. t. 2. l. 1. c, 7. art. 4. ordine 1. p. 119.)

Primam quoque ex iis orationem praefert Ordo alius ungendi infirmum e mſ. codice monaſterii S. Benedicti Floriacenſis annorum pariter circ. 970. ap. eundem *Marten*. t. 3. l. 3. c. 15. ordine I. p. 584. ſq.

Fortitudinem invictam ſupremo agone laborantibus ab Eccleſia optari, ac Deum expeti, clarius hoc documentum exprimit, quam ut ulla egeat interpretatione. Notiſſimum quippe eſt apud Theologos & ſacros Interpretes ex *Jacobi* epiſt. c. 5. ac *Trident*. ſeſſ. 14. ubi de ſacr. extremae unct. c. 2. Chriſtum Dominum in eum finem, haud poſtremum quidem, inſtituiſſe hoc ſacramentum, ut ejus gratia aegrotans roboratus & communitus diabolicas inſidias, quae tum temporis quam maxime premunt, urgentque, ſtrenue debellet ac ſuperet. Plura in hanc rem *inferius* Part. IV. ubi de priſcis in adminiſtratione hujus Sacramenti ritibus. Jure itaque virtus fortitudinis tanquam peculiare hujus Sacramenti effectum heic proponitur & commendatur a veteri Eccleſia.

32 *Exaudi nos Domine Deus noſter & praeſta ut per manus impoſitionem noſtrae deſcendat ſuper hunc famulum tuum idoneitatis auxilium... da ei ut Communionis recepta gratia referat de ſaeviente hoſte victoriam, quatenus divinis redditus menſis, coeleſti pane ſaturetur. Per.*


E MS. PONTIFICALI PRUDENTII EPISCOPI TRECENSIS ANNORUM CIRC. 920. IN ORDINE AD VISITANDUM INFIRMUM, EUMQUE UNGENDUM (ap. cit. *Marten*. ordine 2. p. 123.)

Adſcribit documentum invictae fortitudinis virtutem tanquam ejus ſacerrimae cauſſae, Communioni Euchariſticae, qua ſub ea tempora graviter aegrotans priuſquam extrema unctione muniretur, reficiebatur proxime apud eccleſiam Trecenſem. Et jure quidem optimo; quia enim ex vulgatiſſima ſacrorum Interpretum expoſitione, in menſam hanc ſacram typice tendunt quae protulit Pſaltes regius *Pſal*. 22. 5. *paraſti in conſpectu meo menſam adverſus eos qui tribulant me*. Quo alludere ſine dubio voluit *Chryſoſt*. eo celeberrimo effato, *tanquam leones igitur ignem ſpirantes ab illa menſa recedamus, facti diabolo terribiles*. Nullum itaque validius ſcutum, robuſtius praeſidium nullum hoc anguſtiſſimo Viatico, quo in extremo mortis agone adverſus aërias poteſtates tum ſaeviſſime praeliantes fortiſſimi efficiamur, atque triumphum reportemus. Ideo quippe olim Sancti Martyres ut Victores evaderent, fortitudinem hauriebant ex Euchariſtico Viatico, quo in hunc finem proxime ante luctam ſacri Pugiles refici & communiri avide conſueverunt.

His

His facile adnecti poſſent innumerae propemodum ex Collectis, quae *poſt Communionem* apud veteres Liturgias recitantur, quibus nempe aut expreſſis vocibus, aut virtute invicta ad debellandos ſpiritales hoſtes fortitudo a Deo poſtulatur, ceu fructus receptae Communioni adſcriptus.

33 *E RE ANTIQUARIA VARII GENERIS.*




Romae olim e ſacris cryptis effoſſa Lucerna fictilis ap. Boldett. p. 63. ſq.

Eam haud incongrue ſuſpicatur *Boldet.* referre Martyrem aliquam, quippe quae in modum crucis, antiquorum chriſtianorum more poſitis brachiis, manu ceu victrix perſtringit palmam.

Huic quatuor adde eiſdem in cryptis olim repertas, & palmis itidem exornatas: binas nimirum fictiles, ſingulari quidem arte conſtructas; reliquas vero aeneas. Eas ex *Aringho* in ſuos retulit de Roma ſubt. commentarios *Bottar.* ad tab. CCV. CCVIII. CCVIIII.

Ro-


34



Romae in coemeterio Calliſti vitreum hoc venuſtae ſtructurae vas repertum eſt ab eodem Boldet. qui delineatum tradidit tab. 6. ad p. 154.

Ro-

35



Romae item coemeterialibus in cryptis hic ex metallo anulus repertus eſt ap. Boldet. qui eum exhibet, exponitque p. 502. *aut* 584.

Huic adjicienda ſimilia Vaſcula cum palmis, iu Romanis coemeteriis olim reperta, quae, ex *Aringho* delineata prodidit cit. *Bottar.* tab. cc. ccı. num. ııı. et ıv. ccıı. n. ıı. Ne vero de iis, aliiſque ſine palma vaſculis, quae colligendo, adſervandoque ſacro Martyrum ſanguini Majoribus noſtris inſervire conſueverant, pluribus diſſeramus, otium nobis fecerunt Romae ſubterraneae Interpretes, quos, ſi vacat, conſulere poſsis; ut puta *Aringh.* t. ı. p. 494. col. 2. ſqq. & t. 2. p. 372. & 552. & alias, ac *Boldet.* l. ı. a cap. 27. ad uſque 34. quibus merito addendi cit. *Lupius* §. 6. a p. 31. & *Mabillon.* in epiſt. de cultu SS. ignot. §. ıv. & ſaepius.

Aliae in eiſdem coemeterialibus Monumentis occurrunt Palmae: e. c. in marmoreo ſarcophago, quod in Vaticano repertum eſt ap. *Aringh.* t. ı. p. 323. ac in depictis tabulis quarta & quinta arcuati monimenti in coemeterio Calliſti repertis ap. eundem *Aringh.* p. 575. & 577. & ſaepius. E quibus plane diſcimus, quam familiare primaevis Chriſticolis fuerit hoc ſymbolum: quo nempe, ut conjectare fas eſt, animos confirmarent atque adlicerent ad duriora quaeque pro Chriſto ſubeunda martyria.

Praeclaris hiſce monimentis forte quiſpiam coronidis loco ſubjicienda duxerit ex antiquiſsimo opere doliario, ſeu figlino perplurima ſigna palmis exornata, quae tradidit in domeſt. Inſcript. *Fabrett.* cap. 7. a num. 60. ad uſque 325; aut ea ſaltem quae retulit cit. *Boldet.* p. 216. ac inſuper a p. 528. ad 533. haec quippe in eiſdem romanis cryptis reperta ſunt; quibus videlicet priſci Chriſtiani, quum deficerent marmora, ſuorum occludebant & obſignabant ſepulcra. Ceterum chriſtiana non erant haec opera, ſed a Paganis pecunia excepta. Ii ſiquidem, *Boldetto* teſte ad pag. 527. in figlinis apud Agrum romanum extructis id genus tabulas in conſtructionem templorum, domuum, thermarum, aliorumque aedificiorum laborabant, adjectis officinae aut ejus domini nominibus, & quandoque ſignis aut ſtemmatis, nec raro ejuſdem

anni

anni Conſulibus, aut brevitatis gratia uno Conſule; uti perſpicue adparet ex eiſdem ſignis a *Fabret.* & *Bold.* ac primum a *Grutero* pagg. 183. 184. traditis. Itaque ad rem noſtram non pertinent figulina haec Signa.

Porro palmas ea exprimunt, ſeu, quod eodem recidit, palmae ramos, quemadmodum & nonnulli profani Lapides, quos olim obſervaſſe memini apud Muſeum Capitolinum, ac deinceps apud Collectores ejuſmodi Lapidum; unum denique vel alterum monimentum e penu Hebraeorum, e. c. anulus ille cum palma & candelabro, quem prodidit laud. *Fabrett.* p. 537. Enim vero haec ut ſummum probare poſſent, non eſſe palmam chriſtiani Lapidis indubium ſignum, quale immerito innuit ſibi videri cit. *Fabret.* p. 565. col. 1. Sed & inſuper perrara quidem ſunt ejuſcemodi quae poſteriore loco innuimus, documenta, nec plane liquet de ratione aut ſignificatu palmae ipſis adjectae, uti & Signis doliariis; quum tamen apertiſsime conſtet de ratione a chriſtianis habita in frequentiſsima ejus ſymboli adjectione, ut videlicet, ex nuper adſertis, chriſtianam fortitudinem in periculis ſubeundis ab aliquo obtentam exprimerent, vel ab omnibus deinceps comparandam admonerent. Haec ergo, illis omiſsis ſacro argumento noſtro illuſtrando, confirmandoque ſatis ſuperque ſunto.

§. II.
De ſacro Martyrio
nobiliſſimo Fortitudinis foetu.

282 TRactationem, a materia, ſcopo, dignitate, rerum divinarum, eccleſiaſticarum, & civilium, quas adtingit, vel ediſſerit, copia praeſtantiſſimam adgredimur: de Martyrio videlicet, quod, teſte *Cypriano*, clariſſimo prae ceteris Martyrii encomiaſte (a) *res ſumma eſt*, quodque ex ſententia veterum & recentiorum vulgatiſſima (b) magnum, & praecipuum Fortitudinis chriſtianae opus eſt, monumentum & laus.

283 Profecto in paginis noſtris ad capita de re martyrologica atque ad alia interdum perfrequens occurrit cum laude mentio de Martyrio, ſeu de iis, quod perinde eſt, quorum paſſionibus & teſtimoniis illius praeſtantia nobis innotuit, ſanctis Martyribus. Propendet ſane animus in commentationem de re tanta longe ſolito prolixiorem; quia enim, ut verbis utar *Auguſt.* (c) *Martyris dulciſſimum nomen*, & Martyrum paſſiones mihi in deliciis; idemque alias videtur rei magnitudo poſtulare. Ceterum ne immerito rerum ordinem invertamus, ſecun-

(a) De laude Martyrii p. m. 423. col. 2. edit. Pamel.

(b) Cum *Tho.* 2. 2. q. 124. a. 2.

(c) Serm. 20. in Pſ. 118.

dum praeſcriptam nobis & expletam hucuſque in hoc Opere methodum & de ſacro Martyrio in praeſentia agendum duximus. Ergo ab Erronibus de more exordimur.

PROLUSIO POLEMICA HISTORICOCRITICA

de Erronibus in ſacrum Martyrium.

HISTORIA POLEMICA. 284 QUanta ejuſmodi inſipientium ſeges ſacroſancto Martyrio ſummopere injuria! Eorum ſcilicet, qui paſſionibus propter confeſſionem Chriſti, vel alterius catholici dogmatis, aut cujusque ſupernae virtutis invicte ſublatis veri Martyrii nomen, ſummamque gloriam abjudicarunt, quin immo eas ex erroribus & inſanis ſtultorum hominum obſtinationibus ſubnatas cenſuerunt: & eorum inſuper qui contra actionibus quam maxime criminoſis, ut puta pro tuitione nonnullius anti-dogmatis, Martyrii veri laudem & cultum ſtolide adſcripſere. Itaque

Ex Ethnicis

I. *Hi generatim plerique omnes* ſe in ſacrum Martyrium hoſtes infenſiſſimos, atque inexorabiles oſtenderunt; quippe qui dum ſua ſaevitia Martyrio ipſi cauſſam dabant & operam, obſequium praeſtare geſtiebant diis ſuis: rebantur utique vulgo, chriſtianae legis Confeſſores facinoroſos eſſe homines, juratos deorum hoſtes, impoſtores, maleficos, impios, atheos (*d*) Idcirco ſaeviſſimas iis inflictas paſſiones & *mortes*, juſtas ſcelerum punitiones reputabant, & aequiſſimas pro *falſa* eorum religione vindicias. (*e*)

Heinc vero mirandam Sanctorum pugilum in eis ſuppliciis & mortibus tolerantiam non laudi vertebant, immo potius inſanae atque ſceleſtiſſimae obdurationis, aut etiam inanis gloriae captationis vitio. Quidni ergo fuerit ipſis Confeſſorum Martyrium non pia virtus, ſed immanis impietas; non ſacra fortitudo, ſed in peſſimo crimine induratio deteſtanda, atque adeo haec diris vel in eiſdem Martyrum cadaveribus devovenda!

Haec ſane ubertim conſtant ex Actis veteribus SS. Martyrum ap. *Bolland. Ruinart. Evod. Aſſeman.* &c. in quibus haec ſuiſmet verbis demonſtrant capita veteres paganorum Imperatores, & Praeſides aut Judices, quorum juſſibus & opera tot tantiſque Martyrum exſemplis exſultat & colluſtratur Eccleſia Chriſti. Ex illis itaque plurium inſtar nonnulla jam referimus: quo videlicet & hiſtoriae martyrologicae haud vulgaris lux adfulgeat, & SS. Martyrum Adloquutiones toto diſperſae Opere, cum iniquis illis ethnicorum comparatae, utraſque conferenti plus eniteant.

II. *Summi Principes Edictis* promulgantes univerſe ſupplicia & neces

(*d*) Quod ſupra innuimus relate ad Chriſtianos quoslibet ad Tom. V. p. 38.

(*e*) De cauſſis paſſionum, quibus ethnici SS Martyres excruciare conſueverunt, nonnihil *Ruinart.* praefat. in Acta MM. §. 4.

ces in Chriſtianos, ducem ſuum Chriſtum, abdicatis diis, confitentes, tanquam ſummi ſacrilegii reos, complures innoteſcunt: ut puta *Nero*, *Domitianus*, *Trajanus*, *M. Aurel. Antoninus*, *Decius*, *Gallus* aut *Voluſianus*, vel uterque inſimul, *Valerianus*, *Diocletianus*, *Maximianus Herculius*, *Galerius Armentarius*, *Maximinus*, *Licinius*, *Teredates* Rex Armeniae, *Sapor* II. Perſarum Rex. (*f*) Et ii quidem Edictis ſuis quaſi totius Paganiſmi ſub eorum tempora latiſſime vigentis, conſenſione, nomine & opera ſacerrimis Martyrii dotibus, & laudibus crudele bellum indixerunt, & conſummarunt.

III. *Praeſides expreſſam capitis ſententiam edicentes* in ſanctos Confeſſores ceu in homines ſceleſtiſſimos, atque adeo extremo ſupplicio jure puniendos, permulti exſtant apud Acta ipſorum Martyrum. Ex iis nonnulli producantur.

Rusticus Praefectus Urbi in S. Juſtinum & Socc. „ talem ſententiam pronuntiavit: Qui diis ſacrificare & Imperatoris edicto parere noluerunt, flagello caeſi ad capitalem poenam abducantur, quemadmodum leges praecipiunt. „ (*g*) Romae an. circ. 167.

Heraclius vir conſularis in S. Confeſſorem Symphorianum „ furore ſuccenſus dixit: Symphorianus publici criminis reus, qui diis noſtris ſacrificare detrectans majeſtatis ſacrilegium perpetravit, ſacris etiam altaribus irrogavit injurias, gladio ultore feriatur: ut dum criminis funeſta reſecantur, deorum pariter & legum vindicetur injuria „. (*h*) Aeduae, alias Auguſtoduni ap. Gallos an. circ. 180. ſub Aurelio Imp.

Saturninus Proconſul „ videns etiam ipſorum mentis ſtabilitatem & fidei firmitatem, dedit in eos ſententiam per Exceptorem dicens ſic: Speratum, Narzalem, Cithinum, Veturium, Felicem, Acyllinum; Laetantium, Januariam, Generoſam, Veſtinam, Donatam & Secundam, Chriſtianos ſe eſſe confitentes, & Imperatori honorem & dignitatem dare recuſantes capite truncari praecipio. Haec quum eſſent ex tabella recitata „ &c. (*i*) Carthagine in Africa an. 200. ſub Severo & Antonino Caracalla ejus filio Impp. (*)

(*f*) Horum Edicta vel expreſſa, vel indicata ſtilo chronologico & critico praemiſimus *ſupra* ad Tom. V. a p. 13. ad uſque 32.

(*g*) Ex *Act.* Sancti & Socc. n. 5. ap. Bolland. ad d. 13. Apr. Sar. Ruin. alios.

(*h*) Ex *Act.* S. Symphoriani ap. Ruin. §. 6. ſub fin.

(*i*) Ex *Act.* MM. Scillitanorum Sperati &c. n. 5. ap. Ruinart.

ADNOTATIONES.

(*) I. Saturninus hic Proconſul ille fortaſſe fuit, quem in lib ad Scapulam Provinciae Africae Praeſidem c. 3. commemorat *Tertull.* inquiens „ Vigellius Saturninus, qui primus heic (id eſt Carthagine) gladium in nos egit, lumina amiſit „ quippe cruenta haec perſequutio ſub hoc Praeſide prima omnium videtur ex iis, quas Chriſti cultores Carthagine pertulerunt, nec enim hac antiquiorem apud hiſtoricos reperire licuit.

Quis autem Vigellius hic Saturninus fuerit, quis certo prodat? An ille dicendus *M. Gellius*, aut *Volgius*, vel potius *T. Ha-*

Julius Proclus Quintilianus Aſiae Proconſul ,, diu habitis cum conſiliatore ſermonibus . . . recitari juſſit e x tabula : Pionium , ſacrilegae

T. Haterius Saturninus , qui an. Severi VI. & U.C. 950. Conſulatum geſſit ? Valde dubium eſt , quod propterea ſcite *Pamel.* ad cit. Tertulliani locum n. 17. aliis diſputandum reliquit .

II. Saturninum hunc ad extremum vitae orbatum oculis Scapulae proponit cit. Tertull. inter exſempla complurium Praeſidum ad quaeſtiones Martyrum ,, qui in fine vitae ſuae recordati ſunt deliquiſſe quod vexaſſent Chriſtianos ,, quibus adjicit Claudium Herminianum , aliis Geromininianum , & Herminium , in perſequutione Cappadociae Praeſidem , atque Caecilium Capellam in Byzantina .

Sed & addit continuo aliorum geſta Praeſidum , qui in quaeſtionibus Martyrum , nec a mandatis Principum , nec a ſacris juribus vel uno apice deflectentes , munere ſuo adamuſſim perfuncti ſunt , nec Principibus injurii , nec ſaevi Martyribus ; quales dixeris Cincium Severum , aliis Cicium , Veſpranium Candidum Verum , Aſperum & Pudentem Romanos Conſules .

Quibus porro ſapientiſſimus Afer Scapulam deterret , & crudelitatem perſtringit , qua tum alias , tum praecipue Chartagine uſus eſt in ſanctos Martyres ; ipſumque inſuper ad ſervanda in eoſdem humanitatis jura leniter adhortatur .

Jam vero eadem oratione tertullianea poſſent ceteri ferme quique in paſſionibus Martyrum Praeſides aut de ſaevitia acriter redargui , aut ab obſervata humanitate rarius commendari. Ecquis enim Acta Martyrum percurrens , non ſtupet paſſim , non horret , non expaveſcit , immo ſaepe non contremiſcit ad ea immanitatis ſpectacula , quae juſſu Praeſidum crudeliſſimorum conſtans Martyrum tolerantia repraeſentabat ?

Porro edicta Principum in perſequutionibus Eccleſiae vulgo nota , Praeſidibus commiſſa ad frangendam Confeſſorum fidem , ſi recolas , pauca ſunt , immo perrara , quae uſque ad ſupremum halitum in fide Chriſti & deorum vilipenſione perſtantibus ulteriora praeter mortem minuentur alicujus momenti ſupplicia .

Haec , & graviſſima quidem ejuſmodi Confeſſoribus injunxerunt nonnulla Edicta ; ut puta M. Aurel. Antonini , Decii , Galli , Saporis II. , minime vero aliorum edicta Principum , quae Tomo nuper cit. innuimus . Ut quid ergo Praeſides alii ad horum exſequutionem evocati , tot etiam , tamque horrificorum plauſtris ſanctos Martyres ante mortem onerarunt ; niſi ut Principibus , diiſque ſuis ſe ſe gratiores praeberent , explerentque rabiem in Confeſſores Chriſti animo conceptam . Jure itaque iſti ſaltem invectiva tertullianea corripiendi .

Sed iis tamen minime in praeſentia adcenſendus Saturninus noſter videtur ; quippe ex Actorum ſerie praeter ſententiam Capitalem perpaucis , nec multum diris tormentis conſtat imperio ſuo vexaſſe Martyres .

III. Dedit Praeſes ſententiam per Exceptorem . Videlicet quum cauſſae Martyrum apud priſcos Romanos haberentur , duo plerumque intererant Notariorum genera , quorum ii ſecreti , & illi publici audiebant . Secreti quae extra cancellos cum Martyribus acta eſſent vel dicta conſuetis notis , magna adhibita cautela quam celerrime in tabulis adnotabant ; publici vero , quos Exceptores vocabant , quae intra cancellos obducto velo coram judicibus , dum de Martyribus haberetur quaeſtio , agerentur & dicerentur , ſignabant , atque in ea referebant Acta , quae in Provinciis Proconſularia audiebant , quorum exſempla Chriſtiani collata pecunia redimere ſolebant , & inter Acta Martyrum ſedulo adſervare .

Exceptoris munus expleviſſe dicitur , nondum Chriſtianus , S. Geneſius M. Arelatenſis in ejuſdem Actis n. 2. ap. Ruinart.

Horum plane in conſcribendis illis actis Notariorum operam perniciſſimam laudavit *Auguſt.* l. 2. de doctr. chr. c. 26. Anne vero muneri haud ignobili ejuſmodi notariorum fuerit nobilis Tribunus aut Primicerius conſtitutus ? Saltem is erat ſub proximis Imperatoribus Chriſtianis praefectus Tribunus notariis , qui publica excipiebant geſta , tum in ſacris Conciliis , tum in diſputationibus , mutuiſque catholicos inter & haereticos collationibus .

Quin immo idem notariorum Tribunus Principibus a ſecretis erat , deligebantur.

gae virum mentis, qui ſe Chriſtianum eſſe confeſſus eſt, ultricibus flammis jubemus incendi, ut & hominibus metum faciat, & diis tribuat ul-

turque ad id muneris integerrimae vitae viri, in quibus fas non eſſet reprehenſionis vitium reperire: uti exemplo eſt S. Marcellinus, qui Tribunus notariorum ab Honorio Imp. in Africam miſſus ad coërcendam Donatiſtarum rabiem, eorum tandem opera interfectus eſt innocens, ex *Hieron.* l. 3. contra Pelag. ſub fin. Huic autem Tribuno virtutibus conſpicuo & jam Martyri ſuos de Civ. D. inſcripſit libros Auguſtin. quod patet ex eorum l. 1. c. 1. Hic ergo uſus praefatae dignitatis tribunitiae apud catholicos ex antiquiore ethnicorum forte profluxit, quemadmodum ſine dubio Notariorum conſuetudo profecta eſt.

Recole *Auguſt.* ubi ſupra de doctr. chr. & conf. *Caſſiod.* var. l. 6. epiſt. 4. & *Baron.* ad an. 138. ſub init. ubi de Notariis, nec non ad an. 413. n. 5. ſqq. & in Mart. com. ad d. 6. Apr. nota *e*.

IV. Abſolutis de more quaeſtionibus, ſententiam in reos exiſtimatos ſecreto intra velum dictavit Praeſes notario in tabella ſcribenti; perſcriptamque illico Exceptor coram praeſenti auditorio recitavit. Is enim in judiciis de ejuſmodi cauſſis apud Praeſides ethnicos frequentior uſus fuit; quod paſſim demonſtrant eadem Acta Martyrum.

Ac illud praecipue quod de tabula, vel tabella recitari conſueverint ejuſmodi ſententiae in Chriſtianos, diſcimus quoque ex *Tertull.* in apolog. c. 2. fere poſt med. n. 34. edit. Pamel. & ex *Pontio* in vita S. Cypriani n. 17. edit. Ruin. Adde ex *Baron.* quem abſque citatione profert Ruinart. ad Acta S. Pionii & Soc. n. 21. eas ſententias etiam in iis, ubi vulgaris erat lingua graeca, regionibus, literis latinis exaratas fuiſſe ob dignitatem romani Imperii.

Jam ut Saturninus latam ſententiam in Confeſſores 12. Scillitanos aequiſſimam oſtenderet, illud dictavit, quod & ipſi univerſe Imperatori honorem & dignitatem dare recuſarent. Inique tamen, ſummaque injuria. Liquet enim ex Actis num. 3. quod ei ajenti ad feminas ſancti coetus „ honorate Regem noſtrum & ſacrificate diis, tunc Donata (omnium nomine) dixit, honorem quidem Caeſari tanquam Caeſari; Deo autem noſtro honorem & orationem offerimus „ non itaque debitum Imperatori honorem & dignitatem dare recuſarunt.

Quod ſi contenderet Judex, Principi honorem indebitum a Sanctis ſub poena capitis adtribui oportere, hoc capite contra omne jus iniquiſſimus fuerit.

Eum porro honorem Imperatori ſuo tribuerunt Scillitani, qualem Tertull. cit. l. ad Scap. c. 2. in eadem Chartagine chriſtianos vulgo tribuiſſe Imperatoribus ſuis, eos a ſutili impoſtura vindicans, deſcribit in haec verba „ Chriſtianus nullius eſt hoſtis, nedum Imperatoris, quem ſciens a Deo ſuo conſtitui, neceſſe eſt ut & ipſum diligat & revereatur & honoret & ſalvum velit cum toto romano Imperio ... Colimus ergo & Imperatorem ſic, quomodo & nobis licet & ipſi expedit, ut hominem a Deo ſecundum, & quidquid eſt a Deo conſequutum, & ſolo Deo minorem. Hoc & ipſe volet; ſic enim omnibus major eſt, dum ſolo vero Deo minor eſt; ſic & ipſis diis major eſt, dum & ipſi in poteſtate ſunt ejus. Itaque & ſacrificamus pro ſalute Imperatoris; ſed Deo noſtro & ipſius; ſed quomodo praecepit Deus, pura prece. „

Haec autem, quae Donata virtute dixerat, quum intelligere nollet paganus Judex, falſam & iniquam contra Martyres ſententiam tulit.

V. Obſervatu dignum eſt, quod ſententiae capitalis exſequutio in diem decimum differenda eſſet ex lege Tiberii Imp. quae dicta fuit S. C. Tiberianum, auctoribus Dio. hiſt. l. 57. & Sueton. c. 75. in Tiberio. At nihilo tamen ſecius ſtatim ac lata eſt in noſtros Martyres ſententia, & perfecta fuit ex ipſis *Act.* n. 5., idemque paſſim legimus ap. eorum Acta de aliis Martyribus ſub romano Imperio ſententia capitali damnatis. Anne vero lex illa, longiori hominum vitae favens, in odium duntaxat Martyrum chriſtianorum vigere deſiit, quum in ceteros quoſque nocentes obtineret?

Et haec ſatis de argumentis, quae quum ſaepius deinde occurrerint, huc revocanda erunt, ne incaſſum retractentur.

Digitized by Google

ultionem. „ (*k*) Smyrnae in Aſia ad an. 250. ſub Perſequutione Decii Imp. (*).

Opti-

(*k*) Ex *Act.* S. Pionii & Soc. n. 20. ap. Ruin.

ADNOTATIO.

(*) ANteaquam Judex capitalem ferret ſententiam in Pionium, eam diu habitis cum conſiliario ſermonibus deliberavit. Ergo ne in cauſſis id genus, ſummi nempe ponderis, cum adſeſſore aliquo prudentiſſimo ad id muneris electo conſilium Judices iniebant?

Porro ſi cit. Ruinart. audias, id „ anteaquam ſententia ferretur, obſervari ſolebat „. Adducitque in probationem ſua de Sancto Cypriano Acta ſub n. 4. ubi, praemiſſa Sancti conſtantia in confeſſione Chriſti, haec habentur „ Galerius Maximus, colloquutus cum concilio, ſententiam vix aegre dixit verbis hujuſmodi: diu ſacrilega &c. ſanguine tuo ſancietur diſciplina „ Subditque illico Ruin. „ hunc ferendae ſententiae ritum exponit Baſilius Magnus epiſt. 79. ad Euſtathium Sebaſtiae Antiſtitem. „

Ceterum in primis uſus in gente aliqua univerſalis, ut credatur, vel expreſſo famoſi Auctoris documento, vel exſemplis compluribus concludendus eſt; Ruinartius vero nec ſimile documentum perhibet, nec alia exſempla quam duo; & haec quidem, ſi compluruima forent, reperienda porro eſſent apud Acta a ſe collecta, ubi tamen plura id genus facta, aut rara fortaſſe ſunt, aut nulla.

Deinde Baſilius ubi adlegatur, non loquitur diſerte de hoc judicandi more in Sanctos Martyres apud paganos, ſed generatim per modum ſimilitudinis, qua ſuum argumentum confirmet, ita diſputat.

„ Si enim qui rerum in hoc mundo potiuntur, quando facinoroſum aliquem morti ſunt adjudicaturi, cortinas obdacunt, & expertiſſimos quoſque ad cauſſae tractationem advocant, multumque temporis inſumunt, nunc legis rigorem contuentes, nunc naturae communionem ſuſpicientes, multumque ingemiſcentes ad judicandi neceſſitatem deplorantes, nemini non manifeſtum faciunt, quod non ex propria libidine, ſed ex neceſſario legis miniſterio condemnationis inferant ſententiam; quanto oportebant &c.. Haec ille.

Ecquis autem prudens exiſtimet, heic Baſilium pacto aliquo ſententias paganorum in ſanctos Martyres attingere, ubi de ſententia capitis in homines *facinoroſos* decernenda verba facit? anne facinoroſus Martyr Chriſti? Dixerim, S. Doctorem illud obiter enarrare, quod in hujuſmodi cauſſis apud quoſque cordatos, humanoſque Judices vulgo adcidit, ſive adcidere debet; quin ullatenus tamen ad barbara & ſceleſtiſſima ethnicorum judicia in noſtros Martyres capite plectendos attendat.

Ex eodem plane Baſilio protulit Ruinart. acta ſincera Sanctorum Martyrum Gordii, Julittae, & Martyrum XL. Sebaſtenſium; in illis tamen de conſultatione Praeſidum ſententiae capitis in eos Martyres latae praemiſſa nec verbum quidem, nec index ullus. Nullo igitur, quod ſciam, titulo, ceu ruinartianae opinioni favens, produci poteſt Baſilius.

Illud praeterea ſancte obſervarunt vulgo Praeſides in cauſſis Martyrum, quod tanquam rei naturae conſentaneum lege lata poſtmodum injunctum eſt a *Coſtantino M.* in edicto de adpellationibus, promulgato Treviris ad an. 314. III. Non. Nov. ap. Baron. ad ipſum an: ne videlicet Iudex ſententiam capitis in alium ferret, niſi manifeſte eſſet ſua confeſſione convictus. Ideo quippe tot, tamque prolixae a Praeſidibus quaeſtiones habitae cum Martyribus, totque ab iis exceptae conſtantiſſimae pro fide Chriſti contra cultum deorum confeſſiones ante ſententiam capitis. De Chriſtianis ſanctiſſima ipſorum confeſſione convictis & propterea damnatis acute, lepideque diſputat contra paganas gentes *Tertull.* in Apolog. c. 1. & 2.

Vt eam vero mali maximi ſententiam impedirent Praeſides, naturae ductu compulſi (quod Baſilianae ſententiae modo adlatae oppido conſonat) & blanditiis, & minis, & cruciatibus quandoque graviſſimis fidem Martyrum frangere pertentarunt; niſi forte quis congruentius ſenſerit, haec omnia ut plurimum, non ex commiſeratione in reos morte plectendos, immo potius ex ferina gentis barbarie, una cum profano in Deos ſuos obſequio, atque infena in Chriſti fidem iracundia decreta eſſe, ac impie perpetrata.

Quod

Optimus „ Proconſul dedit in eum (*S. Maximum*) ſen tentiam dicens: Eum qui ſacris (*l*) legibus adſenſum noluit adcommodare, ut magnae deae Dianae ſacrificaret, ad metum reliquorum chriſtianorum obrui lapidibus praecepit divina clementia,„ (*m*) (*n*) Apud Aſiam provinciam, fortaſſe Epheſi, an.circ. 250. ſub Decio perſequutore.

Minus ferocem Optimus ſe ſe oſtendit erga Maximum, quem flagris tantum & equuleo torſerat, quam erga S. Petrum, quem diriſſimis ſuppliciis excruciaverat, & erga S. Dionyſiam Virginem, quam duobus juvenibus corrumpendam tradiderat Lampſaci (*o*). Cara inſuper profano homini prae ceteris diis, deabuſque ſuis fuiſſe videtur Diana, cui nempe & Maximo, & deinde Andreae ac Paullo Lampſaci thus adolere praecepit. (*p*) Unde conjicio, quod quum edicerent Imperatores generatim, chriſtianos diis ſuis ſub poena capitis ſacrificaturos eſſe, liberum reliquiſſe Praeſidibus, ut eos cuicumque placeret deo aut deae ſacra facere cogerent.

Lyſias Proconſul provinciae Lyciae vel Ciliciae „ dixit: Sub cura Euthalii commentarienſis & Archelai ſpiculatoris foras civitatem tres ii fratres (*SS. Claudius*, *Aſterius*, *Neon*) ut digni ſunt, crucifigantur, ut aves corpora eorum lacerent. „ (*q*) Aegeae an. 285. ſub Diocletiano. (*)

Theo.

Quod demum conſultationem ſententiae illi praeviam ſpectat, perparum ea profecto in ejuſmodi cauſſis neceſſaria videtur, quum enim ex reo convicto conſtat Judici ad evidentiam eum abſque dubio incurrere inexorabilem mortis poenam a lege praeſcriptam, ſupervacanea videtur conſultatio nova ad hanc poenam reo chriſtiano rite inferendam.

Ea quibus omnibus mot ille de praevia conſultatione, quem tanquam certum ſuggeſſit Ruinart. dummodo ulteriora non adfulgeant documenta, mihi perobſcurus erit, & quammaaime dubius.

(*l*) Alias *divinis*.

(*m*) In aliis codd. *obrui lapidibus praecipio*.

(*n*) Ex *Act.* S. Maaimi n.2.ap.Ruin.

(*o*) Ea *Act.* eorundem Sanctorum ap. Bollaud. ad d. 15. Mai.

(*p*) Ea *Act.* duobus nuper indicatis.

(*q*) Ea *Act.* S. Claudii & Socc. n. 3. ap. Ruin.

A D N O T A T I O N E S.

(*) I. DE hoc Lyſia haec ſeruut Acta Sanctorum fratrum Zenobii & Zenobiae ap. *Baron.* ad an. 285. „ Diocletianus ſtatim ut factus eſt Imperator Lyſiam praeſecit Ciliciae, qui & ad excruciandum erat violentiſſimus, & ad alliciendum blanditiis maxima vi praeditus,„ quae porro apertiſſime comprobant paſſiones ſaeviſſimae horumce Martyrum, pluriumque, quos in eadem provincia, una cum Coſma & Damiano, martyrio exquiſitiſſimo adfecit.

II. Commentarienſes ſub variis muneribus apud leges Romanorum veteres, alioſque Scriptores repereris. Erant quippe qui vinctorum cuſtodiam gerentes, eorum numerum, ordinem, aetatem, varietatemque criminum intra unumquemque triceſſimum diem referre tenebantur. Illi etiam, quibus commentarii Imperatoris committebantur, quorum nempe manu Acta apud Fiſcum ſubſcribi conſueverant. Tum qui in militia caſtrenſi certo ordinis & promotionis gradu inſignes erant, vocati inſuper Principes, Adcenſi, Cornicularii. Ji denique, qui in ordine caſtrenſis militiae pitaciis & ſchedulis militarem annonam erogabant, dicebanturque itidem Auctarii, ſeu Actuarii,

De hoc argumento plura *Baron.* ad an. 140.

Theotecnus Proconſul, aut Praeſes „ cernens, neque ſufficere ad novos cruciatus excogitandos, neque tortores jam prorſus exhauſtos quidquam amplius poſſe, Martyrem vero in propoſito firmiorem, tulit in eum ſententiam dicens: Theodotum protectorem Galilaeorum, deo-

140. n.4 & in Martyr. rom. ad d.27. Mart. ubi de S.Chronida commentarienſi M. necnon *Cang.* in gloſſ. lat. ubi de muneribus & nominib. commentarienſium.

Iam ex iis, quas praemiſimus, Commentarienſium claſſibus ad primam (uti quid naturae rei conſonum) Euthalium referendum eſſe reor, qualem pariter dixeris S. Apronianum Martyrem Romae ſub Laodicio Praefecto, ex Martyr. rom. ad d. 2. Febr.

Quod inſuper ſpectat Spiculatoris munus, quod obibat Archelaus, hoc olim nomine vocabantur ſatellites Principum, quos ad pompam & praeſidium comitabantur; ab ſpiculis nempe, quae geſtabant, ex *Corn. Tacito*.

III. Sanctos fratres Lyſias pro tribunali decrevit & promulgavit dignos, qui crucis mortem ſubirent, & eorum cadavera inſepulta perirent: quo plane truculentiſſimus homo invictos pugiles ob unam Chriſti confeſſionem, quam ille ſceleſtiſſimam inſane reputabat, & viventes, & vita functos maxima, qua potuit, ignominia adfecit. Nihil enim viventi quidpiam magis ignominioſum quam crucifixio, nihil vita functo quam publicata ſepulturae privatio.

Profecto quod crucis ſupplicium ſpectat, illud apud gentes omnes fuiſſe olim infame, nec niſi humilibus perſonis irrogari ſolitum, conſentiunt omnes ex l. *Aut damnum*. §. *Sed enim*. ff. *de poen*. Immo ſummum omnium ſupplicium fuiſſe crucem, diſerte habemus ex Paullo I. C. l. 5. ſenteut. tit. 21. ajente, *ſummo ſupplicio, id eſt cruce adficiuntur* &c. Quod & Paullus Apoſtolus dubio procul indicavit in ep. ad Philipp. 2. inquiens de Chriſto Jeſu, *factus pro nobis obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis*, ex vulgatiſſima Interpretum ſententia.

Privatio inſuper ſepulturae non niſi graviorum reis criminum jure inflicta legitur; ſepulturae quippe poſſeſſio cuicumque vel abjectiſſimo quidem fatis functo, jure ſaltem gentium conceſſa eſt, quocirca eam ceu quid ſacerrimum cunctae pene gentes veneratae ſunt: immo & in violatores ſepulturae & legibus, & votis, & diris intentatis ferme ubique gentium conclamatum eſt. Conferendus in hoc argumentum *Guther.* de jure Manium.

Neque vero unus Lyſias hac ferina & ignominioſiſſima barbarie in Confeſſores Chriſti innocuos uſus eſt; alii quippe permulti Praeſidum ſententia crucibus adfixi Martyrium conſummarunt: ut puta Romae Apoſtolorum Princeps Petrus; Patria in Achaja Andreas Apoſtolus; in Cilicia Calliopius; in monte Ararath prope Alexandriam (ſi eorum Acta legitima ſint, prout *Baron.* ad an. 108. n. 2. & in Mart. rom. ad d. 22 Jun. nota e ea operoſe defendit contra Rodulph. Tungrens. de obſerv. canon. prop. 11.) decem Confeſſorum millia; in Japonia Paullus, Joannes, Jacobus e Soc. I. aliique ſimul plures.

Et iis quidem omnibus, ſepulturae incolatus, ut conjicio, denegatus eſt ut plurimum; quoniam apud *Gentiles* in more poſitum fuit, ut crucifixorum corpora uſque ad integram putrefactionem pendere ſinerent: unde ap. *Valer. Max.* l. 1. c. 3. exſerc. 3. illud Theodori Cyrenaei ad Lyſimachum Regem „ mea quidem nihil intereſt, humi ne, an ſublime putreſcam „ ſed ea tamen eripe corpora, quae ſepulturae mandanda Chriſtiani multis ſumtibus redimere conſueverunt: quod pluriuni Acta Martyrum ſaepe teſtantur.

At quaerat demum quiſpiam: qua corporum figura noſtri Martyres juſſu Lyſiae crucibus ſuffixi fuerint? Porro de hoc ſupplicii genere apud Gentiles haec *Seneca* l. de conſolat. ad Marciam „ video iſtic cruces non unius quidem generis, ſed aliter ab aliis fabricatas: ſunt qui capite in terram verſo ſuſpendant; alii per obſcoena ſtipitem agunt; alii brachia patibulo explicuerunt „ &c.

Ex iis autem crucifixionum generibus alia aliis acerbiora erant; atque adeo haec vel illa exſequutioni forte mandabantur prout culpa delinquentis poſcebat, aut ſeveritas Judicis imperabat. Jam quem Praeſes Martyribus fratribus, cruciandis & extinguendis patibulo adfixis modum praeceperit, incertum penitus.

Digitized by Google

deorum vero hoſtem, Invictorum Imperatorum mandatis non parentem, meque etiam contemnentem, poteſtas noſtra jubet gladii ſubire poenam, & decollati corpus igne comburi, ne illud nacti Chriſtiani ſepeliant. „(r) Ancyrae, quae Galatiae Metropolis erat, an. 303. ſub Diocletiano. (*)

Dulcetius Praeſes „ ſententiam ſcriptam legit: Agapen & Chioniam, quoniam iniquis mentibus & contrariis ſententiis elatae, contra divinum edictum dominorum Auguſtorum & Caeſarum fecerunt (*de tradendis ſacris libris*) & nunc etiam temerariam, vanam & piis omnibus exſecrabilem chriſtianorum religionem colunt, igni tradendas jubeo. „(s) Theſſalonicae, reor, an. 290. vel ut alii ferunt, 304. ſub Diocletiano & Maximiano.

Viden' encomia religionem Chriſti conſtanter uſque ad mortem pro-

(r) Ex *Act.* graec.lat. S. Theodoti cauponis & VII. Virginum MM. ap. Bolland. ad d. 18. Mai. n. 31.

ADNOTATIONES.

(*) I. De hoc Praeſide Ancyrano haec Acta ferunt, a Nilo teſte oculato conſcripta, n. 4. „ Patriae noſtrae regimen conſequutus eſt: homo incompoſitus, turbidus, violentus, ad ſaevitiam proclivis, malignus omnino, caede ac ſanguine gaudens, deſertor pietatis, omnimodis exſecrabilis, & cujus nequitiam nullis verbis melius poſſim explicare, quam dicendo, quod ejus ſolius merito tam magnae civitatis adminiſtrationem acceperit. Etenim Imperatori adverſus Eccleſiam belligeranti promiſerat, ſi hujus regionis gubernatio ſibi crederetur, omnes, quotquot heic ſunt, Chriſtianos brevi tempore traduceret ad impietatem. „ Hic ille Theotecnus. Quid autem non horridum & ferinum in Theodotum, & in dotes ſacri Martyrii pertimeſcere nequeas?

II. Theodotum protectorem Galilaeorum, ſeu chriſtianorum jure Praeſes vocavit: quoniam ex eiſdem *Act. n. 6.* „ perſequutionem patientibus omnibus ſolus ipſe fiebat omnia, medicus egrotibus ... magiſter honeſtam vitam pietatis ſtudio exſoenantibus: ad tormenta perferenda animabat eos, qui ducebantur captivi, atque ante aras conſtitutos hortabatur pro Chriſto ſuſcipere mortem; ſicut merito eum quis dixerit praeceptorem fuiſſe omnium, qui tempore illo Martyrio conſummabantur. „ Haec autem omnia barbaro nota Praeſidi magna ſibi erant crimina, morte acerba & ignominioſa vindicanda.

Galilaeos item Chriſtianos dixit; quaſi ejus cognominis uſus ea aetate apud Gentiles obtineret. Quo videris, Iulianum Auguſtum epiſt. 7. ad Artabium, & epiſt. 43. ad Ecebolium & alias haud primum omnium (quod vulgo credebatur) eodem nomine Chriſti cultores *Contumeliae cauſſa*, uti adfirmat *Nazianz.* in apolog. orat. 3 contra Iulian. fere ſub med., adpellaſſe. Quin immo, ſi qua fides *Dodwellio* diſſ. 12. cyprian., & Celſus Epicureus, & vulgatus de Philopatride auctor (de quo *ſupra* diſputavimus ad Tom. V. p. 7. Adnot. 1.) infenſiſſimi hoſtes Chriſtianorum, hos multo pridem, nempe ſub Hadriano Imp. Galilaeos nominarunt.

III. Diram & probroſam ſententiam, opinione ſua aequiſſimam tulit Praeſes in Sanctum, quoniam is ex praehabitis quaeſtionibus certo deorum erat hoſtis, Imperatorum mandatis de adorandis diis parere noluit, & Praeſidem ipſum contemſit. Verum quam inique! Nec enim non inſurgere pie poterat adverſum falſos deos, nec inſanis ejuſmodi Imperatorum juſſibus abſque impietate obtemperare, nec Praeſidem ad ſummum idololatriae nefas blanditiis, minis, cruciatibus ſe cogentem deſpicere ceu rabidum, vilemque diaboli diſcipulum, organum & adminiſtrum.

Et haec pariter indicata ſint pro vindicandis Martyribus ceteris, quibus par obtigit ſententia, tam abſurdis, impiiſque ſubnixa probationibus.

(s) Ex *Act.* SS. Agapes, Chioniae &c. ap. Ruin. n. 4. ſub fin.

Digitized by Google

profitentibus a Praeſide tributa ? Dignos nimirum eſſe vivicomburio, ſuppliciorum omnium atrociſſimo. Haec barbari hominis erga ſanctiſſimas feminas humanitas & lenitas!

Dulcetius idem „ ſententiam hanc contra ipſam ſcripſit: Quoniam Irene Imperatorum juſſui (*de tradendis libris ſacris*) parere, diiſque immolare noluit; quin immo nunc quoque in chriſtianorum ordine ac religione perſeverat: hac de cauſſa, ut antea duas ejus ſorores (*Agapen & Chioniam*) ita & ipſam viventem nunc comburi jubeo. „ (*t*) Ibidem, uti diximus, de ſententia in Agapen & Chioniam differentes. (*)

Calviſianus conſularis Praeſes „ intra velum interius ingrediens, ſententiam dictavit; & foras egreſſus, adferens tabellam, legit: Euplium Chriſtianum, edicta Principum (*de tradendis, nec legendis codicibus ſacris*) contemnentem, deos blaſphemantem, nec reſipiſcentem gla-

(*t*) Ex eiſdem *Act.* n. 6. ſub fin.

A D N O T A T I O N E S.

(*) I. SIngulari ordine, vel potius confuſione cauſſa haec diſcuſſa & definita videtur; ſi qua fides Scriptori Actorum citt. quae Ruinart. ſincera & proconſularia exſiſtimavit contra Heuſchenium; quod *ſupra* innuimus ad Tom. V. in Adpend. martyr. praemiſſa p. xı.

Principio enim ſub finem praefationis ita legimus n. 2. „ Has tres feminas quum ad ſe ductas & ita adfectas Magiſtratus vidiſſet, ut diis ſacrificia offerre nollent, igne cremandas eſſe decrevit. „ Quid autem juris inerat Magiſtratui, ut poſtremam hanc ferret ſententiam ? Quod ſi hanc in tres ſorores, diſcuſſa cauſſa, jure tulerit, ſupervacanea videtur ulterior cauſſae diſcuſſio, & ſententiae fulminatio ſub Dulcetio.

Idem inſuper Praeſes ex n. 4. proxime poſt colloquium cum Agape & Chionia in confeſſione Chriſti conſtantiſſimis habitum, „ id quum dixiſſet, ſententiam (*vel a ſe, vel ab alio*) ſcriptam legit „ & ex n. 6. Ireni pariter conſtantiſſimae poſtremas intentavit minas „ quumque chartam petiiſſet, ſententiam hanc contra ipſam ſcripſit: Quoniam „ &c.

At vero uti lex, vel uſus frequentiſſimus ferebat, in ejusmodi cauſſis minime Praeſes, ſed Notarii ſecreti dictatam a Praeſide ſententiam ſcribebant, legebantque Exceptores; quod nuper diſputavimus. Nec aliud fortaſſe exſemplum, aut non niſi perrarum huic conſimile repereris apud ceteras quaſque cauſſas a Praeſidibus agitatas & definitas. Vt quid ergo in hac forſan unica legis aut conſuetudinis jura everſa dixeris?

II. Auctor Martyrologii rom. ad d. 3. Apr. de SS. Agape & Chionia ſic loquitur „ quum Chriſtum negare nollent, primo in carcere maceratae, poſtea in ignem miſſae, ſed a flammis intactae, ibi oratione ad Dominum fuſa animas reddiderunt. „ *Item* de S. Irene ad d. 5. *Aprilis quod* „ *poſt* tolerantiam carceris, ſagitta *percuſſa eſt* & igne cremata juſſu Dulcetii Praeſidis. „

Ceterum Acta noſtra de Agape & Chionia diſerte ferunt n. 5. quod „ igni conſummatae ſunt „ Nec illud quidem grande portentum de flammis non laedentibus corpora ſiluiſſet Actorum ſcriptor, utpote in commendandis Martyrum magnalibus, immo & nominibus ſatis diligens. Nec is praeterea de ſagitta, qua Irene juſſu Praeſidis percuſſa fuerit, quidquam profert. Si noſtra igitur Acta ſincera ſint & proconſularia, iis potius quam martyrologio nobis ſtandum erit. Conf. *Baron.* ad an. 304. n. 42. ſqq.

III. Illud heic praetermittimus, alias Deo auſpice ventilandum dubium de ſtatu trium ſororum Martyrum; num virgines illae fuerint, quales depraedicantur Martyrologio romano ad d. 3. Apr; aut potius uxoratae, quum in Actis noſtris nunquam virgines, ſed ubique *mulieres* adpellentur ab Auctore ipſarum praeconiis & laudibus addictiſſimo. Evolve interea, ſi lubeat, *Tertull.* in l. de veland. virg. ubi mulieris nomine virgines etiam comprehendi pluribus diſputat.

gladio animadverti jubeo. „ (u) Catanae apud Siculos an. 303. vel 304. ſub Diocletiano & Maximiano. (*)

Juſtinus Praeſes, ſubceſſor annuus Baſſo Praeſidi ſuffectus „ a fortiſſimis Dei victus athletis, communicato cum participibus & adſeſſore conſilio, talem edidit ſaevo ore ſententiam, & ait: Philippus & Hermes, qui praeceptum Romani Imperatoris (*de immolando diis*) negligentes, alienos ſe ab ipſa etiam romani nominis compellatione fecerunt, vivos jubemus incendi, ut ceteri facilius agnoſcant, quanto conſtet exſitio imperialia contemſiſſe mandata. „ (x) Adrianopoli, ſede olim archiepiſcopali, an. circ. 304. ſub Diocletiano. (y) (**)

Gaius Judex „ nequiſſimus dictavit ſententiam dicens: Afram publicam meretricem, quae ſe chriſtianam profeſſa eſt & noluit ſacrificiis participare, vivam incendi praecipimus. „ (z) Auguſtae in Provincia Raetiae, an. circ. 304. ſub Diocletiano & Maximiano.

Severus Praeſes „ dictavit adverſus eum ſententiam dicens: Pe-

Tt 2 trum

(u) Ex *Act.* Sancti ap. Ruin. n. 3.

ADNOTATIO.

(*) HAbes heic alterum ex perraris exſemplis Praeſidum, qui contra morem vulgatiſſimum ſententiam intra velum dictatam foras egreſſi, iidem ipſi palam legerunt. Inde vero mirari ſubit argumentum quo *Ruin.* cit. ad n. 2. nota *e* contra Coteler. qui in tom. 1. monum. eccl. graecae Acta eadem e cod. graeco ms. ediderat, contendit, Acta Surii quantum ad quaeſtionem ſecundam hujus cauſſae, ſinceriora eſſe prae Coterelianis: „ quod patet, inquit, ex ſententia, quae in Actis ſuriianis ſecundum formam conſuetam ex tabula a Praeſide recitatur „ quum illa nempe recitatio ſententiae in Actis Cotelerii deſit; recitatio inquam Praeſidum, quae potius contra formam conſuetam raro eveniſſe fertur: quod & jam nuper praemonueramus.

Porro Cl. idem Ruin. nobiſcum hac de re conveniret ex ſuis met Actis, ſi haec quantum ad iſtam, de qua loquimur, recitationis Praeſidum circumſtantiam tenaci mente retinuiſſet. Acta eadem ubi Praeſidum ſententias ferunt ſi per otium percurrat Lector, mecum erit.

(x) Ex *Act.* Sanctorum ap. Ruin. n. 11. ſub fin.

(y) Recole praeindicata ad Tom. V. in praefixa Adp. martyr. p. XIII.

ADNOTATIO.

(**) ALtera occurrit, fortaſſe abſque tertia, Praeſidis anteaquam ſententiam ederet, matura conſultatio; & heic quidem habita cum Participibus & Adſeſſore. Profecto Adſeſſor ille dicitur, qui adſidet alicui, ſimulque conſulit; quo ſenſu ap. *Tull.* l. 1. de divinat. Lacedaemonii regibus ſuis augurem adſeſſorem dederunt. Et Juſtino quidem Publius Adſeſſor idem fuit ſine dubio Publius, qui ex Act. n. 4. primum Baſſo Praeſidi adſidebat.

Participes vero erant, reor, Conſiliarii, ſic dicti, quod ab aliquo in conſilium adhibeantur ex *Tull.* l. 3. de legib. & a *Caeſare* l. 3. de bell. civ. in rem noſtram ſcriptum reperio „ quos ſui conſilii *participes* habebant. „

Jam vero haec conſultorum munia & nomina in cauſſis Martyrum alias in tanta Actorum varietate animadvertiſſe non memini. Ea ne excogitavit & adhibuit Juſtinus ut animi ſaevitiam abſconderet, ſimulque adſpectabilem aequitatem & juſtitiam ethnicam adfectaret? Quod ſi ejuſmodi, aut ſimilis conſultatio de more reliquis ferme quibuſque Praeſidibus obſervata fuerit, facile credi nequit, cum ferme ceteros, quod ſciam, Actorum ſcriptores omnino praeteriiſſe. De hoc argumento plura alias obſervanda occurrent.

(z) Ex *Act.* Sanctae n. 3. ap. Ruin.

trum admodum contemnentem invictiſſimorum Principum juſſa (*ut diis chriſtiani ſacra facerent*) propter legem Dei ſui crucifixi, ſententiam ſubire crucis praecipio. „ (*a*) Aulanae in Palaeſtina an. circ. 311. ſub Maximiano. Et haec quidem de expreſſis Praeſidum ſententiis in cauſſis Martyrum. (*)

IV. *Ob-*

(*a*) Ex *Act.* Sancti Petri Balſami n. 2. ap. Ruin.

ADNOTATIONES.

(*) I. Adverſum haec, ruinartianis ex Actis, & opinionibus depromta aperte militant Acta S. Petri Abſelami, quae Clariſſ. Evod. Aſſeman. e cod. 1. Nitrienſi chaldaico latine verſa & illuſtrata protulit in par. 2. de Act. MM. occid. p. 208. ſq. tanquam unice ſincera & genuina, ac praemiſſo inſuper tanquam indubio, Petrum hunc Abſelamum eundem eſſe cum Balſamo ex Act. ruinartianis. Quin etiam, hoc pariter praemiſſo, Ruinartium caſtigat, quod S. Martyris paſſionem in an. aerae vulgaris circ. 311. rejiciat; quoniam ex Act. chaldaicis contigit an. 7. perſequutionis Diocletianeae, qui, ait, extra omnem dubitationis aleam an. Chr. 309. reſpondeat, neceſſe eſt, quum perſequutio Diocletianea an. 303. menſe Martio indicta ſit.

Iam vero in hiſce Actis chaldaicis, quod in re noſtra praecipuum eſt, non modo deſideratur Severi ſententia, immo potius dicitur Petrus igne conſummatus, ſupplicio crucis minime indicato, Martyrium perfeciſſe. Haec etenim Acta nihil aliud ſunt, quam fuſior enarratio eorum, quae de Martyrio Abſelami perbrevi epitoma tradidit Euſeb. l. 8. de MM. Palaeſt. c. 10; quum tamen ruinartiana longe prolixius Balſami paſſionem referant, minutatim adjectis compluribus colloquiis, cum varietate cruciatuum

Quid tum vero? Utriſque porro & Aſſeman. & Ruinartii Actis ſinceritatem facile adſcripſeris, dummodo contra ſtatuas tanquam veri ſimilius cum Tillemont. & aliis Petrum Abſelamum a Balſamo re diſtingui; quum de uno & altero producatur paſſio toto ferme coelo diverſa, nec quidquam ſane prohibet, quominus duo ſub eodem die feſto percolantur Martyres ejuſdem nominis ſimiliſque cognominis & ex eadem orti provincia, immo & cives.

Porro de Abſelamo ſupplicio ignis extincto loquuntur poſt Euſeb. Graecorum Menaea ad d. 12. Jan. & 14. Octob. nec non Menolog. Baſilianum ad d. 11. Jan; de Balſamo autem ad extremum cruci adfixo ſub Severo Praeſide nonnulli Latinorum Martyrologici, ut puta e. c. Lambertus Leodius in cod. ms; vetus alter cod. ms. S. Martini Tornaci, Maurolicus, Galeſinius, Auctor Martyrologii rom. Scriptor Actorum graecorum, quae Anaſtas. bibliothec. latine vertiſſe dicitur, Surius, qui Acta Anaſtaſii primus, reor, prodidit, quibus conſentiunt Baron. Bolland. & Acta cetera mss. & edita, quae inter ſe collata exhibuit cit. Ruinart. tanquam ſincera, Surii, Bollandianor. & Baronii ſententiam ſequutus.

Heinc vero duo licet obiter obſervare. Primum ſcilicet quanta ſit auctoritate munita Actorum, & ſententiae, quam ex eis depromſimus, ſinceritas: *alterum deinde*, quod in admonit. praev. Ruinart. *minus* conſequenter in medium pene reliquerit, anne Balſamus idem ſit cum Abſelamo Euſebiano, vel diverſus; liberam cuique deſinens in hac quaeſtione definitionem.

Acta ſiquidem Ruinartii paſſionem utriuſque permultis paraſangis diverſam fuiſſe pene ad evidentiam commonſtrant. Quod ſi ponas unum eundemque fuiſſe Martyrem Petrum, merito Ruinartius, quod martyrii epocham ſpectat, citato Aſſemano carpitur: re itaque diverſus Abſelamus Euſebii a Balſamo ſuo ipſimet certo praemittendus fuit.

At vero, reponat quis cum cit. Aſſemano, haud facile credi poteſt, Euſebium, qui adeo diligenter & adcurate paſſiones Martyrum Palaeſtinorum ſub Diocletianea vexatione ſibi recenſendas ſumſit, Balſamum, a finibus Eleutheropolitanae civitatis, quae ad Palaeſtinam pertinet, oriundum (ex Act. n. 1.) omnino praeteriiſſe.

Ceterum & facillime credi poteſt, id Euſebio humanitus eveniſſe, quod & magnis viris interdum contingere ſatis novimus; illi nempe, vel aliis intentum curis,

IV. *Obtrectatores beatiſſimae Martyrum fortitudinis.*

Hoſtes hujuſmodi quis vel ne prolixo quidem calamo enumerare ſufficiat; quibus nempe chriſtiana religio fabula fuit & impia novitas contra deos ethnicos? Ex iis perpaucos gregis inſtar propemodum innumerabilis, inſipientiſſime loquentes audiamus.

Hadrianus Imp. ad S. Symphoroſam, abnuentem litare diis „ Elige tibi unum ex duobus; aut ſacrifica diis meis, aut malo interitu finieris. „ Tiburti an. circ. 120. (b) Ergo Hadriani opinione, mors obita pro Chriſto, *malus interitus* eſt, videlicet infamis, ignominioſus, nefandus.

Publius Praefectus Urbi „ juſſit ſeptimum (*S. Felicitatis filium M.*) Martialem ingredi, eique dixit: crudelitatis veſtrae factores effecti, Auguſtorum inſtituta contemnitis, & in veſtra pernicie permanetis „ Romae an. circ. 150. ſub Antonino Imp. (c) *Crudelitatem* in ſe ipſum vocat Publius ſe le committere ſuppliciis & neci propter fidem Chriſti, & conſtantiam pene divinam in confeſſione hujus fidei *perniciem* (*).

Za-

ris, vel quid valde a propoſito alienum cogitanti narrationem de martyrio Balſami (atque aliorum fortaſſe) memoria penitus excidiſſe.

Fieri quoque potuit, ut quum Cl. Hiſtoricus libellum ſuum ſcriberet de Martyr. Palaeſt. nondum de paſſione Balſami, inter poſtremas forſan referenda, certi quidquam accepiſſet, quod literis mandaret. Anne demum Balſami Martyrium Euſebius deſcripſerit in aliqua codici adjecta chartula, quae deinceps perierit, aut ex incuria vel oſcitantia exſcriptorum in priora libelli apographa relata non ſit? Haec quidem ſecundum frequentia rerum eventa perfacile potuerunt accidere; quod autem re non acciderint, quis & unde certo eruerit?

II. Conſulto hic praetermittimus ſententiam in S. Criſpinam ab Anulino Proconſule latam, quae in Act. Sanctae n. 2. ap. Ruin. in haec verba deſcribitur „ Anulinus Proconſul ſententiam de libello legit: Criſpinam in ſuperſtitione indigna perdurans, quae diis noſtris ſacrificare noluit, ſecundum Auguſti legis mandata a coeleſti .... locum tendit, eam gladio animadverti juſſit. „

Ubi vides, & Anulinum, contra formam conſuetam ferendi ſententias in Martyres apud Romanos Praeſides, eam de libello legere; & poſtrema, quibus ſententia concluditur, verba adeo obſcura eſſe, ut nullus ex eis ſenſus rei conſonus erui poſſit. Idcirco ſuſpicamur, in hiſce clauſulis, forſan ex charta nimium lacera exceptis, interpolationem aliquam, ſeu fictionem exceptoris cubare; atque adeo eas in rem noſtram minime adoptandas duximus; etſi Acta iſta, quod reliquum eorum ſpectat, magno in pretio habeamus.

III. Nullam hujuſce generis ſententiam a quoquam judiciali Praeſide ex Act. MM. chaldaicis Aſſemano editis huc loci recitavimus, quia nullam, ni fallat memoria, reperimus, nec in Actis quidem MM. orientalium, quoniam apud Perſas non idem obtinebat forte Romanorum mos ferendi ſcripto capitales ſententias in Confeſſores ſanctiſſimos; nec item in Actis MM. occidentalium; haec enim chaldaico ingenio & calamo conſcripta ut plurimum inſigniter ſimplicia ſunt, brevia atque contracta, nec niſi ad delineandum quod rei praecipuum eſt, intenta: quocirca jam ſibi jure dotem adrogant, quam Martyrologi eo perquirunt proverbio „ Acta Martyrum quo ſimpliciora, eo veritati propiora. „

(b) Ex Act. Sanctae & Soc. n. 2. ap. Ruinart.

(c) Ex *Act.* S. Felicitatis & VII. Filiorum ejus n. 3 ap. Ruin.

ADNOTATIO.

(*) PRimus hic & antiquior ap. Acta Martyrum occurrit Praeſes, in cauſa S. Felicitatis ejuſque filiorum, qui & Praefectus Urbis, vel Urbi; utrolibet

enim

Zaruſciates Praefectus, vir nequiſſimus, feriſque immanior, cui Rex Sapor ſeveriſſima adverſum chriſtianos mandata dederat, Adarſa-po-

enim modo rem dixerunt veteres & recentiores.

Multa quidem de Praefecto Urbis jam diu ſcripſerunt ac diſputarunt Eruditi cum *Pancirolo* de Magiſtratibus romanis & utriuſque Imperii, *Pighio* in faſtis Magiſtratuum Romanorum, *Poleto* in hiſtoria fori romani, *Robortello* de Magiſtratib. *aliis* ap. Grevium & Grenovium in theſauro antiquitat. graecar. & romanar. quibus nuperrime acceſſit Cl. *Eduar. Corſinius* in ſerie Praefectorum Urbis.

Ampliſſima profecto fuit hujus Praefecti dignitas & dominatio ſupra ceteros quoſque romanae reip. magiſtratus, & uni ſecunda Praefecto Praetorio, de quo dictum eſt, habuiſſe regnum abſque purpura. Haec pluribus perſequuntur nonnulli ex modo citt. Scriptoribus.

Quod autem in hac materia prae ceteris permagnum faceſſit negotium ſitum eſt in recte digerenda & demonſtranda omnium Urbis Praefectorum ſerie; cui argumento feliciter expediendo potiſſimum inſudarunt *Cuntelorius* in catalogo, & *Corſinius* in ſerie hujuſmodi Praefectorum; at ne iſti quidem rei faſtigium attigerunt, quum notum ſit Eruditis viris alios uſquequaque ſupereſſe Praefectos illorum catalogis inferendos.

Ergo ut magnae difficultati, ſymbolam noſtram tenuiſſimam conferentes, tantillum occurratur, utque id ipſum praeterea ad hiſtoriam de *Actis* Martyrum praemittamus, Indiculum adnectimus aliquot Praefectorum Urbis, qui ſub IV. priora ſecula chriſtiana Praeſides quoque fuerunt & Judices in cauſſis Martyrum, prout nempe eos curſim excepimus ab Scriptoribus Martyrologicis eorumdem *Actorum*, quales voco e. c. Mombritium, Surium, Auctorem Martyrologii romani veteris, Baronium, Bollandianos, Ruinartium.

Praemitto tamen, de exſiſtentia vel chronologia Praefectorum Praeſidum, quos indicavero, me nihil modo definire, ſed de iis lecta dumtaxat referre; id unum intendens, ut inde lux interea adfulgeat doctioribus, qui rem omnem adcuratius expendant & definiant. Accedat ergo

INDICULUS

Praefectorum Urbis Praeſidum in cauſſis Martyrum.

Anianus in cauſſa SS. MM. Sulpicii & Serviliani, Trajano perſequente Chriſtianos an. 100. Lege Baron. ad eum an. n. 12.

Aurelianus in cauſſa plurium Sanctorum, quos S. Alexander P. Baptiſmate initiaverat, an. 132. Ex Act. mſſ. ejuſdem Alexandri.

Publius in cauſſa S. Felicitatis & filiorum VII. an. circ. 150. ſub Antonino Pio Imp. Ex Act. Sanctorum mſſ. & edit. ap. Ruin.

Urbicius in cauſſa SS. Ptolomaei, Lucii & alterius anonymi ad an. 164. ſub eodem Antonino. Conf. Baron. ad eum an. n. 18. ſq.

Ruſticus in cauſſa S. Juſtini & Socc. an. circ. 167. ſub Marco Aurelio Imp. Ex Act. Sanctorum ap. Sur. & Bolland. ad d. 13. Apr.

Nicetius in S. Eugeniae V. an. circ. 188 ſub Gallieno Imp. Ex Act. Sanctae ap. Lipom. & Sur. ad d. 25. Decembr. quibus contentit Baron. ad eum an. cum *Auctore* Martyrol. rom. quantum ad Nicetium Praefectum Urbis, in ea cauſſa Praeſidem; eſto jure cenſeat, alio ex capite illa Acta medica indigere manu.

Ulpianus in plurium MM anonymorum an. circ. 225 ſub Alexandro Imp. Ex cod. veteri ms. ap. Baron. in Martyr. rom. ad d. 2. Mart. nota *b*.

Almachius in SS. Tiburtii & Socc. an. circ. 232 ſub eodem Alexandro. Ex Act. SS. quae habentur in Act. S. Caeciliae.

Probus in SS. Anaſtaſiae ſenioris V. & Cyrilli an. circ. 262. ſub Valeriano Imp. Ex Act. SS. ap. Lipom. & Sur. ad d. 28 Oct. Anaſtaſia haec dicitur ſenior comparate ad aliam, quae ſub Diocletiano paſſa eſt.

Plato in SS. Baſilidis & Socc. an. 275. ſub Aureliano Imp. Ex Act. SS. ap. Mombrit. ad d. 10 Jun.

Marcianus in S. Marini, ordinis ſenatorii, an. 284. ſub Numeriano Imp. Ex ejus Act. ap. cit. Mombrit. t. 2. ad d. 26. Dec.

Celerinus in SS. Chryſanti & Dariae conjugum an. circ. 284. ſub ipſo Numeriano. Ex Act. SS. editt. & mſſ. ap. Baron. ad eum an. n. 6. ſq.

Plan-

pori ſuffectus in diſcuſſione cauſſae SS. MM. Acepſimae, Aithilahae, Joſephi; vix ei reſumturo cauſſam duo poſtremi ſiſtuntur. „ eoſdem ter-

Plautianus in S. Geneſii ex mimo ethnico chriſtiani & M. an. circ. 286. vel ut aliis placet, 303. ſub Diocletiano Imp. Ex Act. Sancti mſſ. ap. Ruin. n. 3. & ap. Baron. ad an. 303. n. 118.

Anonymus Praef. Urb. in SS. Saturnini & Siſinii an. 298. vel 303. ſub Maximiano Principe. Ex Act. SS. quae recenſentur in Act. S Marcelli P., aut potius Marcellini ap. Sur. ad d. 17. Jan.

Laodicius in SS. Papiae & Mauri militum an. circ. 303. ſub Diocletiano Imp. Ex Act. S. Marcellini, quae ſub nomine S Marcelli recitat Sur. t. 1. ad d. 2. Febr. Tum in Sancti Aproniani commentarienſis an. 304. ſub eodem Imp. ex eiſdem Act. Conf. Baron. ad an. 303. & 304. ubi de paſſionibus horum MM.

Aurelius in SS. Baſilidis & Socc. militum an. 303. ſub Dioclet. Lege ſis Baron. ad eum an. n. 115. & concinnatorem Martyr. romani ad d. 12. Jun. ſub init.

Symphronius in S. Agnetis V. an. 304. ſub Dioclet. Ex Martyr. rom. ad d. 21. Jan. cui conſentire videtur Baron. ad eum d. & in annal. ad an. 304. a n. 29. Praeſidem hunc Menaea graeca vocarunt ſimpliciter *Praefectum*, itemque Menol. Baſilianum; Beda *Symphorianum*, Acta chaldaica ſincera S. Agnetis ap. Cl. Aſſem. in Act. MM. occid. p. 105. *Judicem* „ ſummam id temporis obtinentem auctoritatem. „ Haud itaque temere Praeſes hic Praefectis Urbis nobis adcenſetur.

Tarquinius Perpenna in S. Timothei an. 311. ſub Maxentio Imp. Ex vetuſtis codd. mſſ. ap. Baron. in Martyr. rom. ad d. 22. Aug. nota *b*.

Alipius in cauſſa S. Almachii an. circ. 395. ſub Theodoſio Imp. Ex ſententia Baronii, oppido conſulendi ad eum an. n. 20. ſq. & in Mart. rom. ad d. 1 Jan. nota *d*.

Iam vero ex hiſce Praeſidibus, prout ferunt documenta, e quibus erutos dedimus, alii *Praefecti Urbis* expreſſe nuncupantur, videlicet *Anianus*, *Publius*, *Rusticus*, *Nicetius*, *Plato*, *Anonymus*, *Laodicius*, *Symphronius*, *Tarquinius*, *Alipius*; ceteri vero ſolitarie *Praefecti* abſque addito *Urbis*.

Anne propterea ii poſtremi, quum Praeſides eſſent in cauſſis MM., non in Praefectura Urbis, ſed in diverſa conſtituti fuerint? Minime, reor; vulgo ſiquidem apud Eruditos quotieſcumque in Actis Romani Praeſides ſimpliciter Praefecti adpellantur, Praefecti Urbis intelliguntur, non alii; nec enim in tota fortaſſe Actorum ſerie unum repereris romanum Praeſidem, qui Praefectus vocetur alterius Praefecturae ab Urbana diverſae.

Rurſum Urbana Praefectura, (de qua complures differentes inveneris ap. & cum Heineccio in hiſt. jur. civ. rom. & german. l. 1. §. 55. & 175. edit. venetae 1742.) permultis gaudebat honoribus, atque muniis. In eam quippe Auguſtus, vixdum ordinariam inſtituit, & pleraque Praetoris, aliorumque magiſtratuum praecellentia tranſtulit munera. Horum vero maximum, aut ex praecipuis illud erat, ut in criminoſos quoſque jus gladii haberet non modo intra Urbem, ſed etiam intra centum ab Urbe lapides.

Id quod diſerte nos condocet Lex romana Ulpiano adlata ff. l. 1. tit. 12. de offic. Praefecti urbi in haec verba „ omnia omnino crimina (*videlicet judicanda & punienda*) Praefectura Urbis ſibi vindicavit, non tantum ea, quae intra Urbem admittuntur, verum ea quoque quae extra Urbem intra Italiam; ut epiſtola divi Severi ad Fabium Chilonem Praefectum Urbi miſſam declarat... Initium epiſtolae, *Quum Urbem noſtram fidei tuae commiſerimus*. „

„ Quidquid igitur intra Urbem admittitur, ad Praefectum Urbi pertinere videtur. Sed ſi aliquid intra centeſimum milliarium admiſſum ſit, ad Praefectum Urbi pertinet, ſi ultra ipſum lapidem egreſſum eſt, Praefecti Urbi notio non eſt. „

Ea igitur, quae apud ethnicos ſumma erant crimina Chriſtianorum, intra juriſdictionem Praefecti urbi admiſſa, ad tribunal hujus Praefecti jure deferenda erant, ab eodem cognoſcenda & vindicanda.

Ratum itaque nobis, fixumque ſit, omnes generatim Sanctos, qui apud Acta feruntur Romae ſubiiſſe martyrium ſub aliquo ſimpliciter *Praefecto*, *Praeſide*, aut *Judice*, non niſi a Praefecto Urbano, & Praeſide & Judice nato ad quaſcumque cauſſas, quas hodierni Juris periti criminales vocant, ob-

terribili, truculentoque adſpectu intuitus, ſic adorſus eſt: o audax hominum genus, cervicoſum, ac pertinaciſſimum!„ ita inſanit in homines, acerbiſſimis etiam ſuperatis tormentis, in fide Chriſti con-

obſervato juris ordine judicatos fuiſſe, ac ſententia ferali plexos: niſi vero aliquando propter ejus abſentiam, aut obitum ante completum Praefecturae annum, quiſpiam alter inferioris dignitatis, ejus in cognoſcendis Martyrum cauſſis, vel ex lege, conſuetudine, aut mandato Principis vices gereret, quod quidem virtute perinde eſſet.

Hinc merito rejiciendus Tillemont. ubi de monum. ad hiſt. eccl. t. 4. p. 419. *Plautianum* adductum ex Act. ruinartianis Praefectum Praetorio effecit, non Urbi. Nec enim jus dicere conſueta Praeſidum forma in Chriſtianos, ethnicorum opinione abjectiſſimos homines, tantae Praefecturae dignitatem decebat; nec rem adeo ſingularem, cui ſimilem alias fortaſſe nuſpiam legas, Actorum ſcriptor tacuiſſe debuerat. Favet nobis Cl. V. *Cajetan. Marini* in defenſione Corſinii ſuper deſcripta ſerie Praefector. Urbis p. 24.

Haec de Praeſidibus Praefectis Urbi. Iam nonnihil delibandum de Praeſidibus qua talibus, ſecundum ea quae excipere licet ex eiſdem Actis MM; nullum quippe de hoc agentem argumento hucuſque videre licuit.

Eos ipſe voco Praeſides, qui a ſummo Principe conſtituti erant Judices, qui cognoſcerent, diſcuterent, & judicarent cauſſas Chriſtianorum, qui nec deos vellent colere, nec Chriſtum non confiteri. Hi frequenter adpellantur in Actis *Praeſides, Rectores, Praefecti, Judices, Proconſules, Praepoſiti, Procuratores, Conſulares viri, Praetores,* prout ferebant leges communes, aut varii regionum mores.

Hoc autem, tametſi alias quid ſceleſtiſſimum, eo capite mihi praemaxime laudandum, quod juri naturae & gentium iidem ethnici addictiſſimi, nullum uſpiam reum inaudita cauſſa damnarunt.

Legimus quidem ap. *Aſſem.* in priorib. Act. MM. or. p. 50. perſequutionem ſaporicam ſub initium decem totos dies ita inepte atque atrociter ſaeviiſſe, ut ad ſolam Chriſti nominis confeſſionem Chriſtiani interficerentur, nullo interpoſito, praemiſſove examine; ſed illico tamen ſubbditur, Saporem, re comperta, edicto caviſſe, ne deinceps in obvios quoſque pro ipſorum arbitrio ſaeviretur, ſed eorum duntaxat judicia exſercerentur, qui legis chriſtianae Doctores eſſe videbantur. Quo nempe Rex in ſe reverſus de magno contra jus naturae & gentium crimine poenitudinem oſtenderet, quod videlicet tot coram ſe rei inauditi ſupplicio ultimo adfecti fuerint.

Et hinc fortaſſe Sapor idem ſaepenumero cauſſarum Martyrum palam cognitor fuit & judex unicus.

Iam vero in Romano Imperio ſummi Provinciarum Rectores ad cauſſas Martyrum judices deſtinabantur ab Imperatoribus, quum ii perſequutionem in Chriſtianos excitabant; directis nempe ad eos edictis, reſcriptis, literis, cum publicis, tum privatis, ut ipſi excitatam perſequutionem ad nutum Principis exſequutioni mandarent. Conſtat aperte ex hiſtoria de Edictis ejuſmodi Principum perſequutorum, quam *ſupra* delibavimus ad Tom. V. p. 13. 199.

Illorum igitur regalium ſcriptorum virtute *adcipiebant Praeſides jus gladii* (ut loquuntur ſaepe Acta MM. e. c. Acta S. Perpetuae & Socc. §. 6. ap. Ruin. & Acta S. Theodoriti n. 1. ap. Mabill. t. 4. Analect. &c.) quo nempe cauſſas chriſtiani nominis cultorum judicarent, & quos reos opinione ſua invenirent, tormentis & ultimo etiam ſupplicio jure plecterent. Nec alius quiſpiam id ſibi juris adrogare poterat; quod & omnibus notiſſimum erat, adeo ut quicumque Chriſtum confiteri deprehenderetur, non niſi ad ſummum Praeſidem deferretur judicandus.

Hac etenim de cauſſa legimus in epiſt. de SS. MM. Lugdunens. ap. Euſeb. h. l. 5. c. 1. n. 2. quod Tribunus militum & magiſtratus civitatis comprehenderint SS. Confeſſores, & coram univerſo populo interrogarint, & in carcerem conjecerint quaſi in cuſtodiam; exſpectantes utique adventum Vettii Epagathi Praeſidis, qui eorum cauſſam cognoſceret, ac definiret: tum in Act MM. Scillitanorum, quod Carthagine, ſtatuto forenſi conventu, cui magiſtratus aderant, unus Proconſul Saturninus interrogata ad SS. Confeſſores fecerit, & univerſam eorum cauſſam cognoverit.

Ad annum perdurabat ſupremum hoc erga

conſtantiſſimis . (*d*) In urbe Arbela ap. Perſas an. 376.

Hormiſdatſcirus alter ex Magis Principibus , qui in cauſſa S. Jonae & Soce. Judices praeerant , perſpecta Martyrum in tolerandis invicte ſuppliciis fortitudine , ad Maharnarſetem Judicem „ converſus : Nos ipſi , ait , Regi (*Sapori*) contumeliam facimus , nam hi, quorum mentes proprius error occupavit , nullius dicta aut facta morantur . „ Quo nempe propoſitum de retinenda fide Chriſti,interpoſitis etiam cruentiſſimis tormentis , erroris incuſat . (*e*) In oppido Hubaham apud Perſas an. 347.

Cyzicenus Praeſes in cauſſa Stratonicae ac Selenci , ira exaeſtuans ob conſtantiam Stratonicae in fide Chriſti , peregregiis ſermonibus & geſtis conteſtatam , haec impudens illi adfatur „ Patet , te ebriam eſſe atque delirare ; nec enim uſque animadvertiſti in quanta ignominia verſeris . „

erga cauſſas Martyrum munus, quemadmodum & ſummi provinciarum Rectoris dignitas . Quum vero hic deſineret , cauſſae intermittebantur , nec niſi Praeſes alter proximo ſuffectus eas retractandas adſumere conſuevit . Sic enim e. c. Juſtinus annuus Baſſo Praeſidi ſubceſſor Adrianopoli cauſſam S Philippi Ep & Socc. quam ille inchoarat , nulla alterius interjecta opera , proſequutus eſt ac definivit .

Quod ſi , cauſſa aliqua nondum finita, ſummus Praeſes ante annum expletum mortem oppeteret , illico Procurator provinciae cum jure gladii defuncto ſubſtitutus , cauſſam reſumebat ac terminabat Sic enim ex Act. S. Perpetuae & Socc. n. 6.diſcimus , eorum cauſſam reſumſiſſe , ac demum terminaſſe Hilarianum Procoratorem „ qui tunc loco Proconſulis Minucii Timiniani defuncti jus gladii acceperat. „ pariterque ex Act. S.Montani & Socc. n. 6. quod Solon Procurator „ qui defuncti Proconſulis (*Galerii Maximi*) partes adminiſtrabat „ eorum cauſſam retractavit atque definiit. Et hic quidem Solon Actorum decurſu & Procurator dicitur , & Fiſcalis , & Praeſes . Nec immerito putes ; quoniam , ut erudite obſervarat Salmaſius in notis ad Spartian. , Procuratores in provinciis proconſularibus , aut in praetorianis nullam niſi in cauſſis fiſcalibus juriſdictionem exſercebant ; nec Praeſides dicebantur , niſi forte Proconſulis obitu intervenirnte .

Haec porro, quae generatim de noſtris Praeſidibus , extra Urbem conſtitutis hucuſque indicavimus (perpaucis exceptionibus modo praetermiſſis) & de Praeſidibus in Urbe degentibus procul dubio intelligenda pariter quantum ad jus gladii in Chriſtianos ipſis collatum ex munere Praefecturae , indemque ulterius virtute edictorum , quibus Imperatores perſequutiones excitarunt; haec enim ut plurimum pro toto romano imperio univerſalia erant , ac univerſe praecipiebant : ergo & pro Urbe , quin ejus Praefecti ad jus dicendum in Chriſtianos novo tum indigerent reſcripto Principum , ſibi ſingillatim directo .

Quod ſpectat denique ſaporicae perſequutionis Praeſides, ii quidem exſiſt matum in Chriſtianos jus gladii adcipiebant ſaltem ab edictis , quibus Sapor in illos vexationem univerſalem publicabat & praecipiebat , ad Praeſides , alioſvè magiſtratus transmiſſis. Haec *ſupra* innuimus ad Tom. V. a p. 30. art. xvi.

Qui cauſſas Martyrum cognoſcebant , apud Acta MM. orientaliom vocantur interdum Praetores , Praefecti , Judices , ſummi Praefecti , ac frequentius Praeſides , qui nempe ut plurimum ſumma provinciis auctoritate praeerant; eſto quandoque a Rege cauſſae id genus commiſſae ſint privatis perſonis , e. c. Perſarum Magis , aut Magorum Principibus . Ad Praetores deferebantur Chriſtiani . Ac licet unus plerumque cauſſis MM. definiendis praeeſſet , at huic tamen interdum plures ſufficiebantur ſocii Praefecti , aut Judices , qui ſimul rem totam diſcuterent ac terminarent .

Haec ſane ſparſim Acta laudata indicant , ut puta e c. ad pagg. 76. 90. 93. 103. 109. 123. 216. 222. Nec de hoc tamen argumento plura .

(*d*) Ex *Act.* MM. or.p.199 §.*Accidit.*

(*e*) Ex *Act.* MM.or. p. 223. §. *Tunc.*

ſeris. „ Ethnico ergo Praeſidi Martyrium fortiter ſubire, ebrietas eſt, delirium & ingens ignominia. (*f*) Cyzici an. 297. ſub perſequutione Maximiani Imp.

Quid tandem plura? Immenſus ero, ſi contumelias, ſarcaſmos, convicia, vituperia cuncta perſequi velim, quae paganorum univerſa gens, putantes, ſe ſuis obſequium praeſtare diis, in Sanctos Chriſti Confeſſores qua Martyrium ſubeuntes inſolentiſsime effutierunt. His conſertiſsima ſunt apud Baron. Bolland. Ruin. Aſſeman. alioſque antiquiores Acta MM. quae conſulere poſsis.

Heinc vero enatum paganis inexorabile illud odium adverſum ſacra Martyrum cadavera, quae utique perditiſſimorum hominum analecta reputabant. Idcirco non modo illis cultum omnem & honorem vehementer abjudicarunt cum Doctoribus ſuis *Porphyrio*, *Eunapio*, *Maximo* Grammatico, *Hierace*, ſupra nobis inter Errones diu recenſitis (*g*) verum etiam ea ex ſententiis Praeſidum diris omnibus devoverunt, quae nempe vidiſſes aut ſepultura ſimpliciter ac inhumaniter carentia, aut carnivoris animalibus objecta, aut flammis commiſſa, aut in mare demerſa. Satis jam de Ethniciſmo in ſacrum Martyrium ſub IV. priora ſecula & inſipienter, & atrociter errante.

Ex Heterodoxis

I. *Gnoſtici*, refragatores jurati ſacri Martyrii, hoc etiam in perſequutione chriſtianis eſſe ſubeundum vehementer negabant. (*h*) Sunt qui cum *Pamel.* in Gnoſticis cit. Tertulliano perſtrictis reperiat quoque *Prodicum*, *Menandrianos*, *Cajanos*, omnes utique peraeque Martyriorum refragatores. (*i*)

II. *Baſilides* alias notatus tanquam ſtultos irridebat, qui pro Chriſti confeſſione martyrium invicte & alacriter ſufferebant; quoniam, ajebat, Chriſtum ejurare perſequutionis tempore, vitio minime vertendum eſt. (*k*) Si qua fides cit. *Philaſtrio*, ſolum docuit Baſilides, non eſſe ſubeundam mortem pro confeſſione crucifixionis & mortis Chriſti; quippe qui crucifixus non eſt, ſed ejus loco Simon ille Cyrenaeus, qui angariatus portavit crucem: unde concludebat, hujuſmodi Confeſſores non eſſe Martyres, obeuntes utique pro mendacio. Certo tamen idem ſtatuit (*l*) idolothyta, ſeu diis, aut idolis gentilium „ immolata abſque ullo reſpectu conſcientiae deguſtanda „ id quod plures exſemplo ſuo ſanctiſſimi reprobarunt Martyres

(*f*) Ex *Act.* chaldaic. MM. occid. p. 94. §. *His.*

(*g*) Ad Tom. IV. a p. 147.

(*h*) Palmarem errorem perdocte confutavit *Tertull.* in Scorpiaco, ubi & utilitatem & neceſſitatem Martyrii nervoſe demonſtrat.

(*i*) Recole, ſi lubet, quae de ſecta peculiari Gnoſticorum *ſupra* praemiſimus ad Tom. I. p. 329.

(*k*) Haec innuit omnium primus, reor, Agrippa Caſtor, qui Baſilidi coaevus, ejus errores ſcriptis validiſſimis confutavit, *Euſeb.* teſte hiſt. l. 4. c. olim. 8., latius vero expoſuerunt poſteriores Haereſeologi cum *Philaſtr.* in Baſilide, ac *Epiph.* haer. 24.

(*l*) Ex *Caſtor.* ap. laud. Euſeb.

res (*m*) immo & alii, qui ne id criminis admitterent, & famem, ſitimque ſufferre, & graviſſimis ſuppliciis, ipſique morti ſe ſe exponere non dubitarunt. (*n*)

III. *Valentiniani* pugnabant, confeſſionem Chriſti faciendam eſſe in coelis, minime in terris per Martyrium. (*o*)

IV. *Elcaeſei*, quos *Elxai* & *Jexeus* fratres pſeudoprophetae condidiſſe feruntur ſub Trajano Imp. ad an. circ. 105. (*p*) ſub tempora ferme Jul. Maximini Imp. evulgarunt, licere perſequutionis temporibus Chriſtum ore negare, dummodo eum in corde confitearis. Deus quippe, ajebant, cor potius intuetur ac perpendit, quam linguam, eaque neceſſitas graviſsima ab omni reatu excuſat. (*q*) Vides, quanta impietate hic error, diu proſcriptus ex *Matth.* 10. 33. & *Roman.* 10. 10. evertere intendat meritum & gloriam Martyrii, quod ne Chriſtum ore abnegarent, tot, tantique Confeſſores conſummarunt.

Hi fortaſsis Errones ita ſentire ſimularunt propter perſequutiones acerbiſsimas a Jul. Maximino Imp. ſub an. circ. 240. excitatas, in quas inciderint; quatenus nempe earum terrore perculſi ejuſmodi dogma finxerint, ut ſibi in impia Chriſti abnegatione delicias facerent, & impunitatem adſciſcerent.

V. *Circumcelliones* per ſummam ſacri Martyrii injuriam tenuerunt, eos qui mortem ultroneam patiuntur, verum obire Martyrium, atque adeo Martyrum honoribus ac nomine jure donandos. Impie videlicet conſecrantes quod ſuapte natura crimen atrociſsimum eſt.

VI. *Petilianus*, aut ſi quis alter e ſecta Donatiſtarum, ſubſtinuit, eos, qui pro peccato ſe ſe interimunt, inter Martyres recenſendos eſſe; quandoquidem in ſe puniunt quod ſe dolent commiſiſſe. Verum quid eum jure dixeris Martyrem, ſeu teſtem veritatis, qui non niſi immaniſsimo autocheiriae crimine ſuperaddito admiſſa olim ſcelera purgare intendit. (*r*)

VII. *Detractores indolis & dotum ſacri Martyrii* mihi ſunt, qui praerogativas rejiciunt, quas Sancti ratione Martyrii ſibi vindicant. Videlicet & coeleſtem proxime poſt conſummationem paſsionis beatitatem; & eorum apud Deum interceſsiones erga mortalium negotia in Empyreo; & cultum religioſum ipſorum animis, ſacriſque lipſanis atque imaginibus jure optimo deferendum. Porro haec omnia SS. Martyribus generatim abjudicant & Errones illi, qui juſtorum animis quibuſque ex integro purgatis ſubitaneam illico beatitatem denegant (*s*) et-

(*m*) Lege Acta MM. orient. p. 156. §. *In.* ubi de exſemplo SS. Ebedjeſu, & Abdallaham.

(*n*) Frequentia ſunt ejuſmodi exſempla ap. *Euſeb.* l. 8. de Martyr. Palaeſt. aliaque primorum Martyrum Acta ap. *Bolland.* & *Ruin.*

(*o*) Ex *Tertull.* qui eos acriter perſtrinxit in Scorp. c. 10. ſq.

(*p*) Legito *Epiph.* haer. 19. & *Baron.* ad eum an. n. 2. ſqq.

(*q*) Ap. *Euſeb.* hiſt. l. 6. c. olim 28. ex *Origene* in Pſ. 82. qui hanc haereſim, inquit idem Euſeb. „ ſtatim ut viſa eſt adparuiſſe, reſtinxit. „

(*r*) Plura de auctoribus utriuſque delibati erroris in Prolus. proxima p. 283. ſqq.

(*s*) Eos dedimus *ſupra* ad Tom. IV. a p. 91.

et qui coelitum interceſſiones in empyreum, cultumque ipſis, eorumque reliquiis atque imaginibus rite conſecrandum in terris repudiant (*t*) Ceterum quum Sancti Athletae noſtri ea omnia ſibi unice adſciſcant ex obito Martyrio; huic propterea ex directo quam maxime injurii ſunt qui privilegia indicata Martyribus abrogant.

VIII. *Profani mendaces & fabulatores in ſacrum Martyrium* habendi ſunt & conclamandi, qui eos colunt commendantque ceu Martyres illuſtres, qui tantae dignitatis nomine ac decore praemaxime indigni ſunt; tum eos potiſſimum qui pro tuendo manifeſto antidogmate, vel errore contra fidem acerba ſupplicia, & mortem obſtinatiſſime pertulerunt. Nec enim ejuſmodi actionem prodit ſacra animi fortitudo, ſed temeritas & criminoſa obſtinatio. Quod autem mendacium turpius, & quae inſolentior fabula, quam confingere, illum redimi coelitus Martyrii laurea, qui rejecta ſcienter veritate, errorem propugnat, ſuoque ſanguine & obita morte conteſtatur? aut illum deinceps, qui pro ſancto dogmate tormenta & necem ſubſtineat, orbatus tamen caritate, utpote ſejunctus ab eccleſia catholica, extra quam non eſt ſalus? (*u*)

Haud puſillus quidem eſt horumce nugatorum grex. Nimirum probe norant Acatholicorum ſectae ſuprema & praeclariſsima Martyrii ſacri magnalia, & quanto ſplendore, ac robore veri Martyres Eccleſiam Chriſti catholicam ejuſque ſancta dogmata illuſtrarent & communirent. Idcirco tantam aemulantes gloriam, eaedem ſectae & Martyres ſuis in coetibus fingere, & pſeudomartyres evulgare, immo & interdum falſa conſcribere Martyrologia avidiſsime ſtuduerunt. *Ex maxima* ejuſmodi nebulonum turba perpauci ſaltem inſtar plurium indicandi veniunt. Scilicet

Marcionitae (Auctore *Marcione*, natione Pontico, urbe Synope orto, ad Pontum Euxinum, ſive Hellenopontum ſita in Paphlagonia (*x*) qui Romae ſuos coepit ſpargere errores ad an. circ. 255.) permultis ſe Chriſti Martyribus abundare jactitabant. „ Sed quae eſſe poterit apud eos Martyrii veritas, ubi Chriſtus veritas non eſt? „ quemadmodum eorum jactantiam invicte perſtrinxit *Apollinar.* Epiſc. (*y*)(*)

Montaniſtae, alias *Cataphryges*, *Taſcodrongitae*, *Spirituales*, *Quintilliani* (*z*) parente *Montano*, natione Galata in Phrygia, auſteri, moroſi-

(*t*) Habes eos pariter in cit. Tom. a p. 147.

(*u*) Id quod praeter alios Patres indicavit *Cypr.* epiſt. ad Jubajan. pene ſub fin.

(*x*) Ex *Xenophonte* in Hellenicis.

(*y*) Ap. *Euſeb.* hiſt l. 5. c. 16.

(*z*) De ratione horum cognominum plura Haereſeologi tum noſtrates, tum proteſtantes exteri ex *Euſeb.* hiſt. l. 5. c. 15. & 18. *Theodor.* haer. fab. l. 3. *Aug.* de haereſ. c. 26. *Iſid.* etymol. l. 8. *Niceph.* hiſt. l. 4. c. 22. ſq. *Epiph.* haer. 48. *Philaſtr.* ubi de Cataphrygib.

A D N O T A T I O N E S.

(*) I. Eſt qui cenſuerit ap. *Baelium* in lex. ubi de Marcionitis, ad c. 3. p. m. 1908. hos pro martyribus ſectae eos venditaſſe, qui pro fide aut dogmatis ſectae ſupplicia ſeu mortem pertulerant. Subcurrit tamen illico dubium: quae poteſtas hujuſ-

roſique ingenii homine, ac ſupra omnem modum ſevero humanarum actionum cenſore, ad Seculum II. haec comparate ad ſacrum Martyrium profeſsi ſunt. Putarunt in primis, in perſequutione non eſſe fugiendum, ſed loco ſiſtendum, expectandumque Martyrium, nec quavis occaſione redimendum. (*a*) Et haec quidem poſtmodum Arianis placuit opinio, quod innuit *Athanas*. (*b*) At vero chriſtiani hominis fugam ingruente perſequutione, vel conſilio, vel praecepto adprobaſſe generatim videtur Dominus ex *Matth.* 10. 23. ipſamque divino ſaepe conſonam nutui uſu oſtendit Paullus ex 2. *Cor.* 11. 32 ſq. At de iis mox plura.

Nonnullos itidem e ſecta ſua jactitabant Martyres (*c*) Atque hujuſcemodi quidem Martyres illi ſaltem absdubio erant, de quibus haec tulit cit. *Aug.* „ Sacramenta perhibentur funeſta habere. Nam de infantis anniculi ſanguine, quem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quaſi Euchariſtiam ſuam conficere perhibentur, miſcentes eum farinae, panemque inde facientes: qui puer ſi mortuus fuerit, habetur apud eos pro Martyre; ſin autem vixerit, pro magno ſacerdote. „

Quod autem infantes ex illis plurimi tot interpunctionibus crudeliter dilaniati animam illico eflarent, quis jure ambigat? En itaque ſectae Martyres. Quid vero a ratione veri Martyrii magis alienum effingi poteſt; immo quid in hoc rerum genere magis ſtultum & inſanum comminiſci? Nec iis quidem abſimilia ſunt ferme cetera Montaniſtarum placita. Quocirca non immerito quis dixerit, ejuſmodi novatores Enthuſiaſtis, ac Fanaticis potius eſſe adnumerandos, quam haereticis.

Sed & quemdam cum primis Alexandrum tanquam ſui coetus Martyrem anteſignanum colebant & adorabant. At quis ille Martyr, Deus immortalis! Audi *Apollonium*, enarrantem Martyrium (*d*) „ Judicatus eſt

juſmodi Confeſſores eam ob cauſſam cruciatibus & nece plexerit? Non quidem ethnica, quia eos errores, utpote inter ceteros quoſque orthodoxorum coetus minime communes, nec curabat, nec capiebat. Nec item chriſtiana, quae credi nequit hunc in primaevis ſeculis ante reſtitutam Eccleſiae pacem in haereticos exercuiſſe rigorem; nec illum fortaſſe vulgo conſtituit atque exercuit niſi ſub ſaecula longe poſteriora, adhibitis praeſertim tormentis graviſſimis ſuapte natura mortem proxime inducentibus. At de his mox.

Quod ſi Marcionitae nonnulli propter conſtantem Chriſti confeſſionem ab ethnicis cruciati & interfecti fuerint, non depugnarunt eo agone pro ſecta ſua, ſed pro dogmate omnes inter eccleſiae alumnos communi. Nec propterea ſacro Martyrio coronati ſunt iidem; in quibus nempe nec Chriſtus erat, nec ejus caritas, ad coronam Martyrii modis omnibus neceſſaria.

II. Id ipſum dicendum pariter de ceteris quibuſque heterodoxis & ſchiſmaticis, qui eum quavis aetate jactitent coetus ſui ſanctum Martyrem, qui unum aliquod, ſeu plura verae religionis dogmata, exantlatis etiam cruciatibus, profuſoque ſanguine lubens & conſtans retinuerit. Pro quibuslibet enim id genus Martyribus, minime coronatis, eadem militat, & graviſſimi quidem momenti ratio. Pulcra in hanc rem ex Patribus veteribus collegit cit. *Copus* dial. 6. c. 4. ſq.

(*a*) Lege *Baron.* ad an. 173.

(*b*) In apolog. de fuga ſua edit. vet. col. m. 343. lit. B.

(*c*) Quod adfirmat *Apollinarius* ap. cit. *Euſeb.* hiſt. l. 5. c 16.

(*d*) Ap. cit. *Euſeb.* hiſt. l. 5. c. 18.

eſt apud Aemilium Frontinum Proconſulem Epheſi, non propter nomen Chriſti, ſed propter quaedam latrocinia, nam a Chriſti nomine jam apoſtata exſtiterat. Sed poſt haec ut fideles quidam fratres, qui per illud tempus apud judicem aliquid poterant, pro ipſo intercederent, ſimulavit ſe propter nomen Domini laborare, & per hoc dimittitur. Nec tamen in eccleſia patriae ſuae receptus eſt, ubi latro eſſe ab omnibus noſcebatur. Quod ſi quis forte minus his, quae dicimus adcommodandam exſiſtimat fidem, in archivis publicis apud Epheſum geſta ſervantur, „ De Themiſio itidem, altero illorum martyre praemiſerat ibidem *Apollon.* quod non modo per multam pecuniam vincula depoſuerat, verum etiam in Dominum, ejuſque Apoſtolos & ſanctam eccleſiam impie blasphemarit. Hi ergo venerandi ſectae Martyres. (*) His

ADNOTATIONES.

(*) I. DE epocha ſtultiſſimae haereſeos, quo nempe tempore ex orco eruperit, atque ardentius viguerit, varia eſt Eruditorum ſententia. Sunt enim (at iſti tamen perrari) qui cum *Blondel.* de ſibyl. l. 2. c. 7. & *Ludov. du Four* jamjam adpellando, ei annum adſignent 140.; qui cum *Danaeo* annum 145., qui cum *Baron.* an. 173. qui cum *Chron. Euſeb.* an. 174. qui cum *Platina* an. circ. 181. qui cum aliis annum circ. 204. ſub Zephyrino P.

Sententias quidem video, firma tamen momenta, quibus unuſquiſque ſuam probet, adhuc deſidero. Mihi ex iis quae ferunt adcuratiores de peſtifera ſecta hiſtorici, veri ſimilius haec emerſit, viguitque intra II. Seculum: quo tamen anno? huc uſque incertum: propterea nobis in medio relinquendum. Porro *Euſeb.* hiſt. l. 2. c. 25. inducit Caium Scriptorem veterem adverſus Proclum, qui primarius fuit Montani auditor, diſputantem *cum Zephyrino Epiſcopo romano*, aut fortaſſe *ſub Zephyrino.* Sed inde tamen haud cite colligas, Montanum ſcholam ſuam multo pridem non condidiſſe.

De propagatione, duratione, fatis inſanae ſectae plura alias. Interea recole cit. *Euſeb.* hiſt. l 5. c 13. ſqq. ubi de Montaniſtis. Nec praetereas, ſi licet, *Gotl. VVernsdorffium* in celebri commentatione de Montaniſtis Seculi II. haereticis, edit. Cedani an. 1751. & *Ludov. du Four de Longerue* in diſſ. ſingulari de tempore natae haereſeos Montani, inter poſthumas ejus diſſertationes editam Lipſiae 1750.

II. Placitum illud de turpitudine fugae in perſequutione excepit ſecta ſine dubio a Tertulliano, qui nempe enixis illud viribus promovere adniſus eſt in l. de fuga in perſequutione ad Fabium, quem utique idem Auctor, jam ad partes Montani traductus, contra Eccleſiam exſaravit, *Hieron.* & *Nicephoro* teſtibus. Lege *Pamel.* in argumento & notationib. in eum libr. tum ubi de paradoxis Tertull. n. 20.

III. *Danaeus* ille, romanae eccleſiae famoſus deſertor & conviciator, in cap. 26. Auguſtini de haereſi Cataphrygum, ſeu Montaniſtarum haec habet „ Tertullianus in lib. adverſ. Praxeam, ſcribit, romanum ipſum epiſcopum eam (*haereſim Montaniſtarum*) adprobaſſe, & literis ad alias eccleſias imprimis Phrygios Epiſcopos, datis commendaſſe. „ Eidemque conſentit *Dupin.* de antiq. eccl. diſcipl. diſſ 5. §. 3.

Id illi abque dubio colligdat ex cit. lib. cap. 1. ubi haec Auctor adv. Praxean „ Idem tunc (*Praxeas ex Aſia Romam adveniens ſub Victore P. ex ſententia Pagii proxime laudandi*) Epiſcopum romanum agnoſcentem jam prophetias Montani, Priſcae, Maximillae, & ex ea agnitione pacem eccleſiis Aſiae & Phrygiae inferentem, falſa de ipſis Prophetis & eccleſiis eorum adſeverando, & praeceſſorum ejus auctoritates defendendo, coëgit & literas pacis revocare jam emiſſas & a propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare. „

Ad haec autem verba, ut auctor eſt eorum interpres *Pamel.* iſta conſequitur „ adnotatio marginalis, quae hactenus exſtat in excuſis exemplaribus omnibus: *Epiſcopus romanus montanizat.* „ Ergo ne Danaeo & Du-

Digitized by Google

His praeterea pſeudo-martyres in ſecta ſua confingentibus porro adnumerandi *Novatiani*, ducibus *Novato* Chartaginenſis eccleſiae Presbytero, & primo in ſede Romanorum Pontificum ſchiſmatis auctore, ac *Novatiano* Romano Presbytero, primoque omnium Anti papa in Cornelium P. legitime electum, ad an. circ. 251. vel 254. (*e*) (*)

Eo-

& Dupinio adhibenda fides ?

At minime gentium ea ſententia laudati *Pamelii*; quippe qui ea omnibus excuſis exemplaribus praedictam adnotationem marginalem expungendam jubet; quia enim Tertullianus cit. dixit quidem, Epiſcopum romanum, Victorem puta, qui ſedit ab an. 194. ad 203., agnoviſſe prophetias Montani, Priſcae, Maximillae; *non vero eorum haereſim*. Quin immo & utrumque ex hiſtoriis falſitatis convinci ibidem contendit Pamelius.

Nihilo tamen ſecius tertullianei textus duritie atque obſcuritate abſterriti alii, putarunt, Auctorem epiſcopo romano tunc infenſum, heic impudenti calumnia mentitum eſſe: ſed ab iſto tamen mendacio eum, me judice, invicte excuſat *Rigalt.* interpres in cit. locum.

Alii praeterea exiſtimarunt, Romanum illum Pontificem erraſſe in facto, ut ajunt, deceptum utique a Montaniſtis, qui ſub ſpecie haud vulgaris ſanctimoniae, ceu homines coelitus adflati vitam ducebant; non autem in jure, eorum videlicet haereſim adprobantem. Eruditus denique *Cozza* t. 2. in Auguſtinum de haereſib. ad cap. 4. a p. 80. certo fretus documento, ex literis eccleſiae Lugdun. & Viennens. petito, praeiudicatum Epiſcopum ab omni errore vindicare ſatagit. Anne rem conficit ſuam ? Doctiores viderint. Plura de hoc argumento *Baron.* ad an. 173. a n. 1. & *Pag* ſenior in cit. ibid. §. 3.

IV. Mirum plane quantum Ineptierint Montaniſtae in cudendis, credendis ac pervulgandis vaticiniis tanquam Montano, Priſcillae, Maximillae, aliiſque ſectae alumnis coelitus adceptis. Heinc vero *Blondel.* & *Longerue* proxime citt. adfirmare non dubitarunt, quibuſdam freti conjecturis, ex ea Montani officina prodiiſſe illam oraculorum ſibyllinorum, quam habemus, farraginem. Quod ſi nuperrima & ſingularis haec opinio verum teneat, famoſam dirimit quaeſtionem inter eruditos hucuſqua utrimque agitatiſſimam.

Ceterum, ut alia mittam, ante promulgationem Montani haereſios, anno 145. minime antiquiorem, oracula illa ſibyllina vulgo recepta apud primaevos chriſtianos videntur, plauſuque celebrata; quoniam propterea Celſus ille Epicureus, qui ſub Hadriano contra ſacram religionem ſcribebat, noſtros contemtim *Sibylliſtas* vocavit ap. *Origen.* l. 5. contra Celſ. n. 61. Tum *Juſtin.* ſub eodem Hadriano florens, in paraeneſi ad Graecos de eiſdem oraculis ceu genuinis ſibyllarum veterum foetibus loquutus eſt.

Sed & poſt vulgatam, propagatamque ſcholae Montani peſtem, eandem cum Juſtino ſententiam tenuiſſe feruntur *Clem.* Al. in protr. & l. 1. ſtrom. *Lactant.* de falſa relig. l. 1. c. 6. *Hieron.* l. 2. contra Jovin. *Auguſt.* contra Fauſt. l. 13. c. 15. & alias, *Iſidor.* etymol. l. 8. c. 8.

Jam quis adfirmare auſit, nullum ex iis acutiſſimis Patribus, nullumque in hac opinione ipſorum adſectatorem, fraudem Montaniſtarum uſpiam olfeciſſe ac publicaſſe: quod nempe illi praememorata oracula In ſua pſeudo-vaticiniorum officina cudiſſent, & pro ſibyllinis vetuſtiſſimis venditaſſent ?

Anne vero ea oracula, prout ea aliis utcumque fontibus circumferri conſueverunt, genuina ſint, aut ſubdititia, nihil modo definimus. Erit autem definitioni locus in prolixiore diſſertatione ad Partem IV. noſtrae Theolog. ubi de Chriſto Meſſia divinis oraculis praenuntiato.

(*e*) De utriuſque haereſiarchae ſceleribus, ſchiſmate, erroribus, ſatis plura *Cypr.* epiſt. 49. ad Cornelium & 52. ad Antonianum, *Cornel.* P. ep ad Fabium Antioch. ap. Euſeb. hiſt. l. 6. c. olim 33. *Niceph.* hiſt. l. 6. c. 3. ac vulgo *Haereſeologi* ubi de Novatianis, quos *Catharos* etiam vocavit *Aug.* de haereſ. c. 38.

ADNOTATIONES.

(*) I. Semel iterumque hallucinatum doleas *Danaeum* in expoſitione S. Auguſtini de haereſ. c. 38. de Novatianis. Primum quidem ubi alios jure corripit,

quod

Digitized by Google

Eodem itidem jure adcenſendi veniunt *Ariani*, qui nequiſsimum illum Gregorium Arianiſmi primipilum, & eccleſiae Alexandrinae pſeudo epiſcopum gentilium furore diſcerptum & ignibus traditum ſectae ſuae martyrem adclamarunt (*f*) Tum *Circumcelliones*, crudelis altera Donatiſtarum factio. (*g*) *Martyriani*, e Maſſalianorum ſecta, vel ejuſdem ſurculus, aut factio aemula, qui hoc ſibi nomen adſciverunt, quod eos colerent, hymniſque laudarent ceu martyres e factione, quos ob cultum idolorum chriſtiana poteſtas morti tradiderat. Erupiſſe fertur haec putida haereſis ſub tempora Conſtantii Imp. (*h*) (*)

Nec

quod Novatum cum Novatiano immerito confundant, quum Novatus Afer haereſeos auctor fuerit, Novatianus autem Romanus adſertor, uti poſt alios recte obſervat *Pamel.* interpres Rufini expoſit. in ſymbol. Apoſt. n. 169., idem foedum in errorem prolabitur, adfirmans utique Novatum a Cornelio Epiſcopo Romano eccleſiae Praesbyterum creatum eſſe. Certo quippe conſtat ex epiſtolis *Cyprian.* & ex chron. *Euſeb.* ad an. 255., Novatum Romam veniſſe jam *Presbyterum Cypriani*, hoc eſt vel a Sancto initiatum, vel pertinentem ad ejus eccleſiam, vel dioeceſim.

Errat deinde acatholicus quum inter alios Novatianorum errores illud reponit, quod recte profitebantur, ſacrum dogma de ſalutari bonorum operum merito: quod & ipſi inter recitandum aliarum haereſium placita ſatis frequens & ſollemne eſt. Sed enim vehementiore riſu & contemtu digna ſunt quae heic ſubdit lepidiſſimus auctor. Eum audi „ Recepta tamen eſt haec haereſis (*Novatianorum*) & repetita, interpolato nomine a Pelagianis: deinde a Papiſtis retenta; quia omnes hi meritum operum noſtrorum defendunt „ Haec inſolens nebulo.

II. Anne iidem Novatores inter alios martyres ſectae, quae olim nimium propagata eſt, diuque perduravit, Novatianum quoque ſuum celebraverint? Utique faſtuoſi celebrarunt. Et *Nicephor.* quidem hiſtor. l. 11. c. 14. differens de Novatiano, quem more Graecorum Novatum inepte vocat, in hunc modum ſcribit „ Hic poſtmodum ſub Valeriano Principe, qui perſequutionem adverſus chriſtianos concitaverat, Martyrio vitam finiit. „

Quin immo Sympronianus ſectae alumnus addebat, Novatianum in martyrio ſubeundo Cyprianum adverſarium ſuum, an. 261. martyrio functum, praeceſſiſſe, adlegatis ejuſdem Cypriani verbis, *praeceſſit me adverſarius meus*. Sympronianum tamen diſerte redarguit *Pacian.* epiſt. 2. ad ipſum in haec verba „ Quod ante paſſum Novatianum putas, & Cyprianum dixiſſe ſubjungis, *praeceſſit me adverſarius meus*, vide quam manifeſte reſpondeam: Novatianus Martyrium nunquam tulit; nec ex verbis Cypriani auditum iſtud aut lectum eſt. Habes ejus epiſtolas. „ Rem contra tripudia ſectae videtur concludere S. Praeſul Barcinonenſis.

Nihilo tamen ſecius eſto Novatianus in perſequutione Chriſti cruentam obierit mortem; quum autem de reſipiſcentia, qua ad Eccleſiam Chriſti redierit, minime conſtet, dicendum porro, eum non verum, ſed pſeudo-martyrium ſubiiſſe; quippe extra Eccleſiam Chriſti nulla ſalus: id quod pluribus poſtmodum confirmabimus. Idcirco Novatiani non niſi pſeudo-martyrem praedicare poſſent ducem ſuum.

(*f*) Ex *Epiph.* haer. 70.

(*g*) Eos *ſupra* in hanc rem praenotavimus in Proluſione proxima p. 383.

(*h*) Lege *Epiph.* haer. 80. n. 2.

ADNOTATIONES.

(*) I. Dubia quidem ſunt quae de hac haereſi traduntur, & num ejus alumni gentiles fuerint, aut ſemichriſtiani, aut veri quidem chriſtiani. At propter congruentiam erroris cum argumento noſtro, heic illos cum haereticis commiſcendos duximus.

II. *Danaeus* in cap. 57. S. Auguſtini de haereſ. ubi de Maſſalianis, hanc tradit de etymologia nominis *Martyriani* eruditionis ergo ſententiam. Maſſaliani nuncupantur etiam „ Martyriani, quod quemdam ex ſuis a duce militum Lupiciano neca-

Nec ab iis demum ſejungendi *Priſcillianiſtae* alias producti, qui *Priſcillianum* auctorem ſuum ob graviſſima, quae faſſus eſt ſcelera, haereſibus commixta, ab Evodio Praefecto Praetorio, juſſu Maximi Imp. ſeu tyranni, ad an. circ. 388. Treviris capite detruncatum, una cum Latroniano, aliis Matroniano, Feliciſſimo, Armenio, Juliano, Euchrotia, Delphidii rhetoris conjuge, ſociis & doctrinae adſeclis, tanquam illuſtres Martyres impenſe coluerunt ac depraedicarunt. Quam ob cauſſam eorum, aut ſaltem detruncati parentis & Latroniani lipſana ad Hiſpaniam uſque, reverenter condenda, laudibuſque commendanda, magnifica pompa, ſub eximiae pietatis ſpecie tranſvexerunt. (*i*) (*)

catum colunt, tanquam Dei, chriſtianaeque fidei martyrem. „

Sed hanc tamen eruditionem ſub hiſce mediis vocibus contractam nullo nobili, quod plane optarem, documento teſtatam reliquit. Epiphanius quippe, a quo uno, quod ſciam, hos novimus Martyrianos, ait duntaxat, Lupicianum, ſua opinione, unum ex iis fuiſſe, qui ejuſmodi factionis homines vexarunt.

Potiori quidem jure *Baronio* credideris, qui in diſſ. praev. ad martyr. rom. c. 10. haec de etymo diſſerit, loquens de Euphemitis „ qui ob multitudinem ſuorum pſeudomartyrum, Martyrianos ſe ipſos cognominarunt. „ Id porro ad narrationem Epiphanii, factioni aequalis, magis accedit; ſed eidem nihilominus ad unguem conſonam non dixero. Quia enim hoc ex cit. Epiph. etymon „ Martyrianos adpellari ſe volunt, propter illos videlicet (*e ſua factione*) qui ob idolorum cultum martyrium fecerant. „

(*i*) Haec diſtribute diſcimus ex *Sulp. Severo* hiſt. l.2. c.51. edit. noviſſimae, ex *Proſp.* in chron. ad an. 388. ex *Aug.* l. contra mendac. ad Conſent. c.5. ex Act. vel excerptis *C. Toletani* vulgo 1. de an. 400. contra ſectam Priſcillianiſtar. prae primis coacti ap. Aguirr. in collect. CC. Hiſpan. t. 2. p. 138. ex *Jo. Vaſaeo* in chron. Hiſpan. ad annos 382. & 388. ap. Hiſpaniam illuſtratam t. 1. p. 655. ſq. ex *Jo. Mariana* hiſt. Hiſpan. ad an. 383. c. 40. *Nicol. Anton.* biblioth. vet. hiſp. l. 2. c. 5. a n. 122. & p. 129. ſqq.

A D N O T A T I O N E S.

(*) I. Quid monſtro ſimile dixeris, & portentum intolerandum, quod plures cum *Vaſaeo* cit. & *Caveo* ad ſec. xv. an. 1470. in *Petro de Natalibus*, Venetis, primum Parocho SS. Apoſtolorum in dioeceſi Caſtellanenſi, deinde Epiſc. Echilino Gradenſis provinciae jure carpunt & horrent. Hic enim in ſuo Sanctorum catalogo, cui teſte cit. *Cav.* ultimam manum adhibuit an. 1482., ad l. 11. de ſanctis quorum certa dies celebritatis ignoratur, reponit ceu veros Martyres, qui pro defenſione fidei occubuerunt, Latronianum, quem imperite vocat Latrocinianum, & Priſcillianum, quem nec magis quidem perite Bapillae Epiſcopum nuncupabat: illum videlicet ad cap. 89., hunc vero ad c. 125.

Quin etiam utrobique ſubjicit, ea ex S. Hieronymo in lib. de vir. ill. depromſiſſe. Teſtatus quippe eſt in praefatione operis, nihil de penu ſuo dicturum, ſed illa tantum, quae ex viris maximae auctoritatis excepiſſet.

Ceterum nihil tale Hieronymus cit. in ulla editione ex plurimis, quas percurrimus & veteres & recentes & recentiſſimas. Apud omnes itaque editiones in cit. libro ad c. 121. ſq. ubi de utroque haeretico verba facit, eorum duntaxat ſcripta aliqua cum laude refert; ac de Priſcilliano haec addit Hieronymus „ hic uſque hodie a nonnullis gnoſticae, id eſt Baſilidis & Marci (alias *Marcionis*) de quibus Irenaeus ſcripſit, haereſeos adcuſatur, defendentibus aliis, non ita eum ſenſiſſe ut arguitur. „

Quin immo idem de Priſcilliano ſuum profert judicium in prologo ad dial. contra Pelagian. ſub init. ubi illum inter haereti-

IX. *Pſeudo-Martyrologi recentiores* ii vulgo exſiſtimantur & merito dicuntur (*k*) qui aut ſectae ſuae, aut aliarum quoque ſectarum homines, propter impiam & pertinacem erroris defenſionem ſupplicia & mortem perpeſſos, ceu martyres claros depraedicant; aut etiam eorumdem pſeudomartyrologia, tanquam eximios Martyrum faſtos cudere, atque recudere non dubitant.

Porro in ore & ſcriptis quorumcumque haereticorum, quotquot illi ſunt a poteſtate catholica gravioribus adfecti ſuppliciis, exſiliis, probris, necibus; totidem repereris martyres, aut veritatis confeſſores. Notum eruditis eſt, hujuſcemodi reos haud numero pauciores ſupplicia, neceſque id genus in variis terrarum orbis provinciis frequentiſſime pertuliſſe, ad ſecula praeſertim aevi medii, aetati noſtrae viciniora. Ut puta ex *Catharis recentioribus* in Italia, ex *Wicleſitis* & *Lollardis* in Anglia; ex *Huſſitis* in Synodo Conſtantienſi, & in Bohemia; ex *Albigenſibus* in tractu Toloſano; ex *Waldenſibus antiquis* in Lugdunenſi; ex *Waldenſibus junioribus* in Pedemontano; ex *Anabaptiſtis* in Belgio; ex *Luthericis* in Germania; ex *Calvinianis* in Galliis &c. Ut mittam ex grege *Judaeorum* ingenti numero plures in Hiſpaniis. Eos igitur ceteri eorundem errorum pertinaciter defenſorum ſectatores ceu ſacerrimos Martyres vulgo coluerunt & commendarunt.

Sic enim e.c. *Jo.Legerus* (*l*) quam multos id genus Martyres utriuſque ſexus e ſecta ſua concelebrat; e. g. Jordanem Tertianum, Hippoly-

ticos cum Manichaeo, Joviniano, aliiſque connumerat. Ac decurſu dialog. haec ſubjicit „ quid loquar de Priſcilliano, qui & ſeculi gladio & totius orbis auctoritate damnatus eſt? Minime itaque Hieronymo Martyr Priſcillianus, aut Martyrologio dignus.

Ergo ne, reponis, bonus ille vir Petrus de Natalib., eſto alias nullius apud ſapientes auctoritatis, credendus eſt doloſe ac fraudulenter rem geſſiſſe, utpote falſo Hieronymi teſtimonio abuſus? At mitius ego putaverim, vel ea excepiſſe ex aliquo veteri mſ. ſubdititio, a Priſcillianiſta nonnemine depravato, vel dormitantem, ſive aliud cogitantem, aut memoria lapſum conſcripſiſſe.

Ut ut autem res fuerit, acerrime caſtigandus Petrus, quod haereticos turpiſſimos ab eccleſia univerſa proſcriptos, nulla veri ſimili auctoritate nixus, ſanctorum albo Martyrum, cultuique intrudat; quo & ſanctam eccleſiam, & ſacrum Martyrium ingenti adficit dedecore, ſummaque injuria. Immo, me judice, rem magnam fecerit, qui citata Petri loca auctoritate *publica* protinus expungenda curaverit.

II. *Hieronymus de Prato*, Cl. Editor ac Interpres Sulp. Severi, ad t. 2. l. 2. p. 268. ſcripſit „ notare Sigonium ex Jo. Vaſaeo, Priſcillianum adhuc in quibuſdam martyrologiis tanquam martyrem recenſeri. Fieri quidem potuit, olim quum vigeret adhuc in Hiſpania factio *Priſcilliani* proxime poſt ejus interitum, ſcripſiſſe factionem martyrologia, quae Priſcillianum ſuum indigitarent Martyrem; de quibus tamen apud Hiſtoricos illorum temporum nulla, quod ſciam, mentio.

Adducta tamen verba ſonant, quod teſte Vaſaeo, hujus *ad huc* aetate martyrologia exſtarent, Priſcillianum Martyrem adnotantia. Sed Vaſaeus in locis proxime citt. ubi de rebus Priſcillianum, ejuſque ſectam ſpectantibus pertractat, nihil tale de hujuſmodi Martyrologiis, vel ne per umbram quidem innuere deprehenditur. Ergo ne Sigonium, cujus locum a cit. editore exſcriptum optarem, coarguere videamur, rem in medium relinquamus oportet.

(*k*) Cum *Alano Copo* dial. 6. c. 1. & *Baron.* proxime laud.

(*l*) Saepe adlegatus, in hiſt. eccleſ. V.Valdens. Pedemont. l. 2.

lytum Rouſſer, Hugonem Camp. de Feneſtrelles &c. (*m*) plures itidem anno uno 1655. ſimili profana morte a catholica poteſtate conſumtos (*n*) quin etiam ex iiſdem perplurium virorum, & mulierum paſſiones, horribiles quidem & cruentiſſimas tradit depictas (*o*) multis interea probare contendens, eos propter veram fidem (videlicet ſectae ſuae) paſſos eſſe & extinctos.

Sic *Auctor Huſſita* operis in duo magna volumina tributi ſub titulo „ *Hiſtoria & monumenta Joannis Hus atque Hieronymi Pragenſis Confeſſorum Chriſti*, edit. an. 1715. hos ſuos heroes tanquam Chriſti Confeſſores & Martyres commendat & ad ſidera tollit; nec alio ferme nomine in toto uſpiam opere indigitantur. Et haec quidem vox, laus, cultus Huſſitarum omnium.

Sic *Jo. Georg. Walchius* (*p*) Waltherum Lollardi, ſectae ſui nominis auctorem, aliosque plures ejuſdem adſectatores ceu Martyres ſacratiſſimos evehit; quandoquidem, ait, *coelitum, rogo impoſiti, cruore ſuo firmarunt veritatem*. Ita iniquus hic Lollardorum inſanientium vindex, nobis alias notatus, pertinaciam in erroribus, Deo ingratiſſimam, nuncupat & laudat; ac ſibi quaſi ſuffragantem ſubjicere videtur Arminianum *Limborchium* (*q*) Et Waltherus quidem Coloniae an. 1322. quum pervicaciſſima obſtinatione in errore perſiſteret, non autem *eximia conſtantia in veritate*, ut ibidem finxit Walchius, flammis miſerrime addictus eſt.

Quid autem ſingulos quoſque in hoc rerum genere, aut vocibus, aut ſcriptis pſeudo-martyrologos, numero pene infinitos, ſingillatim recenſere pergam?

Unum pro cunctis fama loquatur opus.

Illud nimirum prae caeteris quibuſque nobis aperte notis famoſum *Joan. Foxi*, alias *Vulpi*, gente Anglicani, Martyrologium, quod nempe is ſuae hiſtoriae, praenotatae *Acta & monumenta*, faciem ubique & ſtilum Martyrologii romani referens, interſeruit in obſequium quarumlibet pene recentium factionum heterodoxarum, ſimulque in contemtum romanae eccleſiae.

Grande profecto nimis nequitiae ac ſtupiditatis portentum! Videris enim in illis tabulis ſub ſingulis quibuſque menſibus, praeter alios ejuſdem furfuris Confeſſores, ut puta Lutherum, Wiclefum &c., complures inſcriptos, ac peculiari interdum rubrica notatos *Martyres* & Albigenſes, & Wicleſicas, & Lollardos, & Anabaptiſtas, & Huſſitas, & Taboritas, & Luthericos, & Calviniſtas, & Puritanos; Epiſcopos, Reges, Reginas, virgines, milites, magiſtratus; alias utriuſque ſexus, & cujuſque conditionis perſonas: & ex iis quidem haud raros, furtis publicis, blaſphemiis, adulteriis, rebellione in Reges, vel in patriam coinquinatos, propterea auctoritate publica tormentis & ex-

(*m*) Ad l. 2. p 7.
(*n*) Ibid. p. 81.
(*o*) In eodem l. 2. a p. 116.
(*p*) In Miſcell. ſacr. l. 3. exercit. 5. § 21.
(*q*) In hiſt. Inquiſit. l. 1. c. 18. p. 65.

tremo ſupplicio plexos. Hoc itaque pſeudo-martyrologium foxianum, quo nihil plane ineptius, pluſque ſacro Martyrio injurium excogitare poſſit humana mens. (*r*) (*)

De

(*r*) Illud acriter confutavit Foxi conterraneus ille celeberrimus *Alanus Copus* in dia l. 6. contra Martyrologos; acrius vero & ex inſtituto Anglus alter Clariſſ. vir Pater *Robertus Perſonius*, Socius olim & Superior venerandi Martyris Campiani in prima Miſſione Anglicana, fato functus an. 1610. 15. Apr. in t. a. & 3. commentarii de tribus Angliae converſionibus ex paganiſmo ad chriſtianam religionem, ex anglico italice verſi a *Franc. Joſ. Morellio* Presb. Florentino.

ADNOTATIO.

(*) Pſeudo-martyrologi fere iidem hucuſque notati, ubi ſuos collaudant pſeudo-martyres, & nobiſcum inſimul catholicis nonnulla vehementer exſpoſtulant.

Principio enim cit. *Leger.* vehementer dolens conqueritur de inhumanitate ſaevitiae, qua noſtrates olim martyres ſuos VValdenſes pedemontanos tormentis ſubjecerunt; quocirca ut in iſtos lectoris ſui commiſerationem, & in noſtros horrorem ingerat, atrociores eis inflictos cruciatus tabulis aeneis exſcalptos perhibet; & eos quidem, quibus in quodam genere pares apud gentiles erga veros Martyres noſtros haud facile reperias. Unde catholicos obſcoenitate atque ſaevitie paganorum barbariem tum ſuperaſſe fatendum videtur.

Ceterum ejus noſtratium ſeveritatis in cauſſa fuit pertinaciſſima uſquequaque VValdenſium in errore obſtinatio, quae videlicet nec ſuaſionibus, nec minis, nec blanditiis, nec alia quapiam agendi ratione frangi poterat, ut in viam ſalutis redirent impii. Suas itaque in odium & vindictam tantae haereſeos jure quam optimo luerunt poenas.

Obſcaenam crudelitatem, fateor, illa ſapit ratio agendi cum mulieribus, nudis videlicet palam expoſitis, ferroque pudendis immiſſo tranſverberatis & interfectis. At induci tamen nequeo ut putem, feriuam ejuſmodi ſententiam a judice noſtrate legitimo prodiiſſe; immo potius ab obſcoenis, ſaeviſque lictoribus, aut militibus, quibus exſequutio poenarum, jure decretarum in reos pertinaciſſimos demandata eſt. Nemo ſiquidem neſcit, ſententiae exſequutores in eventibus id genus, praeſertim quum res tumultuarie agitur, praecepta judicum pro nutu ſuo praetergredi. Quod autem unius aut alterius ſcelus eſt, toti catholicae genti non niſi per ſummum nefas adjudicaveris.

Propugnant ipſi praeterea, eorum, quos auctoritas noſtratum pro defenſione erroris tormentis, necique tradidit, verum Martyrium; quoniam, inquiunt, non illi obſtinati pro errore, ſed pie conſtantes pro certa veritate decertarunt: e. c. VViclefitae abjicientes auctoritatem eccleſiae catholicae; VValdenſes Sacrificium Miſſae; Lutherici plura Sacramenta, praeter baptiſmum & ſacram Coenam; Calviniani veram Chriſti exſiſtentiam ſub elementis eucharíſticis &c. Verum ſatis ſuperque demonſtrarunt Polemici noſtri, illorum ejuſmodi refutationes, atque alias quas, & ipſi profitentur atque profuſione ſanguinis teſtificantur, immaniſſimos errores eſſe contra fidem. Teſtes itaque id genus ceu pſeudo-martyres jure vapulant.

Alii denique, ut brevitatis ſtudio plura mittam, ut ſummae inclementiae & iniquitatis inſimulent tormenta & neces, quibus Eccleſiae noſtrae auctoritas martyres ſuos haereticos adfecit, ad eam provocant opinionem, in Scholis eorum ſatis receptam cum *Otone Brunfelſio* Lutherico in pandect. S. Script. l. 4 ubi de haeret. non comburendis; quod nempe haeretici comburendi non ſint, immo potius rationibus convincendi. At bene eſt: convincendi ſint. Si vero convinci nequeant, inultum ſit, oportet, tantum nefas, tantumque iniquitatis exemplar, vidente, nec renuente Chriſti eccleſia, & in ejuſdem perniciem debacchetur, ſuumque inficiat & devaſtet gregem!

Tolerandi ſunt, inquiunt, & cohortationibus, miniſque coërcendi tanquam matris piiſſimae filii. Haec enim agendi ratio per extrema ſupplicia cum haereticis recens eſt in Eccleſia Chriſti, nec antiquior videtur aetate Albigenſium; in quos utique Inquiſitionis tribunal tum erectum horrendum in modum deſaeviit. Ce-

Digitized by Google

De erroribus hactenus. Saniorem explanaturi doctrinam laetiores feſtinamus.

Ceterum longe antiquior mihi eſt ejuſmodi punitionis uſus in eccleſia Chriſti. Habemus etenim ex *Gregorii* M. verbis l. 1. c. 4. dialogorum, quos eidem Pontifici ſatis abunde vindicavit *Petr. Guſſanvillaeus*, quod Baſilius quidam veneficus „ qui in magicis operibus primus fuit, in hac romana Urbe, exſardeſcente zelo romani populi, igne crematus eſt. „

Sed & ab aetate vetuſtiore diſcimus ex *Act.* Conc. Chalcedonenſ. actione 1. quod Dioſcorus Alexandriae Epiſcopus, quum ageretur in eo conſeſſu de erroribus Eutychetis, hanc protulit ſententiam „ Si Eutyches praeter dogmata eccleſiae ſapit, non ſolum poena dignus eſt, ſed & igne. „ Ergo vel tum temporis in uſu erat poena ignis in haereticos, vel ea ſaltem dignum putavit Dioſcorus Eutychetem haereticum.

Novimus denique ex nuper adlatis art. VII. ſub fin. ad an. circ. 383. Priſcillianum haereſiarchem deprehenſum cum aliquot ejuſdem adſeclis capite fuiſſe truncatum juſſu Maximi Imp. ſeu tyranni catholici.

Veram denique ſententiam de juſta haereticorum punitione uſque ad extrema ſupplicia, & exemplo idem Calvinus probavit, dum Genevae Servetum propter ſuas haereſes vivicomburio tradendum enixe curavit; & ſcriptis vulgo Theologi poſt *Tho.* 2. 2. q. 10. a. 8. nervoſe confirmarunt cum *Caſtro* in comment. de juſta haereticor. punit. praeſertim l. 2. c. 12. *Lauraea* in 3. l. ſent. t. 3. d. 15. art. 1. quibus adcedit *Theodor. Beza* tr. de haeret. a Magiſtratu puniendis: iiſque omnibus diu, priore ſententia revocata, praeluxerat *Aug.* ep. 93. al. 48. c. 5. n. 17. Maneat itaque juſte Catholicos in haereticos pertinaces animadvertiſſe, eoſdemque ſectas ſuas ſanctorum Martyrum faſtis iniquiſſime adſcripſiſſe.

---

285 QUAESTIO I. Quae ſacri Martyrii notio? Μαρτύριον graece, latine ſonat *Teſtimonium*. *Confeſſionem*, *Teſtificationem*: unde Μάρτυρ QUAESTIONES DOGM. SCHOL.
idem eſt ac *Teſtis* & *Confeſſor*. Placuit autem & latinae eccleſiae jam ab initio martyriorum eos, qui ſuppliciis & morte ſublatis Chriſtum confitentur ac teſtificantur, Martyres nuncupare. ADSERO I. Martyrium generatim in vulgari adceptione eſt perpeſſio mortis in teſtificationem fidei, aut alterius ſupernae virtutis. Eruitur ex choro *veterum Patrum* (s) II. Mors haec, quae vulgo Martyrium nuncupatur, potius eſt hujus materia; quia enim actio Martyrii ad ſenſum communiorem adcepti, merens utique re apte gratiam & gloriam, elicienda eſt ante momentum, quo mors intervenit. Quocirca adſertam mortis perpeſſionem ſeu tolerantiam intelligas oportet de morte proxime impendente, quae libere toleretur. Alioqui Martyrem veritatis teſtem liberum; ac ſubinde gratum Deo, & Eccleſiae perhonorificum quis jure dixerit? Heinc

286 III. Ad rationem vulgaris Martyrii duae ſint perſonae oportet; & tyrannus vel perſequutor, qui mortem infligat ex odio catholicae religionis, aut fidei, vel alterius virtutis ſupernae: & qui deinde ſuperno adflatus auxilio, ac divina intentione permotus, mortem conſtans & lubens perferat. Nec iis porro, qui ſacro, ut pie creditur, adſpi-

(s) Cum *Tertull.* l. ad Martyras, c. 1. ſqq. *Orig.* in Joan. c. 1. 7. *Cypr.* de laude Martyrii & ſaepe alias.

ſpirante Numine, in mortem aut mortis manifeſtum periculum ſponte proruunt, ut puta S. Apolloniae, quae flammis devorandam ſe met injecit, & aliis; tyrannus defuit; talis quippe vulgo reputatur qui Sanctis occaſionem ad ea facinora ſubminiſtravit. (*t*)

OBJECTIONES.

287 Obj. Doctrina expoſita non ſibi conſtat. Nam 1.° Chriſtus Dominus per paſſionem & cruentam mortem fuit vere Martyr, immo Rex Martyrum ex vulgatiſſima & certa ſeutentia *Patrum*(*u*) & *Theologorum*(*uu*) atqui paſſus & mortuus non eſt ob defenſionem ſupernae alicujus virtutis, aut in ejus odium, ſed quoniam ſeditioſus in Principem, & blaſphemus in Deum Phariſaeis creditus eſt. 2.° Diva Parens vere Martyr & Regina Martyrum praedicatur (*x*) at defuit tyrannus, qui ei mortem, aut lethales plagas infligeret. 3.° Joannes Baptiſta Praecurſor Domini eccleſiae univerſae clariſſimus Martyr habetur; atqui non alio titulo Herodis juſſu vinctus eſt & extinctus, quam ex privato odio Herodiae adulterae. 4.° qui peſte infectis inſervientes occumbunt, vere Martyres ſunt ex *Raynau.* (*y*) ac tenere videtur Eccleſia ex Martyrologio romano ad d. 28. Febr., at in ejuſmodi martyrio tyrannus abeſt.

288 ℟. *N. Adſ.* Ad 1. prob: Chriſtus Martyr eo praecipue titulo, quia ob traditas pleraſque veritates morales & dogmaticas, virtutumque operationes prout divinitus praeſcriptas, Phariſaeorum, aliorumque perditiſſimorum e gente hebraea hominum ſaevum odium incurrit; quapropter tormentis & morte crucis iniquiſſime plexus eſt. (*z*) Ad 2: Diva Parens, nullo utique externo cruciatu adfecta, Martyr duntaxat per quamdam veri Martyrii ſimilitudinem: quod veri ſimilius tenent alii (*a*).

289 Ad 3: Praecurſor ſanctiſſimus vere Martyr, quoniam dum Herodem adulterum animoſe corripuit, pro jure matrimonii & caſtitate conjugali certavit; teſtatus utique, iniquum quid & injuſtum eſſe adulterium: quae plane veritas dogmatica eſt. (*b*) Ad 4: ejuſmodi Martyrium probabilius verum non eſt ac proprium Martyrium, ſed me-

(*t*) Conf. *Tho.* 2. 2. q. 124. a. 1. *Raynaud.* tr. de Martyrio per peſtem par. 2. c. 1. *Capiſuch.* in diſputt. ſel. tr. de Martyrio §. 12. & 16. *Arriag* heic d. 51. a n. 50. *Cajetan.* in Thom. cit. contra Martin. de Magiſtris, *Leſſ.* heic ubi de fortitudine, l. 3. c. 1.

(*u*) Cum *Orig.* tom. 9. in Joan. ad illud *ecce Agnus Dei*, nec non *Chryſoſt.* ac *Theodor.* in 1. Tim. 2. ad illud *Chriſtus dedit teſtimonium*, graece Μάρτυριον, *Naz.* orat. 18. *Aug.* in pſ. 65. *Damaſc.* l. 4. de fi. c 10.

(*uu*) Cum *Th.* in 4. d 49. q. 5 a. 5. O. &c.

(*x*) Ex *Richar. Gabr. Viguer.* ap. & cum *Caſtellino* in adpend. ad tr. de inquiſit. miſſae, in canoniz. SS. MM. quibus alii conſentiunt cum *Riccardio, Henriq Suar.* ap. *Capiſuch.* in tr. de Martyrio §. 3.

(*y*) Ad tom. 18. oper. tr. de Martyrio per peſtem, ubi rem pluribus demonſtrare contendit; conſentiente *Jo. de Ardrada* in apol. pro vero & proprio martyrio per peſtem.

(*z*) Conf. *Nicet.* in orat. c 8. Nazianz. & *Elias Cret.* in orat. ejuſdem 3.

(*a*) Cum *Abul.* in Matt. 13. q. 22. *Salas* in 1. 2. d. 8. s. 3. *Salmant.* in 1. 2. tr. 9. d. 3. *Soto* in 4. diſt. 49. q. 5 ar. 2. *Capiſuch.* cit. poſt *Thom.* in 4. d. 49. quaeſtiunc. 5. ad 4.

(*b*) Adeundi *Abul.* in Matth. 14. q 42. & *Suar.* in 3. p. d. 24. s. 6. §. *Poſtremo*.

metaphoricum, improprium, & per ſimilitudinem ad verum: quod conſtat aperte ex *Cypr.* (*c*) & conſentiunt vulgo *TT.* (*d*) Neque dici poteſt Eccleſia eos uſpiam ceu Martyres coluiſſe, qui in miniſterio erga laborantes peſte occubuerunt. (*e*)

290 QUAESTIO II. Quae Martyrii partitio? ADSERO. Multiplex eſt. Partitur 1.° in vetus, quod Sancti veteris foederis pertulerunt, ut puta Iſaias, Hieremias, Machabaei, Innocentes pueri; & novum, quod novi foederis viri & feminae, e.c. Apoſtoli, Stephanus, Ignatius, Symphoroſa, aliique pene abſque numero. Partitionem hanc nobis dictavit *Methodius*, inquiens (*f*) „ duplex porro Martyrum genus eſt. Alterum enim ad novum Teſtamentum, alterum ad vetus pertinet. „ In lege quidem multos vere Martyres agnovit *Origen.* (*g*) Nec eſt plane quod te ulla moretur difficultas erga vetus Martyrium virorum illuſtrium, quos tanquam vere Martyres colunt, commendantque novae eccleſiae faſti, ſi ea ſerio perpendas, quae de hoc argumento *ſupra* praemiſimus. (*h*)

291 Partitur 2.° in Martyrium parvulorum & adultorum; quorum nempe primum ſubierunt parvuli rationis expertes in odium fidei, aut verae religionis, aut cujuſquam ſupernae virtutis a perſequutore interemti, e.c. Innocentes pueri, qui dicuntur *flores Martyrum*, S. Quirycus trimus (*i*) S. Simeon 30. menſes natus (*k*) alii: alterum vero pertulerunt adulti omnes, qui expreſſo animo tormenta lethalia, aut mortem ſubierunt pro Chriſto.

292 Partitur 3.° in Martyrium Confeſſorum, quales ipſe eos intelligo, qui preciſe Chriſtum confeſſi ſunt ac teſtificati coram tyranno, quin hujus promiſſis aut minis ut illum ejurarent ullo pacto adquieverint; id enim potiſſime importat Martyrii & Martyris magnum nomen: & Deſignatorum, quo titulo *Tertull.* (*l*) fideles ſalutat in vinculis pacifice conſtitutos, qui nondum Martyrium tulerant, ſeu fecerant, ut alicubi loquitur *Cypr.*, ſed ad illud deſignati erant, ipſumque prope diem venturum ſummis exſpectabant votis. Sumta videlicet illuſtri metaphora Tertulliano ab electis Magiſtratibus romanis, qui quum eligerentur, *deſignati* dicebantur. (*m*) Quin etiam *Cypr.* ejuſmodi deſignatos Martyris nomine & laude dignos putavit (*n*).

293 Par-

(*c*) L. de mortalit.

(*d*) Cum pleriſque omnibus ex inſtituto agentibus de ſacro Martyrio contra Rayn. & Andrad.

(*e*) Ex iis quae hac de re *ſupra* praemiſimus ad Tom. IV. p. 283. in Obſerv. quae recolere ne pigeat.

(*f*) Ap. *Epiph.* qui eum exſcripſit haereſi contra Origeniſtas 64 §. 48.

(*g*) L. 4. in epiſt. ad Rom. c. 5.

(*h*) Ad Tom. V. p. 318. ſqq.

(*i*) Eum *ſupra* commemoravimus ad Tom. V. in Adpend. praefixa p. xxiv.

(*k*) Ejus hiſt. crucifixionis ſcelus, Tridenti an. 1475. a Judaeis perpetratum in odium Chriſti, ſcripſit eodem an. *Jo. Tiberinus* & publicavit *Sur.* ad d. 24. Mart. Exſtat de Martyrio Sancti proceſſus authenticus in archivo ſecreto caſtri S. Angeli de Urbe.

(*l*) L. ad Martyras c. 1.

(*m*) Ap *Sueton.* in Claudio Cæſare ſub fin.

(*n*) L. de exhortat. Martyrii c. 12. & alias.

293 Partitur 4.° in imperfectum vel inchoatum, & perfectum quadantenus, & ſimpliciter conſummatum. Ex iis primum ſubiiſſe cenſeo illos qui pro confeſſione Chriſti tormenta quidem pertulerunt, leviora tamen, aut ſaltem non lethalia, ſeu mortem ſuapte natura proxime inducentia. Ejuſmodi fuit abſdubio Martyrium haereſiarchis Praxeae, de quo *Tertull.* (*o*) „ de jactatione Martyrii inflatus ob ſolum & ſimplex & breve carceris taedium „ Ubi tamen obſervandum ſedulo, eam tolerantiam martyrii nomine indignam eſſe, ſi oſtenſa fuerit a Praxea quum jam defeciſſet ad caſtra haereticorum: quod in eum laud. *Tertull.* ſcite regerit.

294 Alterum vero ſubſtinuerunt qui poenis manifeſto lethalibus vexati ſunt, quin inde mors ſubſequuta ſit, Deo coelitus providente. Eorum cenſum haud exiguum deſcribunt nobis eccleſiae faſti, recitantes e. c. Joannem Evangeliſtam, Theclam inter mulieres Proto-Martyrem, & Caeciliam Virgines, Gregorium Armeniae Epiſc. vulgo Illuminatorem, Euſebium Vercellenſem Epiſc. Petrum Armengaudum. Quibus addito ex antiquo foedere tres SS. Pueros in camino ardentis ignis indemnes. (*p*) Id genus Martyres jure vocaverim cum *S. Paullino* (*q*) *vivos Martyres*, itemque *Martyres ſine ſanguine*, quemadmodum & ipſe S. Felicem (*r*) nuncupavit. Iidem plane Martyres toto tempore, quo vitam protrahunt poſt tormenta lethalia, in gratia confirmati pie creduntur, ne coronam Martyrii, quam clariſſime commeruernnt, miſeranda forte amittant. Tertium denique tolerarunt qui Martyrium perfeciſſe & conſummaſſe dicuntur, qui videlicet in tormentis lethalibus glorioſiſſime juxta, ac feliciſſime occubuerunt. Quum autem ejuſmodi Martyrum numerus ceteros cujuſque claſsis Martyres pene immenſum excedat; ideo nomine martyrii illud in vulgari adceptione potiſsimum venit, quod ii fortes athletae conſummarunt.

295 Ergo in iſtas claſſes praecipue tribuitur ratio Martyrii univerſe adcepta, & ad eas ſi quae aliae occurrunt, facile revocari poſſunt, Eas quippe nobis indicarunt & veteres Patres, & Acta ſincera Martyrum, & faſti eccleſiaſtici ubi Martyres cultu venerandos praeſcribunt. Quod ſi notionem quaeras Martyrii, quae omnia Martyriorum genera huculque deſcripta generatim reſpiciat, en illam: teſtimonium ſeu confeſſio Chriſti vel alicujus ſupernae virtutis.

296 Eamque mihi perſpicue depromere videor ex *Orig.* qui de ſignificatu vocis Μάρτυρ differens (*s*) ita diſputat, „ Quiſquis autem teſtificatur de veritate tum verbis, tum operibus quomodocumque favens illi, is jure teſtis dicendus eſt „ ſubditque continenter „ Sed jam fraternitatis morem qui admiratione proſequuti ſunt (nempe adfectu eorum, qui uſque ad mortem certarunt pro veritate, vel fortitudine) eos proprie ſolos nominarunt Martyres; ſeu teſtes, qui ſui ipſorum ſanguinis effuſione

(*o*) In l. adverſus Praxean, c. 1.

(*p*) Ex *Cypr.* epiſt. 58. ad Lucium P. col. 207. edit. Baluz.

(*q*) Epiſt. 2. ad Victricium.

(*r*) In natali 2. ac 3. de eodem.

(*s*) In Joan. c. 1. ℣. 7.

ae divini cultus myſterio teſtimonium reddidere . „ Ergo ex more , qui jam a primis ſeculis uſque modo inolevit in eccleſia Chriſti , hi antonomaſtice & per excellentiam nuncupantur Martyres, quibus vulgaris notio Martyrii nuper praemiſſa ad unguem competit . Ac de hoc quidem Martyrio heic nobis ſermo .

O B J E C T I O N E S.

297 Obj. *primo* . Martyrium parvulorum , ac prae primis puerorum Innocentium quid fictitium eſt . Nam 1.° Martyrium dicit eſſentia ſua actionem internam voluntatis, quum ſit actus virtutis, gratiam & gloriam merens ; at parvuli ejuſmodi actionis non ſunt capaces ; alioqui eis cum Luthero actum fidei concedere non dubitaveris . 2.° Innocentes interemti non ſunt in odium alicujus myſterii , vel ſupernae virtutis: ergo Martyres minime nuncupandi . 3.° Martyrium parvulorum eccleſiae antiquae , ejuſque Patribus ignotum fuit, ſi excipias pueros Innocentes, quos utique ob cauſſam ſingularem & ſingulari privilegio divinitus exſornatos jure putarunt . 4.° Ex oppoſito fieret , quod infans matris utero obclulus ſi interficeretur una cum matre in odium fidei , vere Martyr evaderet cum matre : hoc autem abſurdum ; qui enim baptiſmi capax non eſt , nec martyrii quidem erit . 5.° Fieret etiam quod amens, ebrius & alius quiſpiam lethali culpa maculatus , altoque ſomno correptus , de repente mactati in odium fidei , vere eſſent martyres , & qua tales colendi ; ii quippe quantum ad impotentiam actionis internae a parvulis nihilo differunt : quod tamen a vero nimis alienum videtur .

298 ℞.N. *Adſ.* Ad 1. prob. *D.Ma.* Martyrium adultorum expedita mente fruentium hoc dicit , *C.* Martyrium parvulorum , *N.* & *C.Mi.* & *N. Con.* Quemadmodum ſupplet Eccleſia intentionem in baptiſmo parvulorum ; ita & Chriſtus ſupplere intelligitur in martyrio , quod , etſi neſcientes , pro Chriſto ſubeunt ; ob eam videlicet perinſignem paſſionis ſuae cum Chriſto Redemtore patiente conformitatem . Ad 2: Innocentes loco Chriſti occiſi ſunt , quoniam inter eos exſiſtimavit Herodes Chriſtum occidere. Mortem itaque cruentam pertulerunt in odium Chriſti , myſteriorum. & virtutum omnium auctoris . De hoc argumento rurſum in Claſſe proxima .

299 Ad 3. *N. Con.* Eccleſia recentior, ejuſque Patres , & Doctores ad normam Martyrii pueris Innocentibus adtributi , pari jure parvulos in odium fidei trucidatos ceu veros Martyres colunt , uti & vere baptizatos reputant abſque ulla actione interna . Multo quippe ſublimiorem cum Chriſto patiente ſimilitudinem & conformitatem referunt per baptiſmum ſanguinis quam per baptiſmum fluminis . Ad 4: nihil prohibet quominus in caſu puer ille in utero matris eo titulo peremtus martyr verus habeatur , non ſecus ac puer quilibet jam natus eadem mortis ſorte feliciter potitus . Nihil enim hac in cauſſa non natus a nato differt .

300 Ad 5: ii omnes quantum ad impotentiam intentionis praeſentis , ad martyrium adultorum perneceſſariae , comparandi eſſent cum parvulis , dicendique ſubire virtute martyrium parvulorum ; quocirca

quemadmodum parvulis vi ſui martyrii peccatum originis remittitur,& illis pariter dum noxa lethalis, qua infecti eſſent, vi mortis pro Chriſto obitae condonaretur; atque adeo ceu veri martyres ſaltem apud Deum coli poſſent.

301 Adde quod ex claſſicis *TT.* cum *Th.*(*t*) martyrium vi ſua purgat animum ab omni culpa,dummodo voluntatem non invenerit actualiter, ut ajunt, peccato inhaerentem. Porro alias diximus cum communi ſententia nunquam remitti noxam perſonalem, quin a peccatore ſit revocata. Sed hanc tamen conditionem excipit in caſu martyrium, tot tantiſque privilegiis, jamjam indicandis divinitus praeditarum.

302 Quod ſi hujuſmodi privilegium, nullo utique expreſſo documento innixum, abnuas, & tu adſeras plane oportet, illos omnes,quos caſus adtulit, ſi in articulo illatae mortis in peccato conſtiterint, verum Martyrium minime obiiſſe: alias vero nimis durum eſt iis qui pro Chriſto interfecti eſſent, Martyrii laudem denegare. (*u*)

303 Obj. *ſecundo*. Faſti eccleſiaſtici non ſunt lex, aut regula idonea ad internoſcendum, colendumque veros Martyres. Nam 1.° peccant interdum per exceſſum, ut ajunt. Quoniam nonnullos praecipiunt colendos ut Martyres, qui abſque intuitu ad veritatem ullam,quam propugnarent, occiſi feruntur: e.c. S. Projectus Arvernenſis epiſc. ad an. circ. 670. ea tantum de cauſſa interfectus, quod apud Childericum ſecundum Francorum Regem conqueſtus eſſet de damnis, quae Maſſilienſis quidam patritius coenobio intulerat ſuo; S.item Theodardus Epiſc. ad an. circ. 658. eodem pene titulo a Childerico eſt interemtus. *Et eorum* quidem primus colitur in martyr. rom. d. 25. Jan. alter vero 10. Sept. Alii pariter levioribus de cauſſis trucidati,martyres dicuntur(*x*) 2.° peccant non raro per defectum; non utique colentes ut martyres, permultos, qui ob conſtantem alicujus virtutis defenſionem perierunt: e.c. milites occiſos in bello pro fide ac vera religione contra paganos aut haereticos; (*y*) aut etiam pro patria, pro qua ſiquidem depugnare quid ſanctum eſt & honeſtiſſimum.

304 ℞. *N. Adſ.* Ad 1. prob: *N. Adſ.* Ad prob. Projectum ac Theodardum martyres reputant faſti, quoniam cenſet eccleſia eos occubuiſſe pro defenſione communitatis & ſui juris, quae plane actio virtus erat juſtitiae, & qualiſcumque cauſſa ad martyrium ſufficiens; miraculis praeſertim ſubcedentibus, quae viſa ſint comprobaſſe pretioſum interfectorum obitum. Quid ſimile reponi poteſt ad alia ſimilia, quae ex factis Baronio recitatis objiciantur.

305 Ad 2. *N. Adſ.* Ad prob: militibus illis in bello pro fide occiſis permulti AA. martyrii laudem denegant. Sed eſto. Martyres ipſi fuerint apud Deum, & cuncta martyrii adſequuti ſint privilegia, quum actio

(*t*) P. 3. q 87. a. 1. ad 2.

(*u*) Conſ. *Suar.* in 3. p. t. 3. d. 29. ſ. 1. *Vazq.* in 3. p. t. 2. q.68. a. 3. d. 153. c. 7. §. *Communiſ.* & *Bellarm.* de baptiſmo l.1. c.6. §. *Probabilior.* & *Leſſ.* heic l.3.c.1.dub.2.

(*x*) Eorum nonnullos vide ſis ap. *Baron.* ad annos 638. 670. 1003. 1153. 1173.

(*y*) Hos *S. Joann. de Capiſtrano*, aliique Martyres dixerunt ap. Bened. P. XIV. de beat. & can. SS.l.3. c.18. n.7.

actio illa ſub debitis adiunctis exſequutioni mandata comparando martyrio ſatis eſſe videatur; martyres vero non ſunt apud ecclesiam; quippe cui haud facile conſtare poteſt de eximia eiuſmodi in bello pugnantium operatione, quae ad gloriam martyrii pertigiſſe cenſeri poſſit: quocirca & pro ipſis preces ad Deum fundere conſuevit ecclesia. De occiſis pro defenſione patriae quid ſimile dicito.

306 Porro ut ut fuerit ſub vetuſtiora ſecula plurium eccleſiarum bona fides in ſubnectendo faſtis ſuis peculiaribus certos martyres, quos deinceps romana ecclesia ſuo cooptavit martyrologio; at recentiore tamen aetate, jam a tempore Alexandri P. III. ſedula in id negotii diligentia & cautio adhibita eſt. Atque hodiernis praeſertim temporibus diutina, ſeveraque adcuratione diſcutiuntur ap. s. Congregat. rituum cauſſae SS.MM. eorum nempe, qui in coetu aut ſyllabo martyrum recenſendi poſtulantur: nec alii plerumque, niſi qui mortem in tormentis a perſequutore in odium ſupernae cujuſpiam virtutis inflictis obierint.(z)

307 QUAESTIO III. De Martyrio ex verbo Dei ſcripto & tradito quid fide ſanctum? ADSERO I. Verbum Dei ſcriptum haec tradit. 1.° *Matth.* 5.10. ſq. *beati qui perſequutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum coelorum: beati eſtis quum maledixerint vobis & perſequuti vos fuerint*: quibus adcinit 1. *Petr.* 3.14. *ſed & ſi quid patimini propter juſtitiam, beati*. Haec autem martyres pro Chriſto potiſſimum reſpicere, quis dubitet? (a) 2.° *Matth.* 10. 32. *omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo; qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram patre meo*. Et ſubcinit *Luc.* 12. 8. ſq. Indeque martyres iure dicti *Confeſſores*. 3.° *Roman.* 10. 10. *corde enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem*. Unde TT. vulgo colligunt, nonnunquam martyrium ſub expreſſa Chriſti confeſſione ſub praecepto cadere.

308 Haec quidem ſacri codicis teſtimonia, ut plura mittam, ad ſacrum Martyrium in ſenſu literali referunt plerumque Patres veteres, ubi de illo ſermonem inſtituunt, poſt *Tertull.* & *Cypr.* nec raro SS. iidem Martyres apud eorum Acta. Heine

309 II. Verbum traditum, a priſcis Patribus per ſubſequutos Patres & Doctores ad nos utique derivatum, id ipſum opinione & exſemplis tenet ac docet; ſummopere videlicet probans laudibus & honoribus eos, qui paſſionibus Chriſtum fortiter confeſſi ſunt, eoſque viciſſim ſummo reprobans dedecore, qui vel in tormentis, vel tormentorum metu Chriſtum aut ſacram aliquam veritatem turpiter eiurarunt. Quid autem pro hac traditione teſtes congeram? Ex hiſtoriis eccleſiaſticis, ex calendariis, martyrologiis, Patribus & Doctoribus omnibus, vel leviuſcule quidem de martyrio pertractantibus, meridiana luce clarior haec effulget.

(z) Plura de hoc argumento *Bened.* P. XIV. de beatif. & canoniz. ſervorum Dei ſparſim, & praeſertim l.3. c. 12. n.20. ſq.

(a) Lege epiſt Moſis & Maximi & Socc. ad Cypr. quae eſt XXVI, inter cyprianicas edit. Pamel.

310 Ergo ceu dogmata fide ſaucta haec in primis tenenda contra Gentilinm & aliquot Heterodoxornm inſanias. 1.° Sacrum Martyrium opus eſt plane ſanctiſſimum, Deo pergratum, laude atque coeleſti retributioue dignum. 2.° Contra vero declinatio a martyrio per ejurationem Chriſti, aut ſuperni alicuius dogmatis quid turpiſſimum eſt, probroſo dignum vituperio, atque aeternis cruciatibus. 3.° Praecipitur ſaepe tibi graviter martyrium (*b*) & abſque dubio quandocumque illud abſque gravi culpa effugere nequeas. 4.° Externa confeſſio Chriſti, ſive alterius ſupernae veritatis quandoque ad ſalutem perneceſſaria eſt. 5.° Occultatio, ſeu diſſimulatio fidei, quum erubeſcentia eſt de evangelio Chriſti, ceu quid inhoneſtum & iniquum chriſtianae profeſsioni acriter prohibetur. (*c*) 6.° Addendum ex Verbo tradito, quod cultus religioſus erga SS. martyres honeſtus ſit & laude dignus; quumque ab eccleſia praecipitur, obſervandus.

311 QUAESTIO IV. Quid de praerogativis Martyrii? ADSERO. I. Complurimae ſunt, & numero quidem, & magnitudine commendatiſsimae. Perpaucas ex nobilioribus delibamus. Nimirum I. martyrium oſtenſio eſt praeclariſſima Dei Omnipotentiae, quae utique & fortitudine pene incredibili, qua martyres communit, & numeroſiſſimis miraculis, quae in eis & per eos patrare dignatur, ultra modum potens atque mirabilis effulget. Unde perſcite *Cypr.* (*d*) *martyrio totum neceſſe eſt cedat.* (*e*)

312 II. Vi, aut virtute propria gratiam ſanctificantem martyri confert, qua nempe inſtar baptiſmi cuncta eius peccata delet, omnemque iſtorum reatum ad poenam. Haec una veterum *Patrum*, & noſtratum TT. vox. (*f*) Hanc itaque cauſſat gratiam, non tanquam ſignum, pignus, aut inſtrumentum phyſicum, quod Chriſtus Dominus inſtituerit, ut ſuam de conferenda eiuſmodi gratia voluntatem ſignificaret; ita ſiquidem Sacramentum eſſet, pro quo ſtaruendo nullum plane videris documentum; immo potius tanquam expreſſior & omnium praeſtantiſſima repraeſentatio & conformatio cum paſſione & morte Chriſti, qui propterea eiuſmodi praerogativam illigavit martyrio: quod teſtatur indicata traditio, & confirmant nonnulli martyres mox audiendi. (*g*) Exinde
313 III. Statim ac perfectus Martyr morte agonem victor abſolvit, bravium & coronam adcipit juſtitiae in reguo coeleſti, aeternum

(*b*) Lege *Tertull.* in Scorp. c. 2.

(*c*) De hiſce dogmatis, eorumque expoſitionibus plura *TT.* ac doctiſſime more ſuo *Suar.* de fide tr. 2. tota d. 14. Eum, ſi vacat, conſulas.

(*d*) De laude Martyrii p. m. 430.

(*e*) Recole Supplement. pro re martyrol. in prologo.

(*f*) Sic enim *Tertull.* in Scorp. c. 6. *Orig.* hom. 2. in c. I. Levit. & ſuſius tr. 12. in cap. 22. Matth. *Cypr.* de laude Martyrii & ep. ad Antonianum & alias, Baſil. hom. 20. in MM. xl. *Nazianz.* orat. 39. alias, *Hieron.* in Pſ. 77. 21. & in Pſ. 115. 8 *Aug.* civ. l. 13, c. 7. *Ambr.* conc. in obitu Valentiniani c. 5. &c. Sic itidem *Tho.* cit. 2. 2. q. 124. a. I. ad I. cum Interpretibus ad eum loc. *Durand.* in 4. diſt. 4. q. 8. n. 14. *Valent.* heic. pu. 2. *Leſſ.* cit. n. 54. *Arria.* heic. n. 65. &c.

(*g*) Recole cit. *Leſſ.* a n. 12.

Digitized by Google

num beandus. Hanc utique coronam Paullus 2. *Timoth.* 4. 8. adfirmavit ſibi reddendam a Domino *in illa die*, ſuae videlicet paſſionis, aut martyrii conſummari. (*h*) Ergo & quid ſimile ceteri Martyres novi foederis adfirmare poſſunt. Huc advoca doctrinam de beatitate Juſtorum animis omnino purgatis ſtatim donata (*i*) quae potiſſimum plane erga hujuſmodi Martyres exponenda venit. Adde tritum illud ac praenobile *Auguſtini* effatum, verantis utique ex diſciplina eccleſiaſtica pro Martyribus orare: cur autem? *Injuria eſt enim pro Martyre orare, cujus* (videlicet in Empyreo jam triumphantis) *nos debemus orationibus commendare.* (*k*) De Martyribus vero antiqui foederis alia eſt ratio (*l*).

314 IV. Exſultant Martyres coeleſti Aureola, in quadam videlicet gloria adcidentali ſita, qua a ceteris cujuſque alterius chori coelitibus mire ſecernuntur. (*m*) Quae de ejuſmodi, aliiſque aureolis opportuniora videntur, *ſuperius* paucis delibavimus. (*n*) Ea huc loci adplicanda veniunt. Quod autem Martyris Aureola ceteris quibuſque coeleſtibus quam maxime praeſtet, dubitare non ſinit ipſa Martyrii ſupra quaelibet hominum facinora pro Deo patrata inſignis praeſtantia & magnitudo, tot alias, tantiſque ditata privilegiis. Porro ex *Auguſt.*(*o*) „ Martyres in eccleſia (*militante*) ſummum locum tenent, & apice ſanctae dignitatis excellunt „ ergo & in triumphante excellunt pariter aureola, utpote excellentiſſimis Martyrii meritis conſentanea.

315 QUAESTIO V. Num & Qualis Fortitudinis foetus perfectum Martyrium ſit? ADSERO I. Eſt re apſe foetus fortitudinis. (*p*) Quippe ad fortitudinem pertinet ut hominem muniat & confirmet in honeſtate virtutis contra pericula, & praecipue contra pericula mortis, & ejus prae primis, quae in bello eſt; (*q*) at qui Martyrium conſtanter ſuffert, in magno certamine eſt & bellum cruentum gerit cum adverſariis fidei aut alterius virtutis, quam propugnat, inter horrenda certaque mortis pericula. Patres enim eum cit. *Cypr.* haud raro Martyrium certamen & bellum vocant. Quocirca de Martyribus illud ex *Hebr.* II. legit *fortes facti ſunt in bello*; quocirca eis ceu illuſtribus in bello Victoribus lauros, palmas, coronas, triumphos, tropaea, ſpolia adtribuit. Eam itaque Martyrum conſtantiam ceu foetum proprium jure ſibi vendicat fortitudo.

3.6 II. Eſt foetus omnium nobiliſſimus & maximus; pertingens uti-

(*h*) Ex illuſtri interpretatione *Tertull.* in ſcorp. c. 13.

(*i*) Eam habes *ſupra* ad Tom. IV. a p. 115.

(*k*) De verb. Apoſt. ſerm. 17.

(*l*) Haec elucidatur in Tom. cit. a p. 109 atque exponitur particulatim a *Capiſuch.* proxime laudando q. 1. §. 21.

(*m*) Vulgo *TT.* ap. & cum *Capiſuchio* controv. 37. de Martyrio q. 2. §. 24.

(*n*) Ad Tom. IV. p. 90. ſq.

(*o*) T. 8. edit. Lovan. p. 291. col. 1. lit. c.

(*p*) Vulgo *PP.* cum *Cypr.* epiſt. 6. ad Martyr. & Confeſſor. ac *TT.* cum *Tho.* cit. 2. 2. q. 124. a. 2. contra Martin. de Magiſtris in tr. de Martyrio.

(*q*) Vulgatiſſima haec ſententia eſt veterum ac recentiorum cum *Ariſt.* in eth. ubi de fortitudine.

utique apicem & faſtigium fortitudinis. Quippe bellum, quo perfectus Martyr certat & vincit, bellum alterius eſt, & longe quidem nobilioris ordinis, ac ſit vulgare aliud & inter homines commune bellum; hoc enim in adgreſſione, quod majorem ſpectat certantis laudem, plerumque ſitum eſt; illud autem omnino in perpeſſione invicta cruciatuum uſque ad mortem; haec autem genus eſt fortitudinis prae illa longe nobilius, ex nuper adſertis ad p. 300. Quum itaque potiſſimi fortitudinis foetus geſta ſint in bello communi, quae geſta a patiente dixeris in bello Martyrii, potiora ſint oportet.

317 Adde ex ibidem notatis, ardui perpeſsionem cum gaudio, quam in Martyribus paſsim demiramur, *florem* eſſe chriſtianae, immo & nobiliſsimae fortitudinis. E quibus, poſtquam SS. Martyres cum *Cypr.* (r) *milites fortiſſimos* ſalutavimus, jure concludimus cum egregio illo Archiep. Toletano electo, Doctore & Martyre *Eulogio* (s) *Martyres* SPECIMEN BELLIGERANDI PRAECIPUUM *mortalibus reliquerunt*.

OBJECTIONES.

318 Obj. *primo* contra I. Adſ. Martyrium non eſt fortitudinis foetus; immo potius virtutis, quae oppugnatur, in gradu heroico dominantis. Nam 1.° virtus quaelibet in eo gradu conſtituta, ſufficiens eſt ut quis ejus honeſtatis amore pericula quaelibet & mortem contemnat. 2.° ejuſdem virtutis eſt amare finem & medium neceſſarium ad finem; atqui virginitatem amare e. c. virtus eſt temperantiae: ergo & amare ſupplicia & mortem, eaque ſubire, quatenus ad ſervandam virginitatem neceſſaria ſint.

319 ℟. N. *Adſ.* Martyrium tametſi ab aliis interdum virtutibus imperetur, eſt nihilominus excellentiſsimae fortitudinis actio: tum quia ſic vocatur a *Patribus* cum *Aug.* (t) & *Ambr.* (u) tum quia verſatur in propria fortitudinis materia; tum quia procedit ex ſumma animi in bono honeſtiſsimo firmitate, quae non niſi a fortitudine ſuboriri poſſe videtur. Ad 1. & 2. prob: quantumvis poſsit Martyrium ſimpliciter procedere a diverſis virtutibus abſque expreſſo ad fortitudinem reſpectu, non autem abſque implicito ſeu tacito, ſaltem plerumque; raro quippe virtutes eo perfectionis gradu potiuntur, ut ad tantam ſublimitatem ſufficiant abſque auxilio exquiſitiſsimae fortitudinis: tum vero idem Martyrium a diverſis procederet virtutibus; ab aliis videlicet imperatum, atque elicitum a fortitudine (x).

320 Obj. *ſecundo* contra II. Adſ. Ethnicorum complurimi actiones patrarunt fortitudine perpetiente ſublimiores, ac pares ſaepiſsime paſsionibus chriſtianorum Martyrum. Nam 1.° Anaxarchus a tyranno quodam Cypri conjectus in mortarium, & piſtillis ferreis contuſus, tyranno ſic inſultabat „ tunde, tunde follem Anaxarchi, nam ipſum

(r) Ep.6. ad Mart. & Conf. non longe ab init.

(s) In Apologetico Martyrum ſub init.

(t) L. 1. de mor. eccl. c.22.

(u) De offic. c.26.

(x) Plura ſolves cum *Tho.* cit. a. 2. *Cajet.* in eum art. contra Martin de Magiſtr. *Leſſ.* cit. l.3. c.1. a n.13. *Azorio*. heic. d.51. a num. 54.

ipſum quidem Anaxarchum non contingis „ quae verba quum recitaret *Celſus* (y) haec ſubjicit, Chriſtianos ſubſannans „ quid tale veſter Deus inter poenas prolatus eſt ? „ 2.° Zeno Eleates quum cogeretur proferre coniurationis ſecreta, conſtantiſsime tormentis omnibus reſtitit, nihil effatus: quumque timeret ne victus exceſſu tormentorum, quidquam proderet de compoſitis rebus, conſciolque coniurationis nominatim efferret, linguam dentibus abſciſſam in faciem tyranni conſpuit. (z)

321 Tum 3.° Mutius Scaevola „ ignibus manus impoſuit .... ſpectator diſtillantis in hoſtili foculo dextrae ſtetit, nec ante removit nudis oſsibus fluentem manum, quam ignis illi ab hoſte ſubductus eſt „ (a) 4.° „ Attica meretrix, carnifice iam fatigato, poſtremo linguam ſuam comeſtam in faciem tyranni ſaevientis expuit ut expueret & vocem, ne coniuratos confiteri poſſet, ſi etiam victa voluiſſet. „ (b) 5.° Socrates „ damnationem ſuam ſic tulit, tanquam nihil illi moleſtum eſſet aliud, quam quod male iudicaretur. Exſilium Metellus fortiter tulit. Rutilius etiam libenter „ (c) Haec autem, & alia, quae poſſent ſubjici, paganae fortitudinis exſempla iis, quae noſtri Martyres edidere, minime cedunt.

322 ℞. *D. Adſ.* ejuſmodi actiones patrarunt; & profectas quidem a fortitudine nude morali & naturali, ac ſaepiſsime vel ſemper in pravum finem e. g. vanam capiandi gloriolam, quo poſito, fortitudo ſic vitiata in pertinaciam vergeret, aut haec illi prorſus abſenti ſubcederet, C; ſed hanc tamen pertinaciam, quam vera fortitudo minime parit, ſaepe oſtendunt fures, blaſphemi, ſacrilegi quum pro criminibus merito puniuntur: ſecus, *N.* Heic autem ſermo eſt de ſacra fortitudine, quae actionem ex fine & adiunctis omnibus honeſtam, immo ſupernam exſerit in SS. Martyribus. Quam adpoſite hanc in rem *Auguſt.* (d) inquiens „ fortitudinem gentilium mundana cupiditas facit, fortitudinem Chriſtianorum Dei caritas facit, quae diffuſa eſt in cordibus noſtris, non per voluntatis arbitrium, ſed per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. „ tum alias (e) „ aliquando victi a diabolo vincunt dolores, non habentes patientiam, ſed duritiam. „ Hinc ad quinque probationes *C.A.* Et *N. Conſ.* de actionibus, quas potius pertinaciae vitium, quam virtus fortitudinis parit. (f).

323 QUAESTIO VI. Quid de ſpontanea ad Martyrium oblatione ? ADSERO 1. In Eccleſia veteri fuit quandoque vetita. Conſtat ex

(y) Ap. *Orig.* l.7. contra Celſ.

(z) Ap. *Theodoret.* l. 8 contra graec. ubi & alia id genus exſempla profert, citato Pergameno Timotheo in l. de philoſophorum fortitudine.

(a) Totidem verbis *Seneca* epiſt. 24. ad fortitudinem informans.

(b) Haec *Tertull.* in apolog. c.50.

(c) Ita *Seneca* proxime laud.

(d) L. de patient. c.17. ex quo loco *C. Araus.* II. ſuum deſumſit can.17.

(e) Serm.42. de diverſ. c.5.

(f) Pluribus haec & ſimilia ethnicorum geſta ſugillant *PP.* cum *Tert.* l.de ani. c.1. *Cypr.* l. de patient. c.2. & l. ad Mart. c. 4. *Aug.* civ. l. 5. c.14.

ex *epiſt. eccleſiae Smyrnenſis* de martyrio S. Polycarpi n. 4. (*g*) & ex *Cypr.* (*h*) & ex *Actis proconſularibus* eiuſdem Cypriani martyrii (*i*) II. Et quandoque permiſſa, & in uſu apud fideles frequentiſsimo. Hunc apertiſsime colligas ex *Juſti.* (*k*) *Tertull.* (*l*) *Luciano* ethnico (*m*) III. Jure olim in iis laudabatur, qui ad fidem, quam turpiter ejuraverant, rediiſſent. Planum eſt ex *Cypr.* (*n*) & aliis (*o*).

324 IV. Eſt ſimpliciter honeſta, ſummiſque laudibus digna, dummodo in rectum tendat finem; ut puta ad maiorem Dei gloriam, propagationem fidei, Chriſti patientis & pro nobis occiſi imitationem &c. Quoniam Martyrii deſiderium ob eos fines quid honeſtiſsimum eſt & praeconiis laudabile (*p*) immo ſi *Martin. de Magiſtris* (*q*) audias, nudum deſiderium aut propoſitum moriendi pro Chriſto, verum ac proprium Martyrium eſt. (*r*) Ergo & ſpontanea ad Martyrium deſideratum oblatio, ſi alias ob adiuncta, quae occurrerint, vetita iure non ſit, ſancta eſt, Deoque gratiſsima.

325 Quin immo majus ac ſublimius ipſi Martyrio pretium adſerta oblatio indere videtur; probat enim animum ardentiore zelo fidei inſtructum, & ad quaelibet pro fide ſubſtinenda paratiorem. Porro Martyres ingenti numero ejuſmodi oblationis exſempla dederunt; & illa quidem celeberrima, ut puta Sebaſtianus Mediolanenſis, Eulalia Barcinonenſis, Juſtus & Paſtor Complutenſes, alii apud Martyrologia paſſim laudati. Heinc *Eulogius* ille Clariſſimus, Archiep. Toletanus electus, Doctor & Martyr, ſub perſequutione Saracenorum in Chriſtianos Hiſpaniae, quae in an. 850. incidit, ſententiae noſtrae Patronus acerrimus, merito ſcribebat. (*s*) *Excellentis voti eſt inter tormenta proſilire, ubi non eſt criminis latuiſſe . . . virtus excellentis meriti eſt ultro procedere.* (*t*)

326 QUAESTIO VII. Quid de provocatione tyranni, cujus interventu illum tibi mortem illaturum pro certo habeas? ADSERO I. Haec provocatio dum in ejus quaeſtionibus quis verſatur, objecta, Martyrio non obſtat; immo ſublimiorem animi pro fide fortitudinem commonſtrat. Conſtat ex 2. *Machab.* 7. 31. & *Act.* 7. 51. ſqq. Pluraque ſuppetunt exſempla Martyrum ſparſim in commentariis noſtris recitata:

(*g*) Eam dat *Ruinart.* de act. ſinc.
(*h*) Ep. 83.
(*i*) Ap cit. *Ruin.* n. 1.
(*k*) Apol. 2. n. 12.
(*l*) L. ad Scap. c. I.
(*m*) De morte Peregrini n. 13.
(*n*) Ep. ad Antonian. 52.
(*o*) Quos videris ap *Vericell.* de apoſt. miſſion. tit. I q. 9. ſ. 3. n 29.
(*p*) Ex *Th.* 2. 2. q 59. a. 3. ad 5.
(*q*) In tr. de Martyrio q. 1. & 9.
(*r*) Eſto vulgo rejiciatur a *TT.* cum *Th. Rayn. Capiſuch.* &c.
(*s*) In memoriali SS. Martyr. Cordubenſium l. I. §. 19. ap. bibl. PP. Lugdun. t. 15. p. 250.
(*t*) Plura & ſublimia quidem pro hoc argumento *Eulogius* in tribus libris ejuſdem memorialis cum adjecto opuſc. quod inſcripſit *Apologeticus Martyrum*. Sancti Martyris & Doctoris merita paucis indicavit *Baron.* in Mart. rom. ad dd. 11. Mart. & 24. Nov. tum *Mabillon* in Annal. bened. t. 3. p. 11. n. 26.

ta. (*u*) II. Provocatio haec dictis aut factis demonſtrata anteaquam ad poteſtatem tyranni quis deveniat, e. c. demoliendo aras profanas, idola ſubvertendo, ludos ſacrilegos palam exſecrando &c. non ita certo videtur honeſta & laude digna. Prohibita quippe eſt a *C. Illiberit.* praeſcribente, eum qui hujuſmodi provocaret tyrannum, etiam morte ſubſequuta, in numero Martyrum recipiendum non eſſe. (*x*) Tunc enim mors illa non videtur adſcribenda tyranni odio contra fidem, immo potius zelo ſui juris, rerumque religionis ſuae conſervationi. Nihilo tamen ſecius obviam ſatis ſunt exſempla plurium ita olim tyrannos provocantium, SS. Martyrum faſtis adſcriptorum. (*y*)

327 Ajunt, hos Martyres non niſi divinitus inſpiratos ea patraſſe facinora. Cur autem id ipſum ego non cenſeam de ceteris, Martyrum albo nondum adſcriptis, zelo pari fidei exaeſtuantibus, ſimilia conatos facinora? Quid? quod tyrannus quum id genus heroës morte plectit, intendit inſimul abſque dubio fidem aut religionem chriſtianam concutere ac vellicare; quippe quae alumnis ſuis ea in paganiſmum agenda ſuggerat, & exſequutioni mandata laudibus proſequatur.

328 QUAESTIO VIII. Quid de fuga in perſequutione ad vitandum Martyrium? ADSERO I. Fuga per ſe ſe honeſta eſt, minime indecora ſive illicita. Haec *Patrum*, Theologorum & univerſae Eccleſiae vox (*z*) Et ſi credas *Suarezio* (*a*) Adſertum fide ſanctum eſt. Et illud quidem, vel praecipiens vel conſulens propoſuit Chriſtus D. ex *Matth.* 10. inquiens, *quum vos perſequuntur in civitate iſta, fugite in aliam*, tum exſemplo, mortis martyrium fugiens, non ſemel perſequutus, ex *Matth.* 12. 15. *Joan.* 7. 1. & 8. 59. & 10. 11. quod plane complurimi ſancte imitati ſunt cum Paullo, Cypriano, Athanaſio.

329 II. Fuga haec, alias generatim non prohibita, fidei contraria non eſt, immo ejuſdem virtute confeſſio & quaedam Martyrii portio dicenda; exſilium etenim, quod per fugam adſumitur, poena porro eſt, nec parva quidem, propter fidem ſuſcepta. (*b*) III. Fieri poteſt aliquando ut fuga ſit in praecepto; ut puta ſi perſona publica ſit, ejuſque incolumitas ad publicam utilitatem pernecesſaria; aut ſi quis vehementer metuat ſe met negandi fidem periculo exponere non adripiendo fugam. Docent citt. *Cypr.* & *Aug.* quibus addito *Gregor.* (*c*) & *Nicol.* P. I. (*d*) Contra itidem ut aliquando ſit prohibita; e. g. Paſtori, qui nullo

 alio

(*u*) Conf. *Verric.* proxime cit. t. 1. q. 9. ſ. 4. n. 45.

(*x*) Ad can. 60.

(*y*) Adeas *Bened.* P. XIV. de beatif. & canoniz. SS. l. 3. c 17. a n. 4.

(*z*) Contra *Tertull.* qui in l. de fuga oppoſitum operoſe promovet.

(*a*) De fide d. 14. ſ. 3. n. 9.

(*b*) Conf. *Cypr.* ep. 56. & 86. & l. de lapſ. aliquanto ab init. *Athan.* apolog. de fuga ſua & apol. ad Conſtantium Imp. & epiſt. ad orthodoxos ubique quum per Arianos perſequutio fieret, *Aug.* ep. ad Honorat. olim 180. & l 2. cont. Gaudent. c. 16. *Suar.* cit. *Maldonat.* in Matth. 10. 23. *Baron.* ad an. 203. n. 11. *Niceph* hiſt. l. 10. c. 8. & 16. *Bened* XIV. cit. t. 3. l. 3. c. 16. a n. 13.

(*c*) L. 32. Mor. c. 23. ſq. & l. 2. dial. c. 3.

(*d*) Cit. in cap. *Sciſcitaris*. 7. q. 1.

alio ſibi ſubſtituto gregem ſuum deſerit in perſequutione cum gravi, & imminenti plurium ſaltem periculo ejurandi fidem. Tunc enim is ageret uti mercenarius contra ſuum Paſtoris munus ex *Joan.* 10. 12. Conſentiunt *Aug.* & *Nicol.* (*e*)

330 QUAESTIO IX. Quid de Pſeudo-martyrio, ejuſque patronis Pſeudo-martyrologis? ADSERO I. Pſeudo-martyrium eſt paſſio cruciatuum vel mortis ab haeretico aut ſchiſmatico pertinaciter ſublata pro defenſione dogmatis; aut illud verum ſit ac fide ſanctum, aut falſum & fidei adverſum. Haec quidem undequaque vera notio pſeudo-martyrii, hoc eſt falſi martyrii, evanidi, perridiculi, quod nec vera conſtat fortitudine, nec Deo gratum eſt, nec ulla reperitur laude dignum. Id quod in decurſu Operis haud ſemel innuimus, ulterioribus modo documentis communire, & illuſtrare praeſtat.

331 Principio enim ex *Cypr.* (*f*) *eſſe Martyr non poteſt qui in eccleſia non eſt . . . exhibere ſe non poteſt Martyrem qui fraternam non tenuit caritatem*: atqui haereticus & ſchiſmaticus nec eſt in eccleſia, nec fraternam tenuit caritatem: ergo quocumque ex titulo tormenta & mortem ſubeat, Martyr eſſe non poteſt. Mortem quidem ex iis nonnulli ſubierint a paganis illatam pro defendendo ſanctae fidei dogmate: at de iis cit. *Cypr.* praemiſerat, tales (qui extra eccleſiam ſunt, fraterna caritate deſpecta) *etiamſi occiſi in confeſſione nominis* (Chriſti, aut verae fidei, ex phraſi Cypriani apud ejus interpretes cum Pamel.) *fuerint, macula iſta nec ſanguine abluitur, inexpiabilis & gravis culpa diſcordiae, nec paſſione purgatur*. Id quod aperte convincitur ex 1. *Cor.* 13. ubi *ſi tradidero corpus meum ut ardeam caritatem autem non habuero, nihil ſum*. (*g*)

332 Deinde ex *Aug.* (*h*) *Martyrem non poena, ſed cauſſa facit; poena enim communis eſt latroni & Martyri, haeretico & catholico, ſed cauſſa diſpar*. Ac rurſum ibidem (*i*) *Nemo ergo dicat, perſequutionem patior: non ventilet poenam, ſed probet cauſſam, ne, ſi cauſſam non probaverit, numeretur cum iniquis*. Nec ab iis quidem diſcordant *Chryſoſt.* (*k*) *Fulgent.* (*l*) & *Gregor.* M. (*m*) Atqui haeretici & ſchiſmatici mortem pro autidogmate ſubeuntes, in cauſſa omnium peſſima verſantur, ſumme utique injurii ſanctae fidei dum falſitatem ei oppoſitam ſanguine & morte teſtari atque obſignare contendunt: quod vero pſeudo-martyres ſint, & cum latronibus, ceteriſque iniquis numerandi.

333 Praeterea ejuſmodi homines pro iniquiſſima cauſſa ſuppliciis, ne-

(*e*) Ubi proxime eos laudavimus.
Plura de hoc argumento ethicae criſtianae Doctores ubi de fide.

(*f*) De unit. Eccl. p. m. 257. col. 1. edit. Pamel.

(*g*) Rurſum in id ipſum *Cypr.* ep. 52. ad Antonianum, & tr. de orat. dominica & ſaepius. Eique jure ſuffragantur *Optat.* Milev. l. 3. contra Parmen. *Chryſoſt.* orat. 1. contra Judaeos, *Aug.* contra epiſt. Parmen. c. 7. & contra Creſcon. gramm. l. 3. c. 47. & alias, *Hieron.* in epiſt. ad Philem. & in c. 1. ad Galat.

(*h*) Serm. 2. in Pſ. 34.

(*i*) N. 13. in illud, *Dominus meus in cauſſam meam*.

(*k*) Orat. 4. contra Jud. n. 3.

(*l*) L. de fide ad Petr. c. 39.

(*m*) L. 18. mor. c. 14. & epiſtolar. l. 2. ind. 10. epiſt. 51.

necibuſque adfecti, *perfidiae martyres* ſunt. Quo quidem nomine *Bernard.*(*n*) jure vocat quoſdam noviſſimae ſectae heterodoxos, qui aetate ſua laeti & quaſi fortiſſimi pro defenſione ſuae haereſeos perferebant ſupplicia & properabant ad mortem. Rem n. 13. more ſuo perſequitur *Bernard.* conclulditque, *nihil ergo ſimile habent conſtantia Martyrum & pertinacia horum, quia mortis contemtum in illis pietas, in iſtis cordis duritia operatur.* Ergo & iſti, & ceteri quique haeretici in cauſſa iniqua pares, non ea fortes & conſtantes propugnarunt, ſed perfidi ac pertinaces in ſanctum fidei dogma; atque adeo pſeudo-martyribus adcenſendi, ſeu *martyribus diaboli*, quales eos nonnemo merito adpellavit poſt Copum.(*o*)

334 Quamobrem jure quam optimo eccleſia catholica, una & vera hos omnes a faſtis SS. martyrum penitus excluſit; videlicet & Metrodorum Presbyterum Marcionitam, Smyrnae quo tempore paſſus eſt Polycarpus, flammis traditum (*p*) & Patrophilum Scytopolitanum Arianum, inter alios catholicos ſub Juliano caeſum (*q*) & Gregorium illum Arianorum Alexandrinorum pſeudo-epiſcopum a paganis diſcerptum & combuſtum (*r*) & ceteros quoſque demum, quos haereticorum ſectae ſacros jactitant martyres. (*s*) Heinc

335 II. Pſeudo-martyrologi ejuſmodi jactitantes & colentes martyres, qui perfidiae, pertinaciae, duritiae, ac diaboli martyres ſunt, perquam ſtupide ac inique ſe gerunt: id quidem ex praemiſſis liquido fluit, nec nova indiget probatione. Quod ſi, caecutientes in meridiana luce, reponant, dogmata, pro quorum defenſione martyres ſui vitam cum ſanguine profuderunt, unice vera eſſe, ac divinae fidei conſentanea; revincendi in primis ſunt contra falſitatem illarum haereſum doctrina noſtratum Polemicorum: eſto deinde vera eſſent, at certum manet ex *Patribus* nuper advocatis, nullum eſſe verum martyrium extra catholicam Chriſti Eccleſiam. (*t*)

Abeat itaque pſeudo-martyrium cum ejus fautoribus, & ad laudes veri Martyrii e theſauro antiquitatis depromtas ſe ſe noſtra convertat oratio.

(*n*) Serm. 66. in cant. n. 12. edit. Mabillon.

(*o*) Ap. *Rayn.* de martyrio per peſt. t. 18. p. 458.

(*p*) Ap. *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 14.

(*q*) Ex *Niceph.* hiſt. l. 10. c. 13.

(*r*) Eum nuper memoravimus ex *Epiph.* haer. 76.

(*s*) Haud exiguum eorum cenſum indicavimus in proxima Proluſ.

(*t*) Plura de ſacro Martyrio *Scholaſtici* citt. & alii, qui de eodem ex inſtituto pertractarunt cum *Martino de Magiſtris* tr. de Martyrio, *Raynaudo* de Martyrio per peſtem ad tom. 18. *Tho. Hurtad.* in reſolution. de vero martyr. *Capiſuch.* in ſelect. controv. 27. q. 1. & 2. de Martyrio, *Ildeph. de Flores* de inclyto agone Martyrii, *Bened* XIV. de beat. & canoniz. SS. t. 1. l. 1. c. 2. ſqq. & t. 3. l. 3. c. 11. ſqq.

CLASSIS X. MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro ſacro Martyrio.

E RE MARTYROLOGICA.

Porro Sanctos noſtros pro Chriſto in tormentis verſatos & exſtinctos dixiſſe *Martyres*, & magnopere laudaſſe eſt; tanta quippe, tamque glorioſa eſt hujus epitheti dignitas, ut quidquid eſt ſanctimoniae, dotum, privilegiorum, ſplendoris in Martyrio perfecto, illud praeſeferat ac repraeſentet. Ideo complures olim quum verſabantur in ſuppliciis, Martyrii titulum humillime reſpuerunt, ajentes ex ſententia priſcorum Martyrum „ Illi jam vere ſunt Martyres, quos Chriſtus propter fidei confeſſionem ad ſe recipere dignatus eſt, & quorum Martyrium ipſe praeclaro vitae exitu tanquam ſigillo certiſſimo obſignavit: nos autem tenues ſolum & abjecti Chriſti nominis Confeſſores. „ Haec *Euſeb.* hiſt. l. 5. c. 2. & ex eo *Baron.* ad an. 179. n. 30.

Jam vero ex ore Martyrum in praeſentiarum diſcamus oportet pretium, dignitatem, decus & gloriam Martyrii, quod utique ex praeadſertis Fortitudinis apex eſt & faſtigium omni laude ſublimius: tum eorundem Martyrum in praeliando praelium Domini generoſiſſimam, etiam cum gaudio, conſtantiam, mirabilem quidem ac pene incredibilem. Sane Hieron. Auctore epiſt. ad Hedibiam *quaeſt. 11. Triumphus Dei eſt Martyrum paſſio ... hic triumphus eſt Dei, Apoſtolorum victoria*; & hunc quidem triumphum, & hanc victoriam patientium Martyrum ſermones complurimi aut tacite, aut exſerte indicant & extollunt. Ex iis autem plurium inſtar perpaucos exſcribendos deligimus.

1 *Deus Angelorum ... te benedico, tibi ſerviens, qui me dignum* hac paſſione *duxiſti, ut percipiam partem*, coronamque Martyrii, initium calicis ... *ut* completo ſacrificio *iſtius diei, promiſſa tuae veritatis adcipiam. Ob hanc rem te benedico in omnibus &* glorior *per aeternum Pontificem omnipotentem* Jeſum *Chriſtum*.

S. Polycarpus M. in poſtremo agone Deum orans, ut *ſupra* in Adp. p. IX. quam recolas.

Quam mihi mirabilis in laudem Martyrii hac oratione Polycarpus! Porro ſummi pretii divinum donum aeſtimat Martyrium, qui in articulo mortis conſtitutus, ceteris quibuſque beneficiis coelitus adceptis omnino praetermiſſis, Deo O. M. pro uno Martyrio etiam atque etiam gra-

gratias refert. Et hic quidem ſenſus animo perplurium Martyrum inſediſſe videtur, qui mortem jamjam ſubituri ſimiles cum poſtremis precibus gratiarum actiones fuderunt apud eorum *Acta*: ut puta Martyres SCILLITANI, MAXIMUS, PETRUS, LUCIANUS & MARCIANUS, CYPRIANUS, THEODOTUS, DIDYMUS, alii plures.

Deinde coronam Martyrii ſe percepturum inquit, hoc conſummato. Ubinam vero corona ſine triumpho & parta victoria? Martyrium itaque ad mentem Sancti triumphus Dei eſt, fortitudinem donantis, & Martyrum eximie ſubferentium victoria, quae illis coronam immarceſſibilem parit tanquam athletis invictis pro fide Chriſti; qualem ſe ſe jure dicebat DIDYMUS, ubi Judici eum impellenti ad immolandum diis generoſe reſpondit, *Ego enim per ipſam rem tibi oſtendo, quoniam Dei mei ſum Athleta propter fidem, quae repoſita eſt mihi*; quod quidem ut factis ſecundum Athletae notionem propriam confirmaret, ſubjecit illico, *permanens autem in fide Dei mei, non moriar a tuis tormentis: unde quod tibi placuerit celerius facito; non enim ſacrifico daemoniis, etiamſi igni me tradi jubeas*. Heinc vero a temporibus inde Cypriani mos invaluit eos vocandi *coronatos*, qui morte Martyrium conſummarunt.

Martyrium praeterea nuncupat initium calicis, adluſione, reor, facta ad acerbiſſimae paſſionis calicem, quem ſibi ſubtrahendum optare Chriſtus Dominus viſus eſt ex *Matth.* 26. 39. in ea verba, *Pater, ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte*: in eum plane ſenſum, quo hunc interpretans locum Origen. tr. 35. in c. 26. Matth. Martyrium dixit *Calicem ſalutarem* ceu praenuntiatum a *Pſ.* 115. 4. His autem praejactis, putaverim ego, Polycarpum ſcitiſſime initium calicis ſuum dixiſſe Martyrium; illud enim & quodlibet aliud comparate ad Calicem paſſionis dominicae, calix non eſt, ſed initium duntaxat, aut leviſſima calicis acerbiſſimi praelibatio.

Sacrificium inſuper vocat Sanctus paſſionem morte ſua completum; ubi nempe cruentam ſe victimam & hoſtiam ſupremo vitae neciſque Auctori devovet in obſequium fidei. Quid autem ejuſmodi ſacrificio homini glorioſius, Deo carius? Pari formula uſos reperias alios Martyres in eorum Actis. Adfirmat itidem, ſe completo Martyrii ſacrificio adcepturum illico promiſſa divinae veritatis, hoc eſt coeleſtem beatitudinem. Quam porro ſententiam poſt Sanctum alii quoque Martyres tenuerunt ſupra laudati in Adp. p. xxxv. ſqq. ipſamque ſuo calculo confirmavit Tertull. l. de patient. c. 13. tum Athanas. epiſt. ad Jovianum Imp. omn. Epiſcopor. Aegypti, Thebaidos & Lybiae nomine conſcripta. Qui praeterea haec adſerit, plane intelligit & declarat, Martyrio divinam ineſſe vim quaslibet abſtergendi patientis maculas. Tanti pretii eſt ejuſmodi ſacrificium! Adcepto denique glorioſiſſimo Martyrii dono gloriari fatetur Smyrnenſis Praeſul, non autem inani correptus gloriola, ſed per omnipotentem Chriſtum, cujus nempe auxilianti virtuti robur tormentis invicte ſuperandis adceptum refert. Quid autem prohibet quominus ejuſmodi gloriatio, quam ſaepe Mar-

ty-

tyres alii oſtenderunt cum Laurentio, Vincentio, Theodoto, Gordio, demiſſa cum humilitate ſancte conſtiterit? Lege Apoſtolum ad *Rom.* 5. 3. & 11. & 1. *Cor.* 1. 31. & 2. *Cor.* 10. 17. *Philip.* 3. 3.

His autem opportune vindicamus tolerantiam pene divinam Martyrum ab iniquis Principum ac Praeſidum paganorum calumniis: quippe qui eam interdum deſiderio vanam aucupandi apud poſteros gloriam adſcribebant interdum. At immo potius, Deiſta inſiſtit, haud temere adſcribebant; in illud enim deſiderium natura proniſſima paſſim delabitur; nec illis quidem tormenta ſubeuntibus, vel natura, vel daemone ſuggerente, menti obvius non eſſe potuit praegrandis honorum cultus, ipſis ſacro Martyrum collegio adlectis deferendus, quo ſubinde vehementer illecti aſperrima quaeque ferrent ſupplicia. Multae inſuper Martyrum adloqutiones profanam potius inſolentiam ac ſuperbiam redolent, quam caſtam & veram humilitatem, ut videre eſt in Actis Vincentii, Pionii, Theodoti & aliorum.

Quid? quod vel etiam ex turba Paganorum haud rari extrema generoſe perpeſſi referuntur ap. *Tertull.* l. ad Martyr. c. 4. poſtumae famae & gloriae cauſſa; nec modo viri, ſed etiam feminae. Paria itidem recenſentur exſempla ex aliis gentibus non ethnicis, quae plena manu dat *Baelius* in dictionar. art. *Mahumed.* p. 1972. & *Marcionitae*. p. 2036. Quidni ergo prudenter quid ſimile adfirmes, aut ſaltem vehementer ſuſpiceris de hominibus conditione paribus, quos Martyres adpellamus, vel ſaltem de compluribus eorum in tanta Martyrum copia, de iis praeprimis, qui ſuperbiam animi ſuis demonſtrarunt *ſermonibus*, ut *puta* de Polycarpo, Vincentio &c.

At vero jaculo nimium elumbi Deiſta pugnam adgreditur. Principio enim quod profani illi homines fide vera deſtituti famae poſtumae adpetitu devicti mala peſſima & mortem ſponte ſubierint, certo conſtat, & compertiſſimum omnibus eſt, quemadmodum contra quod noſtri Martyres pro defenſione chriſtianae fidei paſsiones ex animo perfecerint ſuas; ſi nolis eorum Acta ſincera inſolenter in dubium vertere, aut omnino peſſumdare. Potuerunt & ii quidem naturae aut daemonis ſuggeſtionibus intrinſecus exagitati in vanam gloriam contendere: undenam vero quis noverit eos ſic contendiſſe? quin immo ex documentis externis, quibus pro humanis rebus unice danda fides, (ut mittam vera miracula ad plurium lipſana, ſepulcra, vota, invocationes patrata) certum eſt, eos Dei amore & timore, qui malum ſuggerere nequeunt, ſancte correptos tot tantaque pertuliſſe ſupplicia.

Nec inſuper qui aliquantulum duriuſculi videntur interdum ſermones Martyrum ad Judices vel Principes ethnicos directi, tribuendi jure ſunt animo ſuperbo, ſed ſancte forti, magnanimo, generoſo, invicto, intrepide agenti vindicias pro Chriſto, ejus hoſtes coarguendo liberrime: quale porro exſemplum conſimile legeris in proloqutionibus Martyrum ſeptem Machabaeorum atque eorum animoſae matris 2. *Machab.* 7. Origeni impenſe laudatum l. 4. in epiſt. ad Rom. c. 5. Adde

quae

Digitized by Google

quae ſcripta ſunt *Matth.* 10.18. ſqq. *& ad Praeſides & ad reges ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus. Quum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Verba itaque, complurima ſaltem, noſtrorum Pugilum haud eis adjudicanda, ſed Spiritui divino, qui plane Dominus omnipotens quum ſit, aut blande, aut ſevere, prout libuerit, illorum ore loqui potuit. Recole in hanc rem *ſuperius* indicata in Supplem. p. 111. ſq.

Vides jam quot, quamque egregias ſancti Martyrii dotes ac praerogativas brevi Polycarpus adloquutione complexus ſit.)

2 *Et quia indigna ſum ipſi* (*) *ſacrificium offerre, me ipſam pro nomine ejus cupio* ſacrificare (**) *ut* corpus *in quo peccavi* dum poenas pertulerit, abluatur... *In hoc me cognoſco a facie Dei non eſſe projectam, quia ad* glorioſam confeſſionem *ſui ſancti nominis permittor adcedere*; per quam me credo omnium ſcelerum meorum indulgentiam adcepturam ... *Gratias tibi ago Domine* J*eſu Chriſte, qui me dignatus es* hoſtiam *habere pro nomine tuo... tibi offero* ſacrificium *meum*.

(*) Chriſto Domino (**) Per Martyrium

S. Afra M. adloquens primum Gaium Judicem, & deinde Chriſtum Dominum (ex *Act.* uti ſupra in Adp. p. XVII.

Perpulcre quidem Afra Martyrii magnalia ediſſerit. Hoc illa perſcite ſacrificium nuncupavit, ſeque illius Hoſtiam: quemadmodum & Origen. hom. 14. in c. 3. Hierem. Martyres quoſque adpellavit victimas, quod & rurſum fuſius illuſtravit tomo 9. in evangel. Joan. Confeſſionem deinde nominis Dei veri, quae Martyrii ſubeundi tota ratio eſt, glorioſam jure optimo dixit; ea nempe & Deo, & Deum confitenti atque Martyrio confeſsionem obſignanti praemaximam parit gloriam. Illud autem prae primis ex teſtimonio Sanctae commendat Martyrium, quod nempe divina ejus vi & corpus & animus hoſtiae ipſum ſubeuntis ab omni eluantur macula, illico adcepta a Domino quorumcumque ſcelerum remiſſione aut indulgentia. Et en tibi in ſacro Martyrio (quod *ſupra* praemiſimus) ſecundum Baptiſmum ex vulgatiſſima veteris eccleſiae ſententia.

His demum, quae ex Afra adloquente protulimus, valde conſimilia loquuta eſt in paſſione ſua S. Theodota etiam ex meretrice Martyr, de qua nuper egimus ad p. 304.

Mo-

3 *Momentanea ferte ſupplicia*, *ut* triumphaliter ſuperare poſſitis *aeterna*.

S. Victor M. Socios ad perferendum ſtrenue Martyrium proxime impendens praefervide adhortans, uti *ſupra* in Adp. p. xlvii.

Triumphaliter jure inqnit Sanctus, hoc eſt intercedente Martyrii triumpho; tot enim hoſtes naturae inſidiantes devincit ac proterit ſtrenuus quiſque Martyr pro confeſſione Chriſti, quot fuerint tormenta, quibus laceſſitur. Martyrium itaque, Victore teſte, verus & glorioſus triumphus eſt; quo nempe & temporariis & aeternis ſuppliciis eximie ſuperatis, in Martyribus triumphat Altiſſimus, ſeque mirabilem, immo omnipotentem oſtendit Deum.

4 Deum meum, *qui me* confortat, *agnoſcite*; *pro quo mori vita eſt*, pro quo pati deliciae.

S. Arcadius M. uti *ſupra* ad Tom. V. p.65.

Donum illud mirabile, quo Martyres divinitus communiti *tormentis* acerbiſſimis reddebantur ſaepe numero inſenſiles, rem *feliciter exſpertus*, heic depraedicat Sanctus, quoniam ea ipſe gaudio exſultans toleravit ſupplicia, quae vel enarrare mens prae horrore pene refugit, ea nempe, quae ſaeviſſimus Judex, Rector provinciae, illi immaniter inferenda lictoribus injunxit in haec verba (ex *Act.* Sancti n. 3.)

„ Exſpectet, inquit, mortem ſuam & per membra diſſectus, *proprii* laniatione corporis trunco ſimilis vivum cadaver adſpiciat. *Incidatur* per ſingulas corporis juncturas & omnis compago diſſolvatur. A digitorum condylis incipite: dein manus a lacertis diſſocientur, lacerti a cubitis: mox a thorace diſſuantur humeri: & ſic ab articulis pedum gradatim adſcendentes, facite articulos a pedibus, pedes a cruribus, crura a poplitibus; & quod ſupererit, femora a coxendicibus dislocate: & ſit in artificio veſtro mora, ut diuturnitate tormentorum miſeriam ſuam agnoſcat qui patriorum deorum ſacrificia fugiens, alienum voluerit colere Deum. „

Haec autem omnia, quae fideliſſime juxta ac crudeliſſime ſunt exſequutioni mandata, in deliciis habuit, ceu vere inſenſilis, Arcadius pugil; quippe qui (ex eiſdem *Act.* *n.* 5.) quum „ poſt tot martyria, quot divulſae compagum particulae, quot reſecta ſunt membrorum fragmenta, truncum Martyris corpus proprio ſanguine innatat ... videns laceras corporis ſui partes jacere in terra dicebat, O vos felicia membra, quae meruiſtis Deo veſtro famulari! nunquam vos ſic amavi in corpore ſita, ut nunc exſulto, vos intuens ſeparata ... Vos eſtis nunc membra Chriſti, & me nunc Chriſti eſſe ſentio, quod ſemper ſuper omnia optavi „ &c.

5 ܗܘ ܕܝܢ ܠܫܡܝܐ ܚܐܪ ܗܘܐ. ܘܠܡܪܢ ܒܥܐ ܒܫܬܩ ܚܝܠܐ

ܘܚܙܐ ܠܕܡܐ ܕܗܘܐ ܪܕܐ ܘܥܠ ܟܠܗ ܦܓܪܗ ܐܬܦܠܓ ܗܘܐ ܠܗ ܒܪܡܐ

ܘܐܪܝܡ ܩܠܗ ܘܐܡܪ ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܡܫܝܚܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ

ܕܐܫܘܝܬܢܝ ܠܗ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܐܚܪܢܐ ܘܐܬܚܠܠ

ܡܢ ܚܛܗܝ ܩܕܡܝܐ.

Legito

At ille ſublatis in coelum oculis, a Domino opem atque fortitudinem tacitus flagitabat, circumſpicienſque diffluentem per omnes corporis ſui artus ſanguinem, elata voce inquit: gratias tibi habeo quas poſſum maximas, Chriſte Fili Dei, qui me tanto munere dignatus es, hoc *ſcilicet* altero Baptiſmo, *quo animam rurſus eluerem meorumque criminum labes extergerem.*

S. Josephus dum ea ſaevitie a lictoribus decem alternatim caedebatur, ut inter eorum manus exſpiraturus crederetur. Arbelae ſub perſequotione Saporis (ex *Act.* Sancti & Socc. ſaepe laudd. ap. Acta MM. or. p. 187. §. *Tunc.*)

Praeclare quidem ex opportuniſſima Joſephi ſententia vel oratione conficitur, Baptiſmum ſanguinis eſſe Martyrium, quod vi ſua, quemadmodum & Baptiſmus fluminis, quaslibet peccatorum maculas potenter abſtergat. Haec etiam apud eccleſiam Perſarum tum temporis pia, certaque ſententia.

6 Hebetiores ſunt, quos in nos ſtringitis, gladii, *quam ut ad abſcindendam reſurrectionis noſtrae ſpem pertingant. Fixum eſt, crede, ſolem neutiquam adorare, nec tuo unquam conſilio uti. Age porro noſtrae gentis infenſiſſime hoſtis,* Domini tui juſſa ſine cunctatione exſequere.

SS. C. MARTYRES Perſae, Simeonis Bar-Saboë Socii, ad magnum Praetorem, hoc eis edictum Saporis intimantem, *ſi cui veſtrum placet mortem effugere, ſuaeque ſaluti conſulere, ſolem magnum deum adorato*. (ex *Act* S. Simeonis & Socc. ap. Acta MM. or. p. 33. §. *In*.)

7 Fruſtra intentantur ſupplicia; nec enim ulla minarum ſaevitie movemur, *ut a Jeſu Chriſto Servatore noſtro divellamur*. (*)

(*) Interpoſita ejuratione fidei ſuae per adorationem ſolis nobis, mortem evaſuris propoſitam a Praeſidibus.

S. THARBA, cum SOCIABUS, uti *ſupra* in Supplem. p. XXI. ſq.

8 *Amove minas*, nullus hoc a nobis (*) extorquebit metus. *Ferrum expedi*, cervicem damus; *ſupplicia adaugeto*, vitae cedimus: *quin ut hanc ſine mora eripias, etiam atque etiam oramus*: dies, hora *ad exitum feſtinantibus* nimiae ſunt dilationis.

(*) Ut ſoli & igni tanquam diis litemus.

S. SCIAHDUSTES M. CXXVIII. Sociorum nomine ad Judices Regis juſſu ſpondentes omnibus liberationem a graviſſimis ſuppliciis & morte, ſi quidem imperata feciſſent. In urbe Seleucia, uti *ſupra* in Supplem. p. LI.

9 *Si, o Rex, poſtquam ſemel nobis vitam abſtuleris, denuo illam exſtinctis reſtituere poſſes, atque repetita in hunc modum nece, ſepties erepturus eſſes*; non tamen adſequereris *ut a Deo noſtro divelleremur, tibique* (*) *ullatenus conſentiremus*.

(*) Nobis ut ſolem adoremus imperanti.

S. NARSES M. ad Saporem Regem, ei, ſuoque diſcipulo Sancto Joſepho M. edicentem, *niſi imperata feceritis, quantocius ad ſupplicium vos trahi jubebo*. In urbe Sciaharcadata, uti *ſupra* in Suppl. p. LII. ap. Acta MM. or. p. 99. §. *Tum*.

10 *Quodlibet praeterea mortis genus in nobis experire*: paratiſſimos *nempe* ad omne ſupplicium *pro Deo ſubeundum* invenies.

SS. XL. MM. PERSAE ad Artaſcirum Hadiabi Regulum, eis ſupplicia & mortem minitantem, niſi verum Deum ejurent. Lapetae, ex *Act*. Sanctorum ap. Acta MM. or. p. 153. §. *Delatoris*.)

Age

11 *Age ergo*, injice *in ſimile hoc quidem, necdum tamen virtute deſtitutum corpus* atrociſſimas, quas maxime lubeat poenas: *patientiam noſtram, quam certa utique ſpes firmat, periclitare. Animum in nobis invictum experiere, atque tuum in te ſenties* ex noſtra conſtantia *turpiſſimum errorem*.

S. Acepsimas M. Judicis de immanibus tormentis minas, niſi ſolem adoret, generoſe contemnit. (ex *Act.* uti ſupra p. 186. ap. Acta MM. or. p. 192. §. *Inter*.)

12 Tormenta, *quibus hactenus me adflixiſti*, ſuperavi: *ſi qua alia inferas*, feram fortiter, *junioribus in meam ſenectutem intuentibus pulcrum exſemplum relicturus* (*) *Diſcent profecto adoleſcentes tuam hanc poteſtatis umbram neutiquam pertimeſcere, poſteaquam viderint, te a me, ſene debili ſuperatum; Deo nimirum opem ferente, qui tantum animo robur infudit, ut* nec *tibi hucuſque oppugnanti* ſubcubuerim, nec poſthac *uſque ad mortem* ſim conceſſurus.

(*) Pereximiae Fortitudinis

S. Josephus M. iterum, ad Praefectum haec ſibi minantem, *at ego tibi, quod minime reris, talia inſtruo tormenta, quae ceteri horreſcant, fatoque tui admoniti reſipiſcant*. (ex *Act.* Sancti & Socc. ap. Acta MM. or. p. 202. ſq. §. *Poſteaquam*.)

13 *Non utique per Dominum noſtrum* Jeſum *Chriſtum Filium Dei, non, inquam ignem veſtrum reformido, nec* una ex veſtris laminis mihi excidet. *Quin etiam per Deum vos obſecro, percurrite* omnia tormentorum genera, *& ſi quae occurrent* acerbiſſima, *eadem in me experiri quam primum* feſtinate. *Qui enim bellum pro Deo ſuſcepit, is ſibi* rem fortiter gerendam *intelligat*.

S. Brichiesus M. ad Magos Principes & Judices. Nimirum vix

Sanctus quaeſtioni ſubjicitur, *proponuntur aeneae laminae, pruniſque ardentibus ſuppoſitae candeſiunt, & ſimul mallei duo pariter candentes. Utraque B. Martyris axillis adplicantur: utique, ajunt, per fortunam regis regum, ſi alterum ex his excuſſeris, Chriſtianorum fidem te abnegaſſe dicemus.* (ex *Act.* ſaepe citt. ap. Acta MM. or. p. 220 ſq. §. *Obſtupuere.*)

14 *Mortarium* (*) *indigitans*; *ſalutem, ajebat & veram felicitatem* in eo ſibi eſſe praeparatam. *Voti illico compos factus eſt* (**).

(*) In quo S. Victorinus coram ſe acerbiſſime contuſus eſt.

(**) Videlicet in mortario immaniſſime adtritus pro voto ſuo heroicam egit animam.

S. Victor M. in Aegypto, uti *ſupra* in Suppl. p. xlix. ex Act. S. Victorini & Socc. ap. Acta MM. occid. p. 62. §. *Peremto.*

15 Ex ſere jam lethale ferrum, *& pectoris tui acerbas curas noſtro innoxio cruore tempera. O qui ſupplicio & poenis addictus es ſempiternis!* Me, oro, quamprimum ad mortem amanda, *& ſpoliis onuſtum opimis ad ſedes tranſmittito, quas exſpectamus Chriſtiani.* (*)

(*) Videlicet ad regnum coeleſte juſtis animis paratum.

S. idem Josephus, de quo nuper, ad Praefectum (ap. *Acta* MM. or. p. 220. §. *Adcidit.*)

Jam vero in hiſce Adloquutionibus, Martyribus ex animo generoſiſſime emiſsis, geſtiſque vere probatis, quas hoc capite deſcripſimus, perpluribus ejuſdem generis praetermiſsis, totidem, & ſpecioſiſsima quidem omnipotentis Dei miracula, totidemque praeſtantiſsimos chriſtianae fidei triumphos, conſtanti, ac prope divina Fortitudinis vi comparatos, mirabundus ego ſuſpicio. Quid enim iis effatis, cum animi deliberatione conjunctis, omnipotentia divinitus operatrice dignius? quid fidei, pro qua tot, tantiſque viribus pugnarunt, illuſtrius?

Hae porro Adloquutiones prae ceteris hucuſque adlatis, ac deinceps adferendis ſacrum Martyrium inter quaeque hominum pro Deo geſta ſumme nobilitant, efferuntque. Ac mea quidem ſententia, ubi notis credibilitatis in obſequium fidei adnexas referimus paſsiones Martyrum pro fide ſancta, ejuſmodi ſermones generoſiſsimi primum obtinent locum; quippe qui non modo fidei & Fortitudinis, ſed & omnium virtutum ſupernarum officia virtute & compendio praeferunt, perficiuntque: quod quidem cuiquam rem adamuſsim perpendenti indubium erit.

erit. En itaque Martyrii ſtadium hoc praecipue nomine ſcholam virtutum omnium, mirabilium theatrum, palaeſtram denique triumphis, palmis coronis, & ſpoliis opimis glorioſiſſime onuſtam.

Eidem ergo Athletis Victoribus ſic adloquutis io, paean, triumphe laetabundi canamus cum altero ex eorum choro, quem rurſum producimus.

16 *Vera fundis oracula etiam imprudens; quandoquidem* exſemplum peregregium *futuros nos eſſe conſilio omnibus in vera fide conſtantibus, noſtrique ſimilibus*: clariſſimum *inſuper*, & non ſine celebritate recolendum triumphum *nos poſteris relicturos, atque conſequuturos per ſuperatos noſtro in certamine labores*, adhibitamque magnanimam in cruciatibus aequabilitatem virides *in noſtra ſenectute* palmas, coronamque *floribus conſertam minime caducis...*

S. Aithilahas M. ad Praefectum, qui Sancto jam crudeliſsime excruciato haec inſuper minatur: *quid tibi jam supereſt membrorum, quod debilitatum, fractumque non ſit; attamen tu adbuc manus nobis dare & vivere repudias? At ego veſtro ſupplicio prodam exſemplum horrendum, atque formidoloſum reliquis veſtri ſimilibus, pariſque vobiſcum temeritatis & adrogantiae*. (ex Act. ſaepe laud. l. ap. Acta MM. or. p. 156.). *Interea fortiſſimus Aithilahas*) Hem quam belle, & quanto jure Sanctus generoſo ad Praefectum reſponſo, & ſibi, & Athlethis, cum prioribus, tum poſterioribus ſibi ſimilibus triumphum cecinit! Haec ille, nec plura nos.

E RE LAPIDARIA.

Illuſtrius martyrii, ſanctorumque Martyrum praeconium prae certo ejuſdem obiti martyrii teſtimonio repereris nullum: quippe quem vere martyrem dicis, & hominem pariter, non modo heroica Fortitudine, verum etiam ceteris quibuſque ſupernis Virtutibus eximie ornatum concelebras.

Ergo ubi in obſequium ſanctorum Pugilum, eorumque prae primis magnanimae ac prope divinae Fortitudinis, ſigna martyrii minime ambigua e ſacra Vetuſtate deprompta commonſtrare ſatago, ea juvat ex innumeris pauca congerere, quae rem teſtatiſſimam faciant: aliquot nempe ſepulchrales tabulas, quae vel ſepultum aperte martyrem produnt, vel una cum ſacris ejuſdem lipſanis fortunata ſorte repertae ſunt, cum adjecto vaſculo aut vitreo, aut figulino ſanguine conſperſo. Ejuſmodi quippe vaſcula qua vitrea, qua fictilia, ſeu quid ſimile priſci fideles,

prae-

praeſertim in Urbe Roma, injicere conſueverant, aut intra, aut extra loculos eorum, quos pro Chriſto ſanguinem effudiſſe plerumque viderant. De hoc, ſimilive martyrii ſigno in ſepulchris martyrum apud varias gentes olim uſitato erudite diſſerit *Boldet* l. 1. c. 30. p. 143. ſqq. Auctores de Vaſculis id genus diſſerentes in Claſſe proxima indicavimus p. 229.

Hoc plane clarius, expeditius ac illuſtrius veri martyrii teſtimonium apud Criticos cordate ſentientes, adjecto praeſertim alio chriſtiani nominis hieroglyphico, e. c. columba, palma, piſce, olea monogrammate ☧; ubi tamen ex iis, aliiſve unum dumtaxat aut alterum ſolitarie adceptum, occurrat, aut nullum eſt martyrii ſignum, aut nimis ambiguum, etiamſi palmam ponas, vel oleaginam coronam. Sic enim conſtanter ſentio cum *Mabillon Murator. Lupio*, aliiſque vulgo Eruditis, etiam comparate ad palmam; quidquid contra diſſerat, pluribuſque promovere connitatur laud. *Boldet.* l 1. c. 44. ſq. a p. 232. Ad monimenta jam adcedimus.

17 FLAVIVS: CLĒM: MR̄

HC̄ FE LICIT. E TV

LEO I. DOCT. X IS. C̄O. VI. K̄S. P. EG

(*tum in altera tabulae pagina*)

☧ HC D✝O

Romae in S. Clementis P & Mart. ſub ſummo altari effoſſus eſt titulus una cum tumulo ejuſdem Flavii Clem. an. 1725. 22. *Januar. ap. Edvvardum de Vitry in commentario hujus tituli, edito Urbini ſub an* 1727. *p.* 3. *ſqq.*

Duae priores lineae ſic vulgo leguntur ab Eruditis poſt Vitryum, FLAVIVS CLEMENS MARTYR HEIC FELICITER EST TVMVLATVS: nimirum, ex ſententia Vitriy, cui lubenter ſubſcribimus, TITVS FLAVIUS CLEMENS, qui an. Ch. 95. Conſulatum geſſit cum patruele Caeſare Domitiano decimum ſeptimum Conſule, cujus imperio in odium chriſtianae fidei glorioſus martyr occubuit; minime vero alius Titus Flavius Clemens, Conſulatu functus an. Ch. 195. cum Q. Flavio Tertullo Collega; quum nihil, reor, omnino conſtet de martyrio hujuſce Flavii.

Cenſemus praeterea cum *Lupio*, *Zacharia*, *Trevultianis Scriptoribus*, & *Anonymo* quodam *Lugdunenſi*, eandem aetatem conſignandam eſſe marmoris Titulo, ac morti, quam pertulit Clemens noſter an. Ch. 96., plerumque ſiquidem ſepulchralium aetatem Lapidum ad emortualem illius annum, cui dicati ſunt, conformare ſtudemus, dummodo quidquam contra evincere ſeu perſuadere oſtendi nequeat, quod quidem minime in caſu oſtendi ex iis, quae pro valde recentiore aetate objicere placuit laudato *Vitryo*, facile *infra* comprobabimus in Tom. IX. ubi fuſior de ipſo titulo ſermo erit, agendo de ſacro Chriſti monogrammate.

Ra-

Ratum itaque interea ſit, aetatem tituli, qui forte omnium primus ſancto cuiquam martyri conſecratus eſt, annum Ch. 96. ſpectare.

☧

18 MARTVRES SIMPLICIVS ET FAVSTINVS
QVI PASSI SVNT IN FLVMEN TIBERE ET
POSITI SVNT IN CIMITERIVM
GENEROSES
SVPER PHILIPPI

Romae hoc titulo praenotata eſt marmorea urna, qua primum ii SS. Martyres depoſiti ſunt. Exſtabat olim in Sacrario Baſilicae Liberianae ap. Aringh. oculatum teſtem t. 1. l. 2. c. 19. p. 365.

Eundem titulum ceu genuinum recitarunt *Baron.* in not. ad mart. ad d. 29. Jul. & *Bollandiani* ad eundem diem, quo eorum paſſio ſollemni cultu recolitur, & commemoratur apud pleraque Martyrologia, puta Romanum vetus Roſvveydi, Hieronymianum Florentinii, Frontonis, Allatii, Wandelberti, Adonis, Uſuardi, Notkeri, ut plura mittam. De eiſdem Sanctis una cum Beatrice ſorore ac Martyre Miſſam habent liber II. ſacramentor. R. Eccl. ad num. xxxvii. ap. cit. *Thomaſ.* t. 6. p. 343. & ſacramentar. Gregorianum ap. *Pamel.* in t. 2. Liturgicon p. 321. Sed ex iis tamen omnibus unus *Thomaſii* Codex feſtum adnuntiat & celebrat v. Kal. Auguſt. ſeu die 28. Julii; hodiernus vero ritus cum ceteris iv. Kal. Auguſti. Acta ſanctorum fratrum, qui diverſis contorti ſuppliciis ſub Diocletiano & Maximiano Martyrii palmam adepti ſunt, retulit *Mombritius* t. 2. fol. 293. eiſque conſentiunt plurimi mſſ. codices a citatis Bollandianis collati. Eos adi ſis ad tom. 7. Jul. p. 34. ſqq.

Ex hoc Lapide plane diſcimus, exſtitiſſe olim in Roma ſubterranea Coemeterium Generoſae ad Sextum Philippi via Portuenſi nuncupatum, quod quidem Cencio, Manlio, Panvinio & aliis, qui de numero coemeteriorum Urbis luculenter diſſeruerunt, nomine & facie ignotum fuiſſe videtur; quum tamen, laudato *Aringh.* adteſtante, in praecipuis SS. Martyrum actis frequens de eo mentio occurrat. Et coemeterium quidem eo nomine adpellitant varii mſſ. Codices, qui illorum paſſionem, inventionem ac depoſitionem enarrant: puta Biblioth. Vaticanae, ac Vallicellanae ap. ipſum *Aringh.* S. Maximini, & S. Martini Trevirenſis, aliique pervetuſti ap. citt. *Bollandian.* n 7. quibus addito laudat. *Mombrit* & *Ado* in Martyr. ad diem 18 Auguſti, cui adſignat natalem beatorum Presbyterorum Joannis & Criſpi *Romae in Sexto Philippi.*

Haec de coemeterio, quod adcuratos illos Auctores fugit. Niſi forte quiſpiam reponat, eo loci unum aut duo duntaxat privata ſepulcra fuiſſe ſita, in quibus recondita ſint corpora SS. Simplicii, Fauſtini, Beatri-

tricis, tum Joannis & Criſpi; nec enim de alio conſtat ibi repertum fuiſſe: indeque fieri potuiſſe ut parvulum illud conditorium inter Romana cetera, quae corporum ingentes copias plerumque excipiebant, nullum haberet nomen; quocirca nec ab Auctoribus in cenſum romanorum coemeteriorum referretur.

Ad amuſſim Lapidi noſtro conſentiunt mſſ. Codices, quos indicavimus. Ex iis quippe aperte diſcimus, Simplicii, & Fauſtini corpora ſaxo collis illigato per pontem, qui tum *Lepidi*, vel, ut ait *Aethicus* in coſmograph. per abuſum *Lapideus* vocabatur, in Tiberim projecta fuiſſe; deinceps vero nutu Dei reperta juxta locum, qui adpellabatur *Sextum Philippi* via portuenſi, educta ab aquis a Beatrice ſorore, una cum Joanne & Criſpo presbyteris, aliiſque chriſtianis fuiſſe ibi ſepulta. Haec ſummatim nos, quae pluribus illuſtrata videris ap. citt. *Bolland*. Unum quidem reticent Codices, quod Epigraphe noſtra exprimit, nomen videlicet *Generoſes*, aut Generoſae, huic inditum coemeterio, ſeu loco ſepulcri; quam quidem denominationem, nullo praeeunte duce, conjectat *Aringh*. ab inſigni quadam hujuſce nominis matrona repetendam eſſe.

Ad extremum obiter ſubnotaverim, *Bollandianos* n. 5. inter exſcribendum Titulum pro MARTURES, neſcio quo conſilio, poſuiſſe MARTYRES; veteres quippe perſaepe dixiſſe MARTURES, ex variis liquet documentis. Sic enim habent, ut ceteros mittam, votivi Lapides JULIAE ap. *Boſ*. in Rom. ſubt. l. 3. c. 41. p. 394. PETRI ET PANCARAE ap. *Boldet*. p. 431. ASCLEPII ET VICTORINAE ap. *Gorium* in ſymbol. lit. t. 4. in mantiſſa praefat. p. XII. ſq. quibus adde vetuſtiſſimam S. Laurentii imaginem, e bibliotheca Vallicellana erutam, & ab *Victorio* meo in pereruditа diſſ. philologica p. 89. delineatam, ubi nempe Laurentius ſemel ac iterum nuncupatur MARTUR. Non erat itaque cur eruditiſſimi Hagiographi a vera lectione antiquitatem praeſeferente ultro diſcederent.

CORPVS S. FELICIS PAPÆ
19
ET MARTYRIS QVI DAMNAVIT
CONSTANTIVM

Romae olim in Diaconia SS. Martyrum Coſmae & Damiani in Foro ad templum pacis poſita repertus eſt pervetuſtus Titulus an. 1582. 28. Jul. in lapideo laterculo, una cum corpore S. Felicis P. II. intra ſepulcralem arcam, ubi ſimul altera parte recondebantur ipſaua SS. Martyrum Marci, Marcelliani, Tranquillini ap. Baron. ad an. 357. n. 62.

Mirandam Dei providentiam in opportuna Tituli inventione cit. *Baron*. in haec verba depraedicat. „ Accidit, ut temporibus Pontificatus Gregorii XIII., dum de emendatione Martyrologii Romani a viris eruditis ad hoc delectis frequentes haberentur conventus, & de Fe-

Felice non levis controverſia incidiſſet, expungendus ne eſſet ob vitioſum ingreſſum ejus, vel abſque martyrii titulo relinquendus, deque his diu, multumque altercatum eſſet; & ego in eam ſententiam pedibus irem, ut Felicis nomen expungendum eſſet, eoque argumento volumen haud breve ſcripſiſſem, cui faverent, adſtipularenturque complures viri eruditi in Urbe tunc exſiſtentes: accidit plane veluti divino miraculo.. „ Inventionem narrat, mox compendio deſcriptam, & ſtatim pergit „ opportune ipſemet Felix viſus eſt admiratione omnium redivivus comparuiſſe, per ſe ſuam ipſe cauſſam acturus; quum jam valde ſtilo contradicentium eſſet oppreſſus „ Hunc ejuſmodi Monumenta pariunt fructum, gloriam, triumphum.

Indubium ergo & glorioſum Chriſti Martyrem ex noſtro titulo Felicem dicimus & reveremur. Sed & eodem pii honoris nomine ipſum Eccleſia dudum reverita fuit; ut in primis ſolido argumento eſt hic idem literatus Lapis, procul dubio vetuſtiſſimus: plura deinde Monimenta Liturgica, gaudet enim feſto cum Miſſa propria Felix noſter in ſacramentario Gregoriano tam Menardi, quam Pamelii; necnon in aliis Rodradi, Remenſi & Ratoldi ap. cit. *Menard.* nota 434. adnuntiatur quoque in pleriſque vetuſtioribus Martyrologiis, nempe in Romano parvo Roſweydiano, in Adonis, Uſuardi, Rabani, Wandelberti, Notkeri; ut ſileam ferme ceteros recentiores adusque Romanum hodiernum a Benedicto P. XIV. haud ita pridem auctum & caſtigatum: ipſum praeterea concelebrant ad diem xxix. Jul. Kalendarium Frontonianum, ac Neapolitanum marmoreum; Sacramentarium denique Toloſanum ap. *Morin.* in adpend. ad comment. de poenit. qui conjicit, illud ſub Ludovico Balbo Francorum Rege fuiſſe exſaratum, ubi de reconciliatione poenitentium in Litania pro ipſis ad p. 66. poſt S. Liberium habetur *S. Felix Apoſtolice & Confeſſor Chriſti = ora pro nobis*. Alia proferunt teſtimonia *Bollandiani Socii* ad d. 29. Jul. in S. Felice n. 16. p. 46. Hic ergo Felici noſtro univerſim ab Eccleſia veteri & nova tributus honor *Sancti & Martyris*.

Neque vero cenſorio reponas calamo eum *Nat. Alex.* ad Sec. IV. diſſ. 32. art. 3. Felicem, qui colitur apud codicem Gregorianum, eſſe Felicem I. ſub Aureliano paſſum, atque adeo cetera Martyrologia, quae habent Felicem II. ſub Conſtantio coronatum, emendanda eſſe; alias enim Felix ille I. cujus ſanctitatem & martyrium eccleſia agnoſcit univerſa (quidquid contra leviſſime opponere audeat *Ant. Pag.* in crit. Bar. ad an. 357. n. 17.) nullum in ſacris faſtis, locum obtineret; id quod etiam *Fronto* timere oſtendit in not. ad d. 29. Jul. ſui Kalendarii. Verum & Codex Gregorianus cum ceteris indicatis Felicem II. colunt. & ſuus ab antiquo eſt Felici I. locus in ſacris faſtis; reperitur enim in *Bucheriano* Kalendario ſub eodem laterculo depoſitionis epiſcoporum, qui pariter refert Lucium Papam, plane Martyrem, in Calliſti, & inſuper in Martyrologiis Bedae, Uſuardi, Adonis ad diem 30. Maji ſibi ſacrum.

Quod idem inſuper Arianum Imperatorem Conſtantium damnarit,

quod tradit Lapis, adfirmat vulgatus *Anaſtaſ. Biblioth.* ad Felicem II. ſub an. 355. in haec verba, *hic declaravit Conſtantium filium Conſtantini haereticum*; cui adcinit *Rabani* Martyrolog. ad d. 29. Jul inquiens, *hic Felix declaravit Conſtantium filium Conſtantini eſſe haereticum*, itemque ſub eiſdem fere verbis *Mombritius* in vita Felicis.

Scio equidem hoc Anaſtaſii effatum acerrime oppugnari a pluribus Criticis cum *Papebroch.* in conatu chronico-hiſt. ubi de Felice diſſ. 10. p. 56. ſq. & *Bencino* ap. *Franc. Blanchin.* in Anaſtaſ. tom. 3. ſect. 5.. §. 3. p. 27. ſq. eo quod eis verbis haec Anaſtaſius ſtatim addat, *& ſecundo rebaptizatum ab Euſebio Nicomedienſi juxta Nicomediam in Aquilone villa, & per hoc declaratum ejuſdem Conſtanti ... praecepto martyrio coronatur & capite truncatur.* Et vero nec *Hilarius* l. de Synod. ubi univerſa Conſtantii geſta trutinavit, nec *Athanaſius*, nec unus alius ex antiquis, adcuratiſque Scriptoribus Conſtantii rebaptizationem memoriae prodidit; immo Euzojum Arianum Epiſcopum Antiochenum baptizaſſe Conſtantium diſerte ferunt *Athanas.* l. de Synod. p. 698. *Socrat.* hiſt. l. 2. c. 47. *Philoſtorg.* hiſt. l. 6 c. 5. *Niceph.* hiſt. l 9. c. 50.

Quid? quod, ut oſtendit *Henric. Valeſ.* in librum 2. Socrat. c. 13., Euſebius Nicomedienſis denatus eſt an. 342 Conſtantius vero baptizatus an. 360. Conſtat inſuper, quod Conſtantius mortem obierit an. 361. Tauro & Florentio Conſſ. Felix autem an. 365. ut liquet ex *Marcellino* & *Fauſtino* in libello precum ad Impp. (primum edito a Sirmondo in t. 1. oper. poſt p. 229.) ſub initium ferme illorum Auctorum praefationis ad libellum (quam turmatim ſequuntur recentiores cum cit. *Valeſio*) ubi nempe ajunt, Felicem vita functum fuiſſe X. *Kalendarum Decembrium die, Valentiniano & Valente Conſſ* hoc eſt, ex probatiſſimis faſtis, an. 365. Quocirca perabſurde adſerat quis, iſtum illius juſſu ob adſertam declarationem capite plexum fuiſſe. Ex iis vero omnibus cit. *Papebroch.* n. 6. & 7. nullam Titulo noſtro fidem adhibet, quoniam *iſte*, inquit, *haud dubie adceptus eſt ex Catalogo Pontificali, qualem jam inde a Seculi* VI. *initio cum iſtis figmentorum laciniis deſcriptum fatemur.*

His addit *Nat. Alexand.* proxime cit. incredibile eſſe, quod Felix Conſtantium damnaret, tum quia adhuc catechumenus erat; tum quia nemo veterum rem tanti momenti minime praetereundam teſtatur; tum quia ſub ea tempora ſeveritatem illam non exſercebat Eccleſia adverſus Principes, nec debitas ipſis poenas irrogare conſuevit, ne majus inde ſcandalum, damnumque ſuboriretur. Concluditque Titulum noſtrum, quod illam Conſtantii a Felice damnationem ſpectat, falſum eſſe, atque Anaſtaſii temporibus poſteriorem, quaſi indicans eum a Pſeudo-Anaſtaſio exceptum eſſe.

Ceterum in primis non omnia omnino, quae fert vulgatus Anaſtaſius, pro falſis aut ſuppoſitis habenda ſunt, ſed ea duntaxat, quae ex probatiſſimis documentis talia viris eruditis convincuntur. Nec deinde ſemper ac ubique tenet argumentum, quod negans vocant, a ſilentio Auctorum deſumtum, quum ſaepe facile potuerit vetuſtus ali-

quis

quis ab uno vel altero vetuſtiori documento, quod deinde interierit, rem ediſcere. Praefatio inſuper ad libellum precum, mendacibus illis ac virulentis Schiſmaticis Luciferianis Marcellino & Fauſtino toties a noſtratibus adſcripta, mea ſententia, ducibus *Bollandianis* mox citt. a n. 4 plane falſa eſt ac ſuppoſititia; quid enim praefatione, nihil aliud praeferente, quam viperinas calumnias in ſummos Pontifices Liberium, Felicem, Damaſum, immo in totam Romanam Eccleſiam, indigebat libellus tribus Imperatoribus orthodoxis & piiſſimis oblatus Conſtantinopoli an. circiter 390., ac rurſum praefatione, quae ad textum, contextumque libelli nihil omnino conferebat, eique conſeutiebat nihil? Nulla itaque ipſi ceu nothae habenda fides; quocirca quam Valeſius tradit chronologiam ea praefatione innixam circa emortualem Felicis annum, corruere pariter oportet.

Quod praeterea Felix damnarit Conſtantium, non ita capiendum eſt, ut eum publico ſollemnique excommunicationis anathemate percuſſerit, ſed potius quod ex privata ſententia, in vulgus ſubinde romanum ſparſa, Conſtantium adnumerarit, zelo fidei exardens, Arianis haereticis, utpote quibus ceu patronus eximius opem ferebat.

His vero praejactis, in re ſubdifficili & perobſcura ſyſtema noſtrum ceu veri ſatis ſimile jam exponimus. Verba illa vulgati Anaſtaſii quod Felix declaraverit Conſtantium haereticum, hoc eſt ſententia privata in ſenſu mox exhibito, verum habet. Ac merito quidem haec declaratio adſcribi poteſt Felici, cujus zelum pro fide Nicaena ac pro ceteris quibuſque orthodoxam religionem ſpectantibus ex vulgatiſſima fama concelebrat *Sozomen.* hiſt. l. 4. c. 11., nec mirum eum privatim feciſſe declarationem haereſeos Conſtantii, quam publicis ſcriptis emiſerunt *Hilarius, Athanaſ. Ambroſ.* alii, qui tamen omnes Felicianam ſiluerunt, quippe quam, quum privata nec ſcripto tradita fuerit, neſcierunt. Quae vero ſequuntur verba de iterato Conſtantii baptiſmo per Euſebium, quum chronologiae apertiſſime repugnent, ſine dubio ab imperita manu in codicem irrepſerunt.

Quod praeterea Conſtantii ſaltem nutu, vel tacita adprobatione Felix occiſus fuerit, cum chronologia temporum minime pugnat, quum Conſtantius fato ceſſerit an. 361. Felix vero 359. vel 360. nempe paullo poſt ſecundum reditum Liberii P. ab exſilio ad ſuam ſedem, qui ex probata chronologia *Fr. Blanch.* cit. t. 3. p. LXV. fuit an. 359., quia enim poſt hunc Liberii reditum *Felix modico tempore ſupervixit*, teſte *Sozom.* cit. l. 4. c. 15. ſub fin. Ipſius ergo mortem ſuperſtes Conſtantius indicere potuit aut probare. Anne vero res ita evenerit? Porro ſine temeritate ſuſpicari ſaltem poſſumus, perfidos Arianos qui Felicem, forte innuente Conſtantio, ut ſuis faveret partibus exſulanti Liberio ſubrogaverant, teſte *Baron.* cit. an. 357. n. 61. ſe ſe deinceps deluſos intelligentes, martyrio Felicem adfeciſſe, dum hic in ſuo praediolo vitam privatam ſancte ageret.

Quo autem, inquies, martyrii genere coronatus Felix? Nimis porro inexploratum. Sunt qui conjectent cum citt. *Bollandianis* Hagio-

graphis n. 37. capite truncatum fuiſſe: id quod mox vidimus dixiſſe *Anaſtaſium*. Ubi tamen obſerves velim, imperite heic a pleriſque ſibi adtribui pugnantia adſerta, quod primum in Liberio narraſſet, quod *Felix depoſitus de Epiſcopatu, habitavit in praediolo ſuo via portuenſi, ubi & requievit in pace*; nec enim ex ſtilo veterum *requieſcere in pace* cum adcepta Martyrii corona opponitur; quemadmodum ſcite obſervavit *Mabillon.* in epiſt. de cultu SS. ignotor. §. VII. immo paſsim videris inſcriptam apud Epitaphia Martyrum formulam *in pace*, *dormit in pace*, *requieſcit in pace*: ſic enim habent, ut prope innumeros mittam, apud *Boldett.* Titulus SATURNINAE, adjecto vaſculo p. 395. SABBATIAE p. 397. SEBERI & BASSI p. 402. CERVIOLAE & JULII p. 402. JANUARIAE p. 411. SECUNDINI p 415. Ergo ex eo capite ſibi conſtat Anaſtaſius.

Alii vero cum *Frontone* ad d. 29. Jul. ſub fin. & *Pag.* ſeniore in crit. ad an. 357. n. 17. ſuſpicantur, ideo Felicem adpellatum fuiſſe Martyrem, quod multa pro fide Chriſti pertulerit, non vero quod ejus cauſſa fuerit interemtus; idque ex modo loquendi prioribus Eccleſiae Seculis uſurpari ſolito. Nec enim ipſi uni Anaſtaſii teſtimonio adquieſcere audent. Hac autem admiſſa ſuſpicione, probari utcumque poſſet quod *Photius* in excerptis e vita S. Athanas. cod. 258. p. m. 1436. narrat de Felice, quod nempe fuerit caecitate percuſſus & peſte ſublatus; ſi ulteriori tamen, quod penitus deſideratur, id poſſet documento confirmari. Eligat itaque prudens Lector quam voluerit partem, dummodo ratum, fixumque maneat ex dictis, Titulum noſtrum, vel ex Codice Anaſtaſiano, vel ex antiquiore & conſtanti fama, vel ex alio quod adhuc lateat, ſeu jam interciderit, documento exceptum cum veritate rei conſentire, ac Felicem Chriſti Martyrem demonſtrare.

Permultos Felici noſtro & verum Papatum & Martyrium abjudicantes cum *Panvin. Lupo, Baillet. Nat. Alex. Tillemont.* pluribus exagitant laud. *Bollandiani*; ſed in iia tamen vindiciis, ſi quid adſequor, majorem ipſe optarem nervum, quem, reor, iidem oſtendiſſent, ſi plura, certaque ſuppetereot pro cauſſa Felicis documenta, vel robuſtiora licuiſſet argumenta mutuari ex iis quae pro eadem cauſſa primum diſſeruerant adducti *Baron.* & *Franc. Blanchin.*

20 PRIMITIVS IN PACE QVI POST
MVLTAS ANGVSTIAS
FORTISSIMVS MARTYR
ET VIXIT ANNIS P. M.


XXXVIII. CONIVG. SVO

PERDVLCISSIMO BENEMERENTI
FECIT.

Romae erutus ex coemeterio Oſtriano an. 1643. ap. Aring. t. 1. p. 592. ex Joan. Bapt. Maro.

Ob-

Obſervandum in ſingulariſſimo ac pervenuſto Lapide, quod dum fortiſſimum Martyrem & verbis & ſanguinis vaſculo repraeſentat Primitium, formulam illam IN PACE profert, & nomen conjugis, quae Titulum ei dedicat, perplurium exſemplo reticet.



Legito

21 HIC GORDIANVS GALLIAE NVNCIVS (ſive O-
RATOR) JVGVLATVS PRO FIDE CVM FAMILIA
TOTA QVIESCVNT IN PACE TEOPHILA ANCILLA
FECIT

Romae itidem effoſſus e coemeterio S. Agnetis via Nomentana ap. cit. Aringh. p. 599.

Gordianum, nobilem virum una cum univerſa familia pro fide Martyrii palma decoratum exhibet nobis perantiquus Titulus barbaris caracteribus exaratus; qui inſuper voces ſingulas, ſi ΘΗΣ exceperis, latinas reddens, eas graecis ſub notis profert; praebens utique vel ſubſequens exſemplum plurium, quae ſimiliter conſcripta ſunt, Epigrammaton. Sic enim habet Exſempli cauſſa ap. *Aringh.* Epigramma ſepulcrale LIBERAE MAXIMILLAE t.1. p.608. ap *Reineſ.* LEONIS claſ. 20. n. 110. ap. *Boldet.* VITALINAE p. 53. & ALEXANDRI p. 343. & EUMENIAE p. 400. & EUSEBIAE ibid. & GAZEI p. 406. & GEMELLI p. 408. & JANUARIAE p. 419. ap. *Lupium* SEVERAE Martyris p. 5. & THEODORAE ac SUCCESSAE p. 61. & VIVIAE, ANTISTIAE, VENERANDAE p. 62. & MARIAE p. 63. Habemus inſuper in literato Marmore Martyribus dicato formulam illam *quieſcunt in pace*, de qua nuper diſſeruimus.

De Gordiano iſto, cui cum tota familia pro fide glorioſe interemto ſepulcrum ſimul & hunc Titulum Theophila ancilla, quae ſuperfuit, ad perpetuum monimentum poſuit, conjectat, multum vero ſubdubitans, cit. *Aringh* fuiſſe praenobilem virum cum munere legati, ſeu oratoris a Provincialibus Gallis miſſum Romam ad Imperatorem pro ſedan-

dandis bellorum tumultibus, vel reprimenda quam novus Praeſes Chriſtianis perſequutionem moliretur, re autem infecta pro labore in praemium coronam Martyrii adcepiſſe. Quod vero adſerit de munere legati ſeu oratoris, pluribus e ſacra profanaque eruditione congeſtis pulcre illuſtrat.

Aringho non diſſentire videtur *Mabillon.* qui Epigramma integrum recitat in itin. ital. p. 139. quod, inquit, praefert literas Runicas, graecis inſertas, inſigne propterea & fortaſſe unicum ſpecimen veteris Gallorum ſcripturae, *qui in publicis privatiſque rationibus graecis literis utebantur* ut ſcribit *Jul. Caeſar* in comment. l. 6. Credit utique Gordiano Gallo inſcriptum Romae Titulum ab gallo auctore, ſeu more Gallorum. Sed & in ipſo Epigrammate non modo graecos & runicos caracteres mihi videor obſervare, ſed & gothicos & arcadicos, uti ducor ex Alphabetis vulgatiſſimis eorum caracterum, quibus cum hanc ſcripturam contuli. Idem *Mabillon.* pro *Threphila* legendum ſuſpicatur *Tryphila*.

Idem praeterea retulit Marmor, ſatis tamen infideliter, aut indiligenter ex Aringho exſcriptum *Reineſius* Claſſ. 20. n. 91. p. 920. ſtatimque interpretem agens, faſtidioſe rejecta Aringhiana conjectura, hanc e ſuo penu ceu veriſimiliorem profert„ Inſinuant probe expenſi caracteres inſubidi & rudes, non Galliae ſed *Galli Eunuchum* egiſſe illum Gordianum. Intelligendus autem Gallus Caeſar, qui eo cubiculario uſus fuerat. Hic fortaſſis Gordianus Vicarius & Martyr ille eſt, cujus uxorem Marinam Julianus Imp. in pago quodam, quem Aquas Salvias vocant, ruſticorum ſervituti addici praecepit, ut ea ſervitute opprimeretur... nec tamen de homine contendo, etſi officium ejus recte eruiſſe me exſiſtimem.„ Ergo ad ſenſum Reineſii, ubi legit Aringhus GALLIAE NVNCIVS, legendum eſt *Galli Eunucus*, nempe Galli Caeſaris, fratris Imp. Juliani, qui eo cubiculario uſus fuerat; notum autem eſt, ipſo fatente *Dodwello* ubi de paucitate Martyrum, eum Gallum in chriſtianos perſequutionem Deciana longe ſeveriorem excitaſſe. Eſto quidem, in eum modum haec periocha legenda ſit. Undenam vero quae ſubſequuntur eruit Reineſius?

Porro non aliunde quam ex Actis S. Gordiani, ad quae Lectorem remittit, deſcriptis a *Surio* ad diem x. Maji eidem ſacram, quibus plane adcinunt varii pervetuſti mſſ. Codices ap. *Bollandian. Socios* ad ipſum diem in t. 2. Maji a p. 552. In iis vero haec continentur. 1.° Gordianus nuncupatur Juliani Imp. Vicarius. 2.° Gordianus cum Marina uxore ejus, & familia eorum promiſcui ſexus numero quinquaginta tres a B. Januario Presbytero ad fidem converſi ſacris undis abluuntur. 3.° a Juliano Imp. palam corripitur, & Clementiano Vicario ei ſuffecto judicandus traditur & puniendus, cujus tandem juſſu Gordianus, primum plumbatis caeſus, capite truncatur. 4.° interim Marinam uxorem ad Aquas Salvias Julianus relegat. 5.° ſanctum Gordiani corpus unus ex familia ejus cum aliis chriſtianis rapuerunt, ſepelieruntque in

vi

via Latina quaſi milliario plus minus uno ab Urbe Roma. Haec ſummatim Acta, quibus conjecturam ſuam Reineſio ſolide innixam fortaſſe videatur.

Ceterum plura iis reponere liceat. Principio enim ut Acta commendet Reineſius auctoritate Victoris Vitenſis Seculi V. ab illo inquit ea Surium deſcripſiſſe: Surius vero, quin auctorem nominet, ait duntaxat ea ſibi deſcripta *ex MS. egregio codice*; nec ipſa inter opera Victoris penes ullum editorem aut nomenclatorem recitata, vel laudata videris: ea ſaltem reticent ex Editoribus *Bibliotheca PP.* Lugdun. ad Sec. V. in Victore Vitenſi, vulgo Uticenſi; ex Nomenclatoribus vero *Bellarm. Labbe. Oudin. Caveus*, *Dupin.* in eodem etiam Victore. Deinde Gordianus Galli Caeſaris Eunuchus adparet nuſpiam, quemadmodum nec ſimile jugulationis Martyrium totius familiae, quod exprimere videtur Marmor, uti cenſet laud. *Aringh.* cui adcinit *Ruinart.* in praefat. in acta Mart. ſincera §. 2. n. 18., niſi forte hujus ſenſum ita exponas, *heic jacet Gordianus jugulatus pro fide*, & *cum eo jacet ſimul tota familia, quieſcunt in pace*, qui tamen ſenſus multo minus videtur eis vocibus inhaerere. Tum Gordianus, de quo haec Acta, ſepultus eſt in via latina apud coemeterium ſui nominis; noſter vero ad S. Agnetis via Nomentana, e quo una cum corpore Titulus effoſſus eſt.

Denique *Baronius*, Romanae hiſtoriae, ſi quis alter, ſcientiſſimus, in not. ad mart. ad 10. Maji nos admonet, Julianum *poſt adeptum Imperium Romae aliquando fuiſſe*, *nullius probatorum antiquorum auctorum teſtimonio adfirmari*. Acta igitur iſta vel eo ſolum capite quod res iſtas enarrent tanquam Romae coram Juliano agitatas, *primae non ſunt auctoritatis* ap. citt. *Bollandian.* n. 1. immo cuilibet Erudito aut penitus falſa, aut vehementer ſuſpecta ſint, oportet: quocirca ideo fortaſſe & *Ruinart.* inter ſelecta & ſincera Martyrum acta ea minime adnumeraverit.

Ex iis vero plane conficitur, Reineſianam conjecturam tam ruinoſo innixam fundamento, haud magis vero eſſe ſimilem, ac ſit Aringhiana. Porro nec iſta mihi omnino probatur, cui veritas ob inopiam documentorum adhuc in profundo latet. Et vero dummodo Marmor Gordianum verum Chriſti Martyrem probet, id unum pro noſtro argumento ſatis eſto.

22 LANNVS XPI MARTIR

HIC REQVIESCIT SVB

DIOCLETIANO [E. P. S.] PASSVS

Biſſanelli in Tuſcia ſuburbicaria repertus eſt Titulus in lateritio lapide intra tumulum S. Lanni, juſſu Angeli Gozzadini Hortenſis Epiſcopi reſeratum an. 1628. 25. Martii ap. Juſtum Fontaninum in antiquitat. Hortae l. 1. c. 6. n. 1. p. 109. ex ſchedis mſſ. Lanni Leoncini canonici Hortenſis.

Lan-

Laudum primum vocarunt S. Martyrem cum Hortenſibus, quibus ipſe praeclariſſimus juxta ac dilectiſſimus Patronus, Auctores, qui de eo ſcripſerunt, ut puta Scriptor epitomes, exſaratae ſub titulo *Fabricae Hortanae* par. 4. *Philip. Ferrarius* in catal. Sanctorum Italiae ad diem 5. Maji, & in novo Martyrol. ad dies 5. Maji & 5. Auguſti, *Bollandiani Socii* t. 2. Maji ad diem 5. p. 49. Ex hac vero ejuſmodi nominis ratione colligebat Ferrarius Martyrem eſſe gente graecum, germanum vero Bollandiani. Vix tamen noſter adparuit Titulus, conjecturae illae omnes evanuerunt, nomini *Laudus* innixae. Sed & poſtquam *Launum* demonſtravit Inſcriptio, *Bollandiani* in eodem tom. in adpend. ad diem 5. Maji p. 797. (quod Fontaninum plane fugit) conjectarunt, nomen & virum propius ad graecam gentem & linguam adcedere; quoniam & apud Graecos eſt Λα-νὸν κὴρ, quod denotat *pectus bene conſultum*, & cum corpore Martyris quaedam ſcriptura graeca reperta eſt in membrana, quae quum tum a nemine intelligeretur, miſere periit.

Eadem pariter Inſcriptio, quae Sanctum ſub Diocletiano paſſum exhibet, corrigenda jubet ac emendanda Sancti Acta, adferentia paſſum ſub Domitiano, quae nempe cit. *Ferrar.* exſcripta tradidit ex *Fabrica Hortana* par. 4. Quid vero? Monemur tandem ab cit. *Fontanino*, quod Fabrica haec Hortana nihil aliud ſit, quam *rudis atque indigeſta rerum ſibi minime cohaerentium farrago Seculo* XVI. *in unum compacta* ſtudio & opera cujuſquam rerum & temporum imperiti. Id quod citt. *Bollandiani* p. 49. ex traditis a Ferrario illico ſubodorati ſunt; quin immo Ferrarius idem in hiſtoria, quam ex ea Fabrica recitavit ſcopulos, nodoſque reperit, quos difficile ſolveris: quo circa parvam aut nullam ejuſmodi Acta merentur fidem apud Bollandianos.

Tres eas literas, quas in laterculo inferiori Titulus inſcriptas praefert *E. P. S.* canonicus *Leoncinus* ap. Fontanin. p. 110. & *Andreas Guidi de Soriano* publicus Notarius, ap. Bolland. p. 797. ſic interpretati ſunt, *Eutitius Presbyter Sepelivit*; quod Guidius intellexit, ſuſpicor, de S. Eutitio Martyre, qui Soriani in Faliſcis colitur; cujus nempe Sancti curam in ſepeliendis chriſtianorum corporibus ex traditione majorum commendat; quin immo eidem curatam refert noſtri Martyris ſepulturam. Profecto ſi re intelligat Guidius S. Eutitium iſtum Presbyterum & martyrem, toto coelo a veritate aberrat; hic enim, uti ferunt Acta mſſ. Eccleſiae Viterbienſis ap. *Bolland.* t. 3. Maji ad diem 15. p. 460. & monumenta Eccleſiae Hortenſis & Soriani ap. cit. *Ferrar.* ad ipſum diem p. 282. ſq. paſſus eſt ſub Claudio Imperatore. Quis autem hic Claudius ante Diocletianum, ſub quo Launus martyrio potitus eſt ac ſepultura? Claudius I. regnavit ab an. Chr. 41. ad 54. & Claudius II. ab an. 268. ad 270. quatuordecim ante Diocletianum annos. Quod ſi alium intendat Eutitium, quis ille tantae pietatis vir, qui apud ſacros faſtos nec colitur nec commemoratur?

At eſto, hic alius Eutitius eximia in ſepeliendis chriſtianorum corporibus caritate praeſtans aliquando ſub priſcis perſequutionibus inclaruerue-

Digitized by Google

ruerit; undenam vero, ſi ulteriora non ſuppetant documenta adfirmare liceat, eum ſub eis ſiglis intelligi curaſſe Lanno ſepulturam? Eodem quidem jure poſſis eas ſic interpretari *Euſebius Presbyter Sepelivit*, vel *Eſt Populi Salus*, & aliter millies. Hinc mihi minus laudandus *Fontaninus*, ubi ſiglarum interpretationem de hoc alio Eutitio intellectam, quum dicit *haud reſpuere*, nimis adprobare videtur. Maneat itaque occluſum ſub ipſis myſterium, donec uberior ei aperiendo lux adfulgeat.

Quod denique Tituli aetatem ſpectat, antiquiſſimus ille quidem videtur. Num vero proxime poſt martyrium Lanni inſcriptus & una cum corpore in tumulum illatus; aut ſerius quum hic alias fortaſſe ante Gozzadinium Epiſcopum reſeratus fuerit, e nullo antiquitatis monimento perdiſcere licuit. De S. Lanno nonnihil *ſupra* praemiſimus ad T. IV. p. 454. ſq.

23



CANDIDVS
COIVGI SVI
BELLINE



Romae una cum corpore fortiſſimae Matronae repertus in coemeterio S Hermetis an. 1727. a Marangonio, ipſo teſte in adpend. ad acta S. Victor. p. 121. Exſcripſi.

Duplici tum cruenta phiala notabatur Bellinae martyris ſepulcrum, alia quidem extra loculum adfixa, alia vero ſepulcro eidem incluſa. Exſtant modo ſacrae martyris oſſa & cineres in Collegio Romano apud domeſticum ſacellum, in quo Angelicus Juvenis divus Aloyſius Gonzaga emenſo aſcetici tirocinii biennio votis ſe religioſis obſtrinxit. Requieſcunt vero ſacra lipſana ſub altari Divae Virgini ſacro, in perpulcra urna cryſtallina occluſa & ſigillata: & pone iſtam legitur praefatus Titulus, coeruleo marmori impreſſus, literis rubrica tinctis & valde inaequalibus, prout illa priora chriſtianorum ſecula ferebant. Titulum quoque recitavit *Lup.* in èpit. S. Sev. p. 53.

Feſtum S. Bellinae m. ſacrum celebratur in collegio romano ad d. 17. Jul. cum Officio dupl. min. de communi ſanctae martyris tantum ex Indulto Benedicti P. XIII. 16. Februar. 1729.

24

VITALINI. MERENTI. IN P.
VIXIT ANNIS VIIII. M. VIIII.
D. XVII. PAR. FEC. DEP. IIII. K. MAR.



Romae olim effoſſus e coemeterio S. Saturnini ap. cit. Marangon. p. 83.

En tibi Vitalini, quem duo magna vaſcula vitrea ſanguine reſperſa ſimul unita Martyrem notant ac depraedicant, in tenerrima novem annorum aetate pereximiae Fortitudinis monumentum. Nec unum hoc eſt adeo mirandae virtutis exemplum, quod e Romanis cryptis reperere licet. Inde ſiquidem habemus vaſculo inſignitos Martyres DOMI-

TIVM QVI VIXIT ANN. VIIII. ap. *Aringh.* t. 1. p. 593. PROCVM QVI VIXIT ANN. VIIII. ap. *Marangon.* cit. p. 88. LEONEM QVI VIXIT ANNOS VII. ap. eundem p. 115. BENERVM QVI VIXIT ANN. VII. ap. ipſum p. 116. BASSVM QVI VIXIT ANN. VII. ap. *Boldet.* p. 402.

Sed & iis conſimilia exſempla complurima nobis offert antiquitas apud ſacros Martyrum faſtos. Siquidem CYRILLUS *puer* Martyrium fortiſſime ſubiit Caeſareae in Cappadocia, uti referunt ejus acta ap. *Bolland.* ad diem 29. Maji in t. 7. Menſis p. 17. ſq. JUSTUS praeterea *puer*, aliis JUSTINUS in Territorio Belvacenſi, qui colitur die 18. Octobr. ap. *Surium*, *Mombrit. Martyrol. Rom.* ad hunc diem. Tum BARULA, aliis THEODULUS, ſeptennis *puer*, Antiochiae ap. *Prudent.* in hymno 10. *περὶ στεφανῶν* & *Mombrit.* t. 2. in actis S. Romani ex codd. mſſ. pervetuſtis; quemadmodum & Romae GOSVVINUS *puer* ap. *Bollandian.* t. 5. Maji ad diem 22. p. 130. ſq. Tum JUSTUS annorum VII. & PASTOR ann. VIIII. germani fratres Complnti, ex communi Scriptorum Hiſpanorum ſenſu, quem praeter alia confirmare videtur *Pius* P. V. in Brevi ad Epiſcopos Oſcenſem & Jacenſem dat. an. 1567. 12. April. URBANUS itidem, PRILIDIANUS, EPOLONIUS Antiochiae, qui nempe *pueri* & *infantuli* adpellantur in Actis Martyrii ap. *Bolland.* t. 2. Jan. ad d. 24. p. 570. Plures inſuper tenelli *pueri* Gothi in Gothia ſub Athanarico ap. *Sozomen.* hiſt. l. 6. c. 37. Graeci demum, ut plurimos mittam, ad diem IV. Septembris colunt LXXX. *pueros*, qui cum Babyla eorum magiſtro Martyrii palmam Nicomediae adepti ſunt ap. cit. *Bolland.* n. 6. Iis quidem tenerrimis juxta ac conſtantiſſimis fidei Martyribus novo quodam atque mirando Omnipotentis Dei miraculo Deus idem fortitudo fuit.

25 EVTYCHIVS. MARTYR. CRVDELIA. IVSSA. TYRANNI
CARNIFICVMQ. VIAS. PARITER. TVNC. MILLE. NOCENDI
VINCERE. QVOD. POTVIT. MONSTRAVIT. GLORIA. CRISTI
CARCERIS. INLVVIEM. SEQVITVR. NOVA. POENA. PER. ARTVS
TESTARVM. FRAGMENTA. PARANT. NE. SOMNVS ADIRET
BISSENI. TRANSIERE. DIES. ALIMENTA. NEGANTVR
MITTITVR. IN. BARATHRVM. SANCTVS. LAVAT. OMNIA. SANGVIS
VVLNERA. QVAE. INTVLERAT. MORTIS. METVENDA. POTESTAS
NOCTE. SOPORIFERA. TVRBANT. INSOMNIA. MENTEM
OSTENDIT. LATEBRA. INSONTIS. QVAE. MEMBRA. TENERET
QVAERITVR. INVENTVS. COLITVR. FOVET. OMNIA. PRESTAT
EXPRESSIT. DAMASVS. MERITVM. VENERARE. SEPVLCHRVM

Extra Urbem in S. Sebaſtiani ad Catacumbas, via Appia.

Fa-

26 *Fam*A REFERT SANCTOS DVDVM RETVLISSE PARENTES
*ag*NEN CVM LVGVBRES CANTVS TVBA CONCREPVISSET
*n*VTRICIS GREMIVM SVBITO LIQVISSE PVELLAM
SPONTE TRVCIS CALCASSE MINAS RABIEMQ TYRANNI
VRERE CVM FLAMMIS VOLVISSET NOBILE CORPVS
VIRIB. IMMENSVM PARVIS SVPERASSE TIMOREM
NVDAQVE PROFVSVM CRINEM PER MEMBRA DEDISSE
NE DOMINI TEMPLVM FACIES PERITVRA VIDERET
O VENERANDA MIHI SANCTVM DECVS ALMA PVDORIS
VT DAMASI PRECIB. FAVEAS PRECOR INCLYTA MARTYR

Extra Urbem in S. Agnetis , via Nomentana .


Bina haec inſignia Epigrammata , a S. Damaſo P. qui ſedit ab an. 366. ad 384. , concinnata , ex autographo marmoreo adcuratiſſime juxta ac fideliſſime deſcripſit ſecundum exſemplar Cl.V. *Franc. Perezius Bayerius* , nobilis Valentinus, & in vulgus emiſit in adpend. ad part. 1. diſſ. cui titulus , *Damaſus & Laurentius Hiſpanis adſerti & vindicati* p. 54. idemque pauculas , quae in archetypo ſecundo deerant , literas ſapienter ſupplevit poſt *Marangon.* a quo iſtud an. 1728. detectum fuiſſe dicitur , in adpend. ad Acta S. Victorini , ubi de autographo inſcriptionis S. Damaſi , p. 138. Idem porro Epigramma , quod indicavit *Baron.* in Martyr. rom. ad d. 21. Jan. , poſt *Sarazaninum* ediderat *Merenda* ubi de Damaſi carminibus §. 2. n. 13. , at minus tamen adcurate : quod cit. *Bayerius* aperte demonſtravit .

Jam vero in utroque Lapide expreſſum *Martyris* nomen & praeconium habes , immo & compendium paſſionis utriuſque Martyris . Primum Lapidem ediderat pridem *Baron.* in Martyr rom. ad d 4. Febr. S. Eutychio ſacrum , ac deinceps ex eodem *Bolland.* ad ipſum d. tum *Sarazan.* & *Meren.* Atque ipſum quidem literatum Marmor haberi poteſt in ſupplementum Actorum Eutychii , quae , nobis cum Baronio dolentibus , exciderunt .

Quod deinde alterum ſpectat titulum , hic in pluribus convenit cum Actis S. Agnetis chaldaicis , quae *ſupra* indicavimus in Supplem. p. XLIII. quo quidem Acta eadem potiorem ſibi vendicant auctoritatem. Damaſus quippe haec in Urbe ſcripſit eodem ſeculo, quo Agnes ibidem Martyrium conſummavit . Idcirco valde pronum eſt ea de hoc Martyrio memoraſſe , quae vel ex Actis latinis tum recentibus , mox deperditis , vel ex vulgari , certa , & recentiſſima fama didiciſſet . Nec ul-

lus quidem dubito, quin Sanctus in hoc pietatis ſuae voto, poëtica uſus licentia nihil omnino finxerit, aut exaggerarit.

27



DECENTIVS IN PACEN
QVI BIXIT ANNIS. V. MENSES VI. DEPOSITVS
DIE XIV. KAL APRILES ♡

Romae e coemeterio Gordiani ap Boldet. p. 345.

Titulus una cum corpore S. Martyris exſtat modo in ſacello S. Roſarii apud Eccleſiam S. Sabinae ſupra Aventinum, cui haec ſacra pignora conceſſa ſunt an. 1715. eodem teſte *Bold.*

Hujuſce infimae aetatis Martyres *infantuli* cruento vaſculo notati recenſeri poſſunt plurimi ex eiſdem Romanis cryptis, ſi fides ſit earum perſcrutatoribus ac interpretibus. Exempli cauſſa ap. *Boldett.* TIBERIA QVE VIXIT ANNIS QVINQVE p. 363. ANASTASIVS QVI VICXIT. ANNO. VNO. ibidem, SERENILLA QVAE VIXIT ANNVM VNVM p. 365. BONIFATIA QVE VIXIT ANIS III. ibidem. CANDIDA BIXIT ANVOS V. p. 366. DOROTHEVS QVI VIXIT AN. VI. p. 372. FLORES BIXIT ATNIS. IIII. p. 396. AVRELIVS REFRIGERIVS VIXIT ANNORV IIII. p. 432. DOROTHEVS QVI VIXIT M. VI. D. XX. OR. IIII.

Tum ap. *Aringh.* ad tom I. EMILIANVS QVI VIXIT ANNO VNO p. 592. ANASTASIVS QVI BIXIT ANNOS TRES p. 593. CRESCENTION Q. V. A. IIII. & THEODOTENE QVE VICXIT AN DVOS & FILIVS MEGE*ti* & HIP*polytae* QVI BIXIT PLENOS ♡ AN ♡ II. p. 596. CEPASIVS VIXIT ANN. VI. p. 597. Poſtremo ap. *Marangon.* cit. LAVRENTIVS QVI. VIXIT. AN. II. p. 85. ROMVLVS V. A. III. p. 109. VINCENTIA VIXIT AN. II.

Quid vero, clamitas cum Novatoribus, infantulos rationis uſurae expertes, inter eos reponimus Martyres, qui Deo pleni, & totis animis conſumtam ſuppliciis vitam conſecrarunt? Sed eo tamen jure nos heic cum Eccleſia Romana ſentire & agere iterum iterumque conſtituimus, quo eadem Innocentes Pueros ab impio Herode occiſos ore pleno Martyres vocat & colit, ceteriſque Martyribus ſub eodem adnumerat choro: videlicet pia quadam diſpenſatione, qua eos hoc nominis cultuſque genere ſibi venerandos proponit, qui in odium Chriſti Domini recens nati gladio jugulari ſunt; ex mox differendis ubi de re Liturgica. Haud diſpari ergo ratione Decentium, ceteroſque laudatos Infantulos cum Romana Eccleſia conſimili nomine, cultuque proſequimur; quia nempe

pe quum cruento vaſculo, ſicut ceteri natu majores Martyres a primaevis chriſtianis inſigniti reperiantur in loculis, pro certo habemus, eos dum ſaeviores furerent in Eccleſiam perſequutiones, in odium chriſtianae fidei ab inhumanis lictoribus una cum parentibus, aliiſve natu grandioribus trucidatos fuiſſe, atque innocuo ſuo met ſanguine purpuratos; non ſecus quidem ae in Thebaide conſimilibus *parvulis* eveniſſe refert *Euſeb.* hiſt. l. 8. c. 9. Ac iſtud quidem jure nuncupabimus inferius *Martyrium parvulorum*.

Ceteros utriuſque ſexus natu grandiores Martyres, Titulo & cruento vaſculo demonſtratos, e Romanis conditoriis effoſſos, ingentiſſimo dabunt numero praelaudati *Aring. Boldet. Marangon.*

28 MARCELLA ET CHRISTI MARTYRES

CCCCCL



29 RVFFINVS ET CHRISTI MARTYRES

CL MARTYRES CHRISTI



Romae olim in coemeterio Calliſti repertae ſunt ambae Inſcriptiones ab Abbate Creſcentio, teſte Boldet. p. 232. *ſq. ex Aringho.*

Profecto ii duo prae primis Tituli ingentem demonſtrant Sanctorum numerum, qui glorioſam Romae mortem pro fide Chriſti oppetierunt. Sed & ex vetuſtis aliis diverſi generis documentis propemodum innumeros adjicere iis liceret, quos effoſſi Lapides protulerunt; puta ex Actis ſinceris ipſorum Martyrum, hiſtoriis probatiſſimis, Kalendariis, Martyrologiis, Sacramentariis. Et certe, uti ex monimentis ejuſmodi obſervare licet, una Roma mactandis olim Chriſti ovibus generale quaſi macellum conſtituta videtur, quoniam aut pagani Imperatores, aut Urbs Praefecti perpetuam in ea Chriſtifidelium carnificinam exercuiſſe leguntur. Sic enim, ut alia praetereamus, adnotatum comperimus in *notitia de olea Sanctorum Martyrum, qui Romae in corpore requieſcunt*, quam ex autographo Mediolani exſcripſit ae diſquiſitione illuſtravit *Murator.* t. 2 anecdot. p. 191. ſqq. & deinceps ſuum in commentarium de actis Mart. retulit *Ruin.* p. 543.

Videlicet, *Sancti Jaſonis & alii Sancti multa milia* .... Tum *Sanctae Agnetis & aliorum multorum Martyrum* ... Item *Sancti Cornelii & multa millia Sanctorum* ... Praeterea *Sanctus Blaſtro & multorum Sanctorum, ſed & aliis Sancti, id eſt* CCLXII. *in unum locum, & alii* CXXII. *Alii* XLVI.

XLVI. *quos omnes ſanctus Juſtinus presbyter collega ſancti Laurentii martyris ſepelivit .... Demum Sancti Philippi & aliorum multorum Sanctorum*. Haec praeter alia recenſita Martyrum nomina, in eo indiculo, conſcripto, ut videtur, ſub tempora Gregorii M. qui olea eorum Martyrum miſiſſe dicitur ad Theodelindam Reginam. Legito laudatam *Muratorii* diſquiſit. & *Boldett*. l. 1. c. 23. & 26. Jure itaque occinere potuit olim *Prudent*. in l. de coronis hymn II. hunc in modum,

Innumeros cineres ſanctorum Romula in Urbe
Vidimus o Chriſti Valeriane ſacer.
Inciſos tumulis titulos, & ſingula quaeris
Nomina? Difficile eſt ut replicare queam.
Tantos juſtorum populos furor impius hauſit
Quum coleret patrios Troia Roma deos.
Plurima literulis ſignata ſepulcra loquuntur
Martyris aut nomen, aut epigramma aliquod.
Sunt & muta tamen tacitas claudentia tumbas
Marmora, quae ſolum ſignificant numerum.
Quanta virum jaceant congeſtis corpora acervis,
Noſſe licet, quorum nomina nulla legas.
Sexaginta illic defoſſas mole ſub una
Relliquias memini me didiciſſe hominum,
Quorum ſolus habet comperta vocabula Chriſtus „

Eximium plane, quod multa continet argumenta praeclara, Chriſtiani Vatis teſtimonium!

Neque hanc in rem praetereundus *S. Leo* M. quem aliquanto recentius ſic alicubi declamaſſe memini in ſerm. I. de Natali Apoſtoll. „ Unde duo iſta praeclara divini ſermonis germina in quantam ſobolem germinarint, beatorum millia Martyrum proteſtantur, qui apoſtolicorum aemuli triumphorum Urbem noſtram purpuratis & longe lateque rutilantibus populis ambierunt, & quaſi ex multarum honore gemmarum conſerta uno diademate coronantur „

Quod ſi ex Urbe Roma, ducibus certis aut longe veriſimilibus documentis, ad ceteras tranſeamus mundi plagas, quas Athletae ſimiles, ſub generalibus decem, vel ſub aliis perpluribus privatis in Eccleſiam perſequutionibus pro Chriſto Martyrium paſſi decorarunt, dies nos deficiet, ſi infinitum eorum pugilum numerum recenſere adgrediamur. Id quod jam ſua aetate *Gregor*. hom. 27. in Evang. innuere viſus eſt in haec verba, *totum mundum, fratres, adſpicite, martyribus plenus eſt: jam pene tot qui videamus non ſumus, quot veritati teſtes habemus*. Idemque aliis vocibus multo pridem edixerant *Iren*. l. 4. c. 64. *Cypr*. l. de exhortat. martyr. c. 11. *Lactant*. l. 1. inſt. c. 11. *Paullin*. in natal. II. S. Felicis, *Auguſt*. ſerm. 4. de temp. & ſerm. 300. qui eſt de Martyribus, & alias ſaepiſſime.

Porro ſi Martyrum ſinceris Actis, probatiſque priſcorum Patrum teſtimoniis, quibus laud. *Ruinart*. diſperſe utitur, fides ſit, merito ſtatuen-

tuendum eſt, ut minores taceam numeros, & in AEgypto, & in Perſide, & in Palaeſtina, & in Africa, & in Nicomedia, & in Mauritania, & in Cappadocia, & in Galliis, & in Hiſpaniis; Caeſarauguſtae praeſertim, *innumeros* olim inclaruiſſe pugiles Martyrii laurea praefulgentes; videlicet aut multa eorum millia, vel ſaltem centena plura; & ex iis quidem permulti violenta morte ſublati, alii vero duriores carceres, exſilia, mutilationes, aliave ſaeviora ſupplicia pro fide Chriſti conſtantiſſime paſſi; hos etenim omnes Martyris nomine & cultu donare vetus conſuevit Eccleſia; uti pluribus oſtendit *Caſtus Innocens Anſaldus* in diſſ. ſingulari de Martyribus ſine ſanguine, poſt *Raynaud.* in comment. de Martyrio per peſtem.

Inolitam hanc catholica in Eccleſia traditionem de innumerabili ſuorum Martyrum numeroſitate primum impetere viſus eſt *Panvin.* in not. ad Platinam de vitis Pontific. in Hygino p. m. 19. ubi & vulgatum Anaſtaſium notat, quod, ceteris tacentibus Scriptoribus, Pontifices omnes a S. Petro aduſque Silveſtrum Martyres dicat, & vulgari opinione mitiores adſerit aliquot Imperatorum Romanorum in Chriſtianos inſectationes, ſaltem quod ſpectat univerſam poenam capitis. Id ipſum deinceps vehementiſſime comprobare perrexit e Proteſtantibus *Henric. Dodwellus*, Oxonienſis Profeſſor, integra, prolixaque diſſertat. Cyprianica XI. de paucitate Martyrum, ubi ex paucitate & clementia, quam ipſi vulgo adfectabant, perſequutorum Principum; ex parvo numero dierum, quibus pro moribus Romanorum ſupplicia reis infligenda quotannis adſignabantur; ex inopia documentorum, quae referre poſſint ſincera quorumcumque, prout circumferuntur, Martyrum infinitorum acta, concludit, eorum copiam vulgari opinione longe minorem eſſe, ſubinde Auctores, qui Kalendaria & Martyrologia immanem illam numeroſitatem proferentia conſarcinarunt, peregregie falli & fallere. Sic ille.

Audacem Dodwelli opinionem illico confutarunt Noſtrates, *Pag.* ſenior in crit. Baron. ad an. 64. *Murat.* in cit. diſquiſit. *Mabillon.* in itin. Ital. p. m 136. ſq. *Boldet* l. 1 c. 22. & alias tacite, at prae ceteris *Ruinart.* in praefat. ad acta ſinc. Mart. & *Anſald.* in diſſ. 1. de cauſſis inopiae veterum monumentorum pro copia Martyrum dignoſcenda, ac in diſſ 2. de Martyrio ſine ſanguine, quo ingentiſſima Sanctorum hominum multitudo pro confeſſione fidei conſumta eſt. Ex iis autem *Ruinart.* pluribus demonſtrat & majorem, ſaevioremque perſequutorum numerum, & eorum inſectationes ampliſſimas juxta atque acerbiſſimas fuiſſe: dat ille quidem cum *Baron.* ac ceteris vulgo *Martyrolographis*, ſollertiſſimos fuiſſe primaevos fideles in conſcribendis Martyrum actis; at haec tamen, reponit, tum alias juſſu Praeſidum ſuppreſſa, tum demum pleraque fuiſſe deperdita ſeu periiſſe, quum deſaeviente Diocletiani furore libris omnibus, atque adeo eiſdem ſacris actis bellum indictum eſt.

Anſaldus vero alia adrepta ſemita, ut Dodwellum, quem nondum ſatis oppugnatum inquit, acutius, immo penitus confodiat; duo ſibi con-

conficienda ſuſcipit. Primum nempe aliam, & unam quidem, eſſe probat cauſſam inopiae documentorum pro copia Martyrum dignoſcenda, nimirum ſummam, qua fideles laborabant ea conſcribendi incuriam, ſeu potius difficultatem, ſub eiſdem una cum Martyribus perſequutionum anguſtiis, aerumniſque conſtituti: ubi & acriter ii perſtringuntur, qui vulgo exſiſtimant cum Baron. in praefat. ad Rom. Mart. c. 3. conſcripta pridem acta Martyrum in Diocletianea inſectatione excidiſſe, quae nempe *ſacris* duntaxat codicibus, hoc eſt Sanctis Bibliis bellum indixerit. Totus deinde eſt ut probet, confirmetque, magnum eorum, qui in perſequutionibus Chriſtum conſtanter confeſſi ſunt, numerum, Martyrium ſine ſanguine, aut poena capitis conſummaſſe, quin propterea Martyrum nomen, cultumque non retinuerint: quocirca quod undequaque cruentae vel ſanguinariae non fuerint perſequutiones, non impedit quominus ampliſſimae fuerint, Martyrumque ſaltem ſine ſanguine feraciſſimae: hinc vero cadit tota Dodvvellus cauſſa; quia nempe dum paucitatem Martyrum exaggerat, eos duntaxat intelligit, qui ſub cruentis perſequutionibus capite plexi ſunt, falſo utique ſecum reputans, non niſi ejuſmodi pugiles ceu veros *Martyres* catholica in Eccleſia celebrari, & apud noſtra Martyrologia *referri*. Haec ſummatim in utraque diſſertatione diſputavit *Anſaldus*; iiſque prorſus convictum, devictumque declamavit Dodvvellum.

Et vero ſi eruditiſſimo juxta ac ingenioſiſſimo Viro quidquam reponere liceat, dum illam inopiae documentorum cauſſam pro copia Martyrum dignoſcenda, indicatam, ut inquit, a Cl. *Orſio* in diſſ. pro orthodoxia SS. Perpetuae, Felicitatis & Socc., tanto acumine promovere ſtudet, fortiora dat arma Dodvvello, nobis detrahit. Si enim fideles, dum ſaevirent perſequutiones, ita fuerint indiligentes aut impotes conſcribendis Martyrum actis quae ipſi viderant, vel oculatis ab teſtibus ediſcere poterant, nullo adducetur argumento Dodvvellus, quo fateri cogatur non fabulari Martyrologia, dum ſine probatiſſimo ex illis temporibus deducto teſte tantam Martyrum vel cum ſanguine, vel ſine ſanguine copiam paſſim adnuntiant. Immo id jure ipſi ulteriori erit probatione, qua Martyrum acta, ceu ſincera ab noſtratibus adenratioribus propoſita, ceu ſpuria convellat: quo augeat difficultates adverſus ea ſcripta ab pleriſque hypercriticis objectas. Nec nobis inſuper eo admiſſo ſyſtemate fas erit libere expediteque eadem amplecti acta, tanquam ſincera Bollandianis, Ruinartio, aliiſque recitata; quippe quae paſſim ſuſpicari poſſimus, minime ſub ea Martyriorum tempora ab oculatis, vel auritis teſtibus exarata fuiſſe vel deſumta, immo potius ſub alia longe poſteriora ex populari quavis fama imperite conficta.

Merito quidem *Anſaldus*, plurium auctoritate munitus in diſſ. 1. p. 68. ſqq. eos perſtringit, qui putarunt Diocletianeam perſequutionem in alios quoslibet bellum indixiſſe codices eccleſiaſticos, qui *ſacri* non eſſent, hoc eſt *Scriptura ſacra*, vel *ſancta biblia*; id tamen licet Dodvvellum cum multis ſentientem offendat, nihil tamen premit quantum

ad

Digitized by Google

ad praecipuum ejus ſcopum de ſumma documentorum inopia; immo potius eum confirmas, dum probas in eo Diocletianeo incendio nullum de actis Martyrum codicem intercidiſſe.

Quum denique ut nodum iſtum, ſatis quidem implexum, examuſſim diſſolvat aut exſcindat *Anſaldus*, pro fide exhibenda innumerabili Martyrum numero, etiam data hypotheſi de ſumma documentorum inopia, provocat ad traditiones Eccleſiarum, quae ſanctis quibus libet Martyris titulum, cultumque immemorabilem deferunt; nihil plane apud Dodvvellum proficit, quippe qui perpetuo regeret, ejuſmodi populares traditiones; utpote certis, aut veri longe ſimilibus Sanctorum, qui coluntur, actis minime innixas, aut falſas eſſe, aut ſaltem incertas, ſuſpectas aut dubias; e quibus propterea theſis ſolida atque indubia de tanta Martyrum copia concludi nequeat & propugnari. Parum inſuper aut nihilo ea ſolutione urgebis Oxonienſem Profeſſorem, qui fortaſſe ex inſtituto ſectae ſuae vim omnem alias adimit quibuſque eccleſiaſticis Traditionibus comparate ad articulos fidei; qui enim iis divinam fidem inniti poſſe deneget, perſimili ſaltem jure fidem illis humanam abjudicaverit.

Orthodoxos praeterea ſapientes, qui praemaximam Martyrum multitudinem ſubſtinere velint, eis ademto uberiorum actorum fulcro, cogit acutus Auctor captivare intellectum in obſequium ejuſmodi popularium traditionum; quemadmodum & eos captivare compellit ſacra traditio, quum ex ea tota pendet divinae revelationis cognitio: quod quidem nimis arduum, durumque videtur.

Iis itaque omnibus adcurate perpenſis, putaverim ego, ſi quid adſequor, adpoſite Anſaldum, quo revincat Dodvvellum, in praemaxima illa, quae adſeritur, Martyrum copia, referre adnumeratos quoslibet indiſcriminatim, vel cum, vel ſine ſanguine pro confeſſione fidei conſumtos, quos nempe Martyris titulo & cultu catholica reveretur Eccleſia: minus autem adpoſite amplificare rationes pro inopia documentorum, quas *Bollandiani*, *Ruinart.* et alii, qui acta Martyrum ſincera exquiſito labore comparata, probataque produxerunt, dignius elevare contendunt. At de iis ſatis.

Ceteros ingenti numero Lapides, ſanctis dicatos Martyribus cruenta phiala notatos, e Roma ſubterranea effoſſos, avide quaerenti offerent ejuſdem *Interpretes* toties laudati, *Aring. Boldet. Marangon.* Quin etiam ex iis *Boldet.* ubi l. 2. capp. 19. 20. diſſerit de aliis permultis coemeteriis vetuſtis in pleriſque provinciis extra Urbem repertis nonnullas adfert tabulas cum inſcriptis aliquot Martyrum nominibus. Num vero eas omnes diligens Auctor ab adcuratis Scriptoribus aut relatoribus exceperit, valde mihi dubium. Saltem hic ſuus corrigendus Lapis, quem fortaſſis ex *Andrea Ferrario* de coemeterio Nolano, vel ex Ughell. in Ital. ſacra t. 6. de Nolanis Epiſcopis §. 17. ſub fin. exſcripſit. Nimirum *Boldet.* l. 2. c. 19. p. 608. ubi diſſerit de celeberrimo illo S Felicis in Pincis

coemeterio hanc adfert Inſcriptionem ſepulcro S. Reparati adfixam,

DEP. SANCTI MARTYRIS REPARATI DIACONI

ANN. DXIII. KAL. NOVEM. XII. IN PACE

RAS. NIVC

Ubi quidem *Sancti Martyris* pro *Sanctae memoriae* perperam ſcribitur, uti diſcimus ex teſte oculato *Remondinio* in hiſt. Nolanae Eccleſiae tom. 1. l. 2. c. 25. p. 510. ubi ſic Marmor examuſſim deſcribere teſtatur

DEP. SANCTE. M. REPARATI

DIAC. DPS. D. XIIII. KAL. NOBEMB

XII. P. C. BASILI. V. C. ***A. C. 547. 19. OB.***

Neque vero uſpiam de martyrio hujuſce Sancti Diaconi; aut de cultu eidem ceu Martyri adtributo conſtare videtur. Ecquid autem mirari jubeat decipi quemlibet in hoc genere Auctorem, qui Marmor oculis non obſervet? Sed & huic aliud ejuſdem generis exſemplum ſubjicere placuit laudato *Remondinio* ex eodem coemeterio. Titulum nempe ſepulcralem, qui in marmorea tabula ibidem legitur, S. Aureliani Epiſcopi Nolani V. alias III. quem ex autographo ita ſcribendum jubet idem Hiſtoricus.

✠ ***DPS. SANC. M. DMN***

AVRELIANI. EPISC. IN PACE

QVI. BIXIT. ANNS

PL. M. LXXX.

SEDIT. ANN. XXXVIII.

DP. ES. OCTABV. KAL. AVG.



Hunc autem Titulum *Capaſſ.* in hiſt. Neap. l. 2. c. 29. p. 892. ſic recitat *D. P. S. SANC. M. D* &c. pariterque ex eodem *Reines.* claſſ 20. n. 27. Sic cit. *Boldet.* p 609. *DEP. SANCT. M. DOMINI AURELIANI* &c. Sic demum poſt *Ferrar.* ubi de coemet. Nolano c. 9. *Ughell.* proxime adpellatus §. 3. + *DPS. SANCT. MAR. DNI* &c. ſcilicet *depoſitio ſancti Martyris domni*, *aut domini Aureliani* &c. quoniam, ut ipſe proxime ajebat, *pro Chriſto martyrio coronatur.* *Tum Reines.* interpretatur τὸ *Sanc. M Sanctae memoriae*. At *Capaſſ.* & *Bold.* nullam Titulo adjiciunt expoſitionem.

Sed en tibi *Remondinium*, qui eadem pag. 510. rurſumque p. 594. alto ſupercilio vellicat Ferrarium & Ughellum, quod in Epigrammate ſcripſerint ac intellexerint *SANCT. MAR.* hoc eſt *Sancti Martyris*. Quoniam, inquit ille, interpretandum eſt *SANCTAE MEMORIAE*, ſicuti in aliis pervetuſtis Epitaphiis ſiglae *S. M.* vulgo exponi conſueverunt: tum quia τὸ *IN PACE* una cum typo columbae oleaginam prae-

praeferentis denotant abs dubio, S. Aurelianum, olim in perſequutione Severi aut Maximini pro confeſſione fidei graviſſime ſauciatum, mortem ad extremum obiiſſe in pace, hoc eſt tranquillum, quietum, nullo adactum Martyrii cruciatu, verbo, e vivis exceſſiſſe Martyrem ſine ſanguine: quodnam quippe, inquit, hujuſce pacis expreſſius ſymbolum, ubi praeſertim nullum aliud de ſublato Martyrio adparet ſignum, quam ſit columba haec cum ramuſculo olivae?

Ego tamen in praeſentiarum nec Ferrarium & Ughellum interpretantes reprobo, nec vellicantem Remondinium probo. Siquidem ubi conſtat de antiquo Martyris cultu, tributo apud Nolanam Eccleſiam Aureliano, quem cum laudatis *Capaſſo*, *Remeſio*, *Ferrario*, *Ughello*, idem fatetur Remondinius, nihil ſane prohibet, quominus abs re ſit interpretatio illa *Sancti Martyris*; immo hae nulla magis congrua. Eſto quidem in aliis chriſtianis Epitaphiis *Sanc. M.* plerumque pro *Sanctae Memoriae* uſurpentur; non eſt cur aliter, quum rei nomen convenit, jure adcipi nequeant. Nec illa vero uſurpatio adeo generalis regula eſt, ut nullam ubivis exceptionem patiatur; nec ſigla *M* adeo reſtricta & contracta hucuſque fuit apud cultores Lapidariae diſciplinae, ut ſolum nata ſit ex placito hominum exprimere *Memoriae*, neutiquam *Martyris*. Annon una eademque ſigla cum in profanis, tum in ſacris apud *Urſatum*, alioſque ejuſmodi notarum Interpretes ad plura ſaepius ſignificata extenditur?

Hilum inſuper iis non proficit *Remondin.* quae deinceps diſputat, niſi forte intendat veri Martyris (etiam ſine ſanguine) titulum Aureliano abjudicare; quum idem nihilo minus fateatur, ſuaſu Mabillonii, τὸ *IN PACE* apud chriſtiana Marmora cum ratione vel ſignificatu Martyrii minime pugnare. Inde vero, ſeu cum ſanguine ſeu ſine ſanguine Martyr fuerit Aurelianus, ei quam optime congruit interpretatio *SANCTI MARTYRIS*. Quod autem τὸ *IN PACE* & columba cum eo ramuſculo denotent quietum abſque cruento martyrio Sancti obitum, neſcio plane qua eruditione inniſſus hariolетur hic Auctor. Principio enim neutiquam liquet an cruentum vel incruentum Martyrium Sanctus obierit, immo nullum de martyrio ejuſdem documentum ſupereſſe mihi videor haud temere arbitrari. Quid autem ſi cruento coronatus eſt martyrio, uti *Ferrar.* & *Ughell.* indicant?

Praeterea τὸ *IN PACE* reperitur in Titulo RVSLICIANAE, PRIMITII, EPIPODII, VITALINI, AUFENIAE ac ſexcentum aliorum, quos cruentum vaſculum proprio purpuratos ſanguine demonſtrat ap. *Boldet.* ceteroſque Romae ſubterraneae *Interpretes.* Quin etiam apud pleroſque eorundem cruentorum Martyrum Titulos idem adpingitur columbae ramum oleaginum roſtro adferentis typus, uti plurium inſtar videre eſt in Epigraphe DIANESIS ap. *Marangon.* p. 89. Adde, columbae & oleaginae ad Titulos ſymbola in ſenſu Veterum diſerte Caritatem theologicam deſignaſſe, uti pluribus *ſupra* ubi de Caritate demonſtratum eſt p. 226. ſqq. Nullus denique bene ſapiens, reor, di-

xerit, eccleſiaſticam formulam *IN PACE* Titulis inſcriptam, ubi nullum ſupereſt Martyrii ſignum, tranquillum & pacificum denotare tumulati obitum, quum tranquilla pace, ſedatis perſequutionibus gauderet Eccleſia; aliud quippe longe ſublimius ea intendiſſe formula Majores noſtros, ſatis perſpectum eſt Eruditis. Iure itaque conjectantium Ferrarii & Ughelli interpretatio probanda, Remondiniana vero diſſertatio multis nominibus rejicienda.

Huc loci fortaſſe quiſpiam, in luculentiorem ſacri Martyrii commendationem, ea deſideraverit Epitaphia, quae inſcripta praeferunt obiti a tumulato Martyrii ſigna: e. c. Epitaphia ALEXANDRI, CRESCENTONIS, VINCENTII, BICTORINAE, EXVPERANTII, aliorumque e Romanis cryptis effoſſorum, in quibus varia depicta vel efficta ſunt inſtrumenta; puta forfices, mallei, lebetes, cum prunis ardentibus, cultelli, pectines horridi, pluraque id genus. Ceterum quum haec omnia ad artem, quam tumulati, vel qui eis Epitaphia dicarunt, profeſſi ſunt, facile referri valeant, ea propter iis modo proponendis conſulto abſtinemus. Nihilo tamen ſecius inſtrumentorum aliquot, queis carnifices ad cruciandos Martyres veriſimili argumento uſi ſunt, deſcriptionem *inferius* pro coronide Claſſis exhibendam duximus.

E RE LITURGYCA.

. . . .

30 Item depoſitio Martyrum.

. . . .

Menſe Januario.

Decimo tertio Kalendas Februarii, Fabiani in Calliſti, & Sebaſtiani in Catacumbas = *Duodecimo Kalendas Februarii, Agnetis in Nomentana.* &c.

E KALENDARIO BVCHERIANO, SEV ROMANO, QVOD E MEMBRANA VETUSTISSIMA EXSCRIPSIT AEGIDIUS BUCHERIUS, TRADIDITQVE (in comment. de doctr. tempor. p. 267. ſqq.)

Celebratiſſimus hic codex, cujus aetas ad Seculum IV. ferme ſub Liberio P. vulgo refertur, poſt depoſitionem aliquot Romanorum Pontificum a Lucio ad Julium uſque, & Natalem Chriſti Domini, plurium exhibet depoſitionem, ſeu Natalem Martyrum plerumque Romanorum ad ſingulos menſes, excepto Aprili.

31 XIII. *Kalend. Maias martyris Mappalici* = III. *Kal. Mai. martyris Pudentis* = II. *Kal. Mai. martyris Claud.* &c.

E KA-

E KALENDARIO CARTHAGINENSI (quod eruit *Mabillon.* ex veteribus membranis pene corroſis coenobii Cluniacenſis, ediditque ac obſervationibus illuſtravit in tom. 3. analect. veter. a p. 395.)

Habemus in hoc Codice, quem jure *Mabillon.* ad Seculum V. revocat, praeter Depoſitiones aliquot Epiſcoporum, dies natales Martyrum, quos jam tum ingenti numero Eccleſia Carthaginenſis anniverſariis cultibus per ſingulos menſes proſequebatur.

32 ..... XI. *Kalend. Februarii, natalis S. Vincentii Martyris* = VIII. *Kal. Mart. Depoſitio S. Petri & Pauli* = VIII. *Kal. April. Chriſtus paſſus hodie* (hic Rex Martyrum)... *Kal.* (*Aug.*) *Martyrum Machabaeorum* = IV. *Idus, Natalis S. Laurentii Martyris* = III. *Hippolyti Martyris* = VII. *Kal. Decembris Natalis S. Stephani Martyris.*

E LATERCULO POLEMII SILVII (ap. *Bolland.* tom. 1. Januar. in praefat. gener p. XLIV.)

Hoſce Martyrum Natales adſignat & illuſtrat Laterculus, qui cetera non niſi profanas ſollemnitates exhibet. Conſcriptus idem eſt a *Polemio Silvio* ſub an. 448. Eundem Laterculum integrum ediderunt *Bollandiani* tom 7. Junii p. 178. ſqq.

33 *Communicantes & memoriam venerantes....Beatorum Apoſtolorum ac Martyrum tuorum Petri, & Pauli* &c. *Lini, Cleti, Clementis* &c. *Damiani.*

Item. *Nobis quoque ... partem aliquam ſocietatis donare digneris cum tuis Sanctis Apoſtolis & Martyribus, cum Johanne, Stephano* &c. *Felicitate, Perpetua.*

E LIBRO III. SACRAMENT. ROM. ECCLES. IN CANONE ACTIONIS MISSAE (ap. cit. *Thomas.* t. 6. p. 174. ſq.)

Conſultiſſime Romana vetus Eccleſia in Actione Liturgica ſanctos Martyres, Martyrumque primicerios Apoſtolos praecipua laude etiam atque etiam commemorat; quippe quorum paſſiones ſacrificii Crucis, quod heic incruente peragitur tanquam expreſſae imagines repraeſentant. Neque vero ullius Sancti Confeſſoris meminit, adeo ut nec Marcus aut Lucas, quum liquido de martyrio eorum haud conſtet, ullum heic habeant locum; de confeſſoribus etenim, uti hoc, cetera tribus prioribus Seculis monumenta ſilent. Recentiores autem Martyres prioris ex binis, quas adduximus, Canonis particulis, Julianus & Paulus

Digitized by Google

lus ſunt, qui Romae ſub Juliano pro Chriſto ſanguinem profuderunt; alterius vero particulae ſunt Felicitas & Perpetua, quae Carthagine ſub Severo palmam obtinuerunt; quae ſiquidem iſtas pro ritu hodierno excipiunt, Agatha, Lucia &c. a Gregorio M. ſubjectae ſunt, ut auctor eſt *Aldelm.* Epiſc.Schirburnenſis l. de virginit. c. 25. cui nullum e Liturgiographis refragantem animadverti, cum in nobiliorem Martyrii commendationem, nominatorum hoc loci pugilum ſtatus, conditiones, ordines diſtinguunt, & nonnumquam praeconia efferunt.

Ex iis ſatis, reor, intelligis earum ſacri Canonis precum antiquitatem. Et nullus quidem ipſe dubito, quin primum veterrimi Canonis inſtitutores Martyres dumtaxat Apoſtolos nominarint, deinceps vero poſteriores, qui ſubciſivis temporibus palmas ac triumphos retulerant, Martyres adjecerint; quemadmodum ſequioribus ſeculis aliquot etiam Confeſſores apud nonnullas Eccleſias ſuperadditos fuiſſe novimus. Qui ritus recitandi in ſacro canone Martyrum nomina originem ad ſecundum referat chriſtianum ſeculum, fortaſſe non erraverit: tum qui addiderit inſuper, eaſdem Romani Canonis particulas quantum ad nomina Sanctorum Martyrum, ſi Gregorianum additamentum exceperit, prout hodieque recitantur, Seculum ſub quartum medium abſolutas fuiſſe. Recole quae pro antiquitate canonis diſſeruimus, *ſupra* in Adpend. ad Tomum II. p. XII. tum quae in rem noſtram interpretantur Liturgiographi in commentario ſuper adductas Canonis preces, cum vulgato *Duranto*, *Bona*, *Lebrunio*, *Graucolaſio*.

Porro apud alias itidem Eccleſias ritus hic quamglorioſus Martyribus eos aut particulatim aut ſaltem generatim celebrandi in actione ſanctiſſimi Sacrificii jam pridem increbuit. Ejus quippe vel tanquam praeſcripti, vel tanquam uſitati meminerunt *Cyril.* Hieroſol. catech. 5. myſtag. n. 6. *Optat.* Milev. l. 3. n. 6. interprete Albaſp. in. ibid *Auctor* conſtit. Apoſt. l. 8. c. 13. Liturgia *Baſilii* ap. Renaudot. & *Chryſoſtomi* ap. Goarium, *Cyprian.* l. 3. epiſt. 6. *Auguſtin.* tr. 84. in Joan. & ſer. 17. de verb. Apoſt. & Civit. l. 8. c. 27. ac l. 22. c. 10. Hic igitur honor, inter ceteros praecipuus, fortiſſimis Chriſti Martyribus perpetuo tributus ab Eccleſiis.

Iam vero quatuor haec, quae hucuſque deſcripſimus, documenta, ni fallor, antiquiſſima ſunt prae ceteris, quae in generalem Martyrii commendationem e Re Liturgiea peti poſſint. Quod ſi ad ſingulares memorias, vel ſollemnia feſta in cultum honoremque Martyrum inſtituta animum convertamus, haec porro deſcriptis documentis (ſi forte quartum demas) vetuſtiora eſſe dignoſcimus. Prima ſiquidem, quae hucuſque apud Eruditos innotuerit, eorum inſtitutio merito Smyrnenſi Eccleſiae adſcribenda eſt ad an. circ. 166. quo nempe Sancto Epiſcopo Polycarpo tum Martyrium paſſo, ſollemni ad ſepulcrum conventu illico dicavit feſtum, vel quotannis in natali die Martyrii dicandum conſtituit; quemadmodum palam ediſcimus ex epiſtola ejuſ-

uſdem Eccleſiae, quam primum edidit *Euſeb.* hiſt. l. 4. c. 15. & alii deinceps cum *Bolland.* ad d. 26. Januar. ex 3. mſſ. & *Ruinar.* demum in act. ſinc. Mart. ex aliis 2 mſſ. ubi de S. Polycarpo p. 31. n. XIV. ſub fin. Haec quidem vulgatiſſima Eruditorum opinio, cui nec idem ille *Hoſpinianus*, alias Sanctorum cultui infenſus, diſſentire auſus eſt in l. de feſt. chriſtian. c. 4. Inde vero palam revincitur impudentia *Magdeburgenſium*, calumniantium in centur. ubi de feſtis, oblationes in natalitiis Martyrum a Montano Haereſiarca ortum duxiſſe.

Smyrnenſis exemplum aliae Seculis proxime conſequutis imitantur Eccleſiae, ut notum eſt ex *Tertul.* de cor. mil. c. 3. interprete Pamelio nota 37. contra B. Rhenanum, & l. ad Martyras c. 2. eodem interprete Pamel. nota 22. *Cypr.* epiſt. 34. & 37 & alias, Conſtantino M. qui legem tulit, ut Provinciae feſtos Martyrum dies obſervarent, teſte Euſeb. in vita Conſt. l. 4. c. 23. cit. *Kalendar. Bucheriano*, quod eos refert inſcriptos Natales Martyrum, quibus Romae proculdubio anniverſarii cultus dicabantur, *Nazianz.* ſerm. habito in feſto quorundam SS. Martyrum, quod *feſtum*, inquit, *multo antehac temporis ſpatio neglectum fuit*, ac in Natali SS Machabaeorum, quos etiam antiquitas ut Martyres coluit, *Baſil.* homiliis recitatis in Natali XL. Martyrum Sebaſte coronatorum, nec non Martyrum Barlaam, Gordii, Julittae, Mamantis, *Chryſoſt.* homil. expoſitis in Natali Proto-Martyris Theclae, Martyrum AEgyptiorum, nec non Romani, Phocae, Droſidis, Juventini & Maximi, omnium denique, qui toto orbe Martyrium pertulerunt, *Hieron* qui l. 2. in c. 4 epiſt. ad Galat. teſtatur obſervari *pro varietate regionum diverſa in honore Martyrum tempora conſtituta.* Haec ſummatim de feſtis SS. Martyrum ſub quatuor primaeva Secula; quae deinceps per univerſam Eccleſiam nullo interrupto temporis intervallo ſubſequuta ſunt, quis enarret? Ea indicant, quod rem noſtram ſpectat, vetera Sacramentaria, Kalendaria, Lectionaria, Martyrologia, Acta Martyrum ſincera, Patrum ſcripta.

Ea vero ſub primaeva feſtorum tempora non niſi ad ſepulcra Martyrum piis, jucundiſque fidelium conventibus eorum memoriae recolebantur in cryptis aut conclavibus ſubterraneis, ubi perſequutione ingruente ſaepe fideles coire ſolebant; at ſequentibus aevis templa ſuper hiſce monumentis frequenter extruebantur, vocata inde Martyria, areae, coemeteria, menſae, memoria Martyrum. (Lege *Bingham.* de orig. eccl. vol. 3. l. 8. c. 1. §. 9.)

Itaque feſta haec ſub initium non fuerunt generalia, ſed in iis duntaxat peculiaribus eccleſiis celebrata, ubi Martyres paſſi erant, & jacebant ſepulti: quam in rem credere fas eſt, quamlibet Eccleſiam ſuos habuiſſe faſtos, aut Kalendaria cum inſcriptis ſuorum Martyrum natalibus diebus anniverſario cultu recolendis: & en primam Martyrologiorum omnium originem, ex ſententia *Henr. Vales.* de martyrol. Rom. ad calcem Euſebii, & *Pag* ſenior. ad an. 64. n. 6.

Natalem vocabant, ſeu natalitium diem illum, quo Sancti mortem

tem pro fide Chriſti ſubeundo ad novam vitam renati & ad coronam immortalem ſollemniter inaugurati erant. Retinet hodieque Eccleſia id nominis, quod pridem tradiderant *Euſeb. Emiſen.* ſerm. de Natali S. Geneſii, *Prudent.* de cor. hym. 11 *Chryſol.* ſerm 129. *Conc. Laodic.* cap. 51. *Tertull.* de cor. mil. c. 3. & in Scorpiaco c. 15. ut praeteream vulgatum *Origen.* l. 3. in Job, *Chryſoſt.* hom. de S. Romano Mart. alios.

Legi tum conſueverant eorumdem, qui celebrabantur, Martyrum acta ſeu paſſiones, nec raro panegyres recitari, quibus & laudarentur Sancti, & auditores ad imitationem eorum excitarentur. At ejusmodi tamen homilias in unum aliquem ſingillatim Martyrem, minime repereris, quod ſciam, ad uſque Nazianzeni & Baſilii aetatem. Celebrabantur quandoque Agapes, ſeu convivia, quae ditiores ad reficillandos pauperes juxta monumenta Martyrum inſtituebant, donec propter abuſum abrogata ſunt. Hoc quidem generali ac primaevo cultu fortiſſimis Chriſti Athletis ſacra feſta dicarunt Veteres. Recole *Schulting.* in biblioth. eccl. de antiq. eccl. t. 1. p. 1. a cap. 19. ad 23. ubi de feſtis eccl. cit. *Bingham.* volum. 9. l. 20. c. 7 *Thomaſſin.* de feſtis l. 1 c. 4.

34 *Vere dignum. Pretioſis enim mortibus parvulorum, quos propter Filii tui Domini noſtri & Salvatoris infantiam beſtiali ſaevitia Herodes funeſtus occidit, immenſa clementiae tuae dona cognoſcimus. Fulget namque magis ſola gratia quam voluntas. & clara eſt prius confeſſio, quam loquela; ante paſſio quam membra paſſionis exſiſterent; teſtes Chriſti qui ejus nondum fuerant agnitores. o infinita benignitas? quum pro ſuo nomine trucidatis, etiam neſcientibus meritum gloriae perire non patitur, ſed proprio cruore perfuſſis et ſalus regenerationis expletur, & imputatur corona martyrii.*

E SACRAMENTAR. VULGO LEONIANO AD PRAEFATIONEM MISSAE IN NATALI INNOCENTUM (ap. cit. *Murat.* de Liturg. Rom. t. 1. col. 476. ſq.

Haec plane mens, hic ſenſus Romanae Eccleſiae in cultu anniverſario, quo ceu Martyres, Martyrumque ſub aetatem Chriſti primitias concelebrat Bethlehemiticos Infantes, eam ob cauſſam Herodis juſſu trucidatos, ut eos inter unus Chriſtus Jeſus recens natus occideretur. Liquet ſaeviſſimum hoc Herodianum Infanticidium ex *Matth.* 2. 16. ſqq. Idem vero Documentum adeo id genus martyrii probat, elucidat, commendat, illuſtrat, ut ſupervacua mihi ſit quaecumque ipſi adjicienda expoſitio cogitetur. Nec aliud quidem, immo haec omnia

uno

uno quaſi epiphonemate dixit eadem eccleſia ap Codicem *Gelaſianum* in l. 1. ſacram. Rom. Eccl. n. VIII. exſcriptum a cit. Thomaſ. t. 6. p. 8. ſub celebratiſſima illa periodo, *DEUS CUIUS HODIERNA DIE PRAECONIUM NON LOQUENDO, SED MORIENDO CONFESSI SUNT*. Quae quidem omnia videre mihi videor exſcripta e percelebri illa invectiva, qua *Auguſt*. l. 3. c. 4. de ſymbolo ad catechumen. Herodem adgreſſus eſt cum magnis in Chriſtum & Innocentes praeconiis. Eam legito. Eodem itaque jure, uti mox diſſerebamus, univerſam decet Eccleſiam, ſupercoeleſti Spiritu ductam, aliorum Infantum ob cauſſam fidei occiſſorum celebrare Martyrium, quod *parvulorum* nuncupamus.

Ut ut vero fuerit de hiſce parvulis, ex antiqua traditione liquet, Innocentes noſtros pervetuſtum Martyris titulum, decuſque apud Doctores Eccleſiae obtinuiſſe. Eos quippe ore pleno Martyres nuncuparunt *Iren*. l. 3. c. 18. *Cyprian*. epiſt. 56. ad Thibaritanos, *Hilar*. in Matth. c. 1. *Prudent*. in cathemerin. hym. 12. de Epiphania, *Auguſt*. proxime cit. & l. 3. de lib. arb. c. 23. n. 67. quem citat & repetit epiſt. ad Hieron. olim 28. nunc 166. c. 7. n. 18. ſub an. 415. conſcripta, *Chriſolog*. ſer. 152. 153 de Infantium nece, *Fulgent*. hom. 4. de Epiphan. & Innocentib. *Leo* P. I ſerm. 7. in Epiphan. c. 5.

Quid vero de ſollemnitate ab Eccleſia noſtris Martyribus inſtituta? Certum videtur eam Seculo V. apud Carthaginem obtinuiſſe, quoniam in laudato Kalendar. Carthaginen. habetur V. *Kal. Jan. ſanctorum Infantum, quos Herodes occidit*; immo jam aetate Auguſtini fortaſſe apud univerſam Eccleſiam, ajente eodem *Auguſt*. in cit. epiſt. ad Hieron. *non fruſtra etiam infantes illos, qui, quum Dominus noſter Jeſus Chriſtus necandus ab Herode quaereretur, occiſi ſunt, in honorem Martyrum commendat Eccleſia*. Anne illa longe antiquior? Porro *Baron*. in not. ad Mart. ad d. 28. Dec. *Bingham* cit. l. 20. c. 7. §. 12. & alii eam revocant ad aetatem *Origenis*, e quo nempe excipiunt verba haec ex hom. 3. de diverſis, *horum & memoria ſemper, ut dignum eſt, in eccleſiis celebratur ſecundum integrum ordinem ſanctorum, ut primorum Martyrum pro Domino occiſorum. & ut ipſa Bethlehem primitias Domino Martyrum in qua natus eſt ipſe Salvator, obtuliſſe videtur*. Ipſam homiliam in rem ſuam adduxit ut genuinam *Anſaldus* in vindiciis Herodiani Infanticidii p. 68.

Ceterum ex probatiſſima Eruditorum ſententia cum *Huet*. in Origenian. l. 3. in adpend. §. 5. & *Caveo* in hiſt. lit. in Origene, tertia haec ſicut & ceterae, quae circumferuntur, octo nomine Origenis homiliae plane ſuppoſitae ſunt, atque ut nonnulli ſuſpicantur, ab auctore quopiam latino valde recentiore. Illis autem & nos merito conſentimus cum *Thomaſſ*. de feſtis l. 2. c. 9. §. 14. & *Baillet*. de ſanct. ad d. 28. Dec. §. 2. n. 3. Abeat ergo opinio illa, utpote ſuppoſito, atque adeo ruinoſo innixa fundamento. Nec ulterius quidem de majore feſti antiquitate quaerendum, ubi pro ea, ni mea me fallat diligentia, ulteriora documenta non ſuppetunt.

Sed & rurſum addebat cit. *Baron*. feſtum SS. Innocentium jam ae-

Digitized by Google

vo *Auguſtini* cum octava celebrari; quoniam hic S. Doctor in indiculo Poſſidii cap. 10. duos confecit tractatus, inſcriptos *de Octavis infantium*. Verum egregie fallitur, quia nuſpiam haec Octava comparet apud veteres codices; nec Octava, de qua Auguſtinus, alia eſt, quam Octava Paſchae, in qua recens baptiſmo tincti deponebant veſtes albas, quas tota Octava induerant in ſignum innocentiae, ac infantiae ſpiritalis, quam eis ſacra indiderat regeneratio. Id quod pluribus confirmare pergunt laudati *Thomaſſ.* & *Baillet*.

Duo ad extremum obſervare juvat. Primum, quod impie *Ios. Scaliger*, vel potius Auctores operis inſcripti *Scaligerana* edit. 2. 1669. art. *Joſephe* pag. m. 170. inficiantur Herodianum Infanticidium, quaſi illud Evangelio Matthaei olim ab aliquo chriſtiano adjectum fuerit; cauſſati, contra vetuſtiſſimam Eccleſiae univerſae auctoritatem, quod ejus *Fl. Joſephus* in ſua hiſtoria accuratiſſime non meminerit. Alterum, quod tantus non fuerit coeſorum Infantium numerus, quantus vulgo reputatus eſt ab Scriptoribus adusque *Bollandianos* in t. 1. Maii adnot. ad ephemer. graeco-moſcas; immo ſatis exiguus; quum ipſi bimuli & infra, femellis exceptis, delecti ſint ex Bethlehem, parvo oppido, ejuſque vicinia, ſatis quoque puſilla. Conf. *Caſtus Anſaldus* in vindiciis Herodiani Infanticidii.


Vere dignum. Qui perficis in infirmitate virtutem, qua beata glorioſaque Caecilia, deſpecto mundi conjugio, ad conſortia ſuperna contendens, nec aetate nutabili praepedita eſt, nec revocata carnis illecebra, nec ſexus fragilitate deterrita. Sed inter puellares annos, inter ſaeculi blandimenta, inter ſupplicia perſequentum multiplicem victoriam Virgo caſta & Martyr explevit, & ad potiorem triumphum ſecum ad regna caeleſtia, cui fuerat nupta, perduxit. Per &c.

E SACRAMENT. VULGO LEONIANO AD PRAEFATIONEM MISSAE II. IN NATALI SANCTAE CAECILIAE VIRGINIS MARTYRIS (ap. cit. *Murat.* t. 1. col. 457.)

Martyrii tenerrimae juxta ac fortiſſimae Virginis tota Eccleſia celebratiſſimi Acta quaerenti dabunt ex *Metaphraſte* latine reddita *Lipoman.* t. 5. & *Sur.* t. 6. ad diem 22. Nov. Conferendi praeterea *Baron.* in Martyr. & *Baillet.* de Sanct. ad ipſum diem, tum *Anton. Boſius*, & *Jacob. Laderch.* in vindiciis, notiſque in acta paſſionis ejuſdem praeclariſſimae Martyris.

Innumeros praeterea Martyres novae Eccleſiae fortitudine praeſtan-

Digitized by Google



Digitized by Google

ſtantiſſimos ſigillatim ubique terrarum commemorant inter vetuſtiora monimenta, Kalendaria, Martyrologia, Litaniae; commendantque Acta ſincera Martyrum. & Liturgica Sacramentaria, quae porro in negotio pene infinito nobis vel leviter indicaſſe ſufficiat.

E VETUSTIS MARTYRIORUM INSTRUMENTIS.

Haec profecto, quae non uno in loco etiamnum ſupereſſe creduntur, Martyrum fortitudinis, ac inſimul triumphorum inſignium teſtimonia ſunt ac ſigna praeclariſſima, ajente hanc in rem *Leone* P. ſerm. in nat. S Lauren. Mart., *in honorem transierunt triumphi etiam inſtrumenta ſupplicii*: ut nempe, proſequitur *Euſeb. gallican.* hom. de SS. MM. Epiphodio & Alexandro ap bibl. PP Lugd. t. 6. p. 669. *quod fuit inſtrumentum poenae ſit gloriae teſtimonium, & dolorum materia tranſeat ad inſigne meritorum.*

Spolia dixeris nobiliſſima ſeu tropaea victoriarum, quas ab hoſtibus chriſtianae fidei, aliarumve virtutum magnanimi pugiles reportarunt. Non ſecus ac dixere Patres de inſtrumentis, quae Chriſtum Martyrum Regem effecerunt, comprobatuntque; puta de cruce, clavis, ſpinea corona, columna, quae quidem etiamnum, uti creditur, adſervata ceu noſtrae Redemtionis emblemata ſive pignora veneramur. Heinc majores noſtri pietatis ac venerationis gratia ea martyriorum inſtrumenta ſedulo ſtudio collegerunt, eadem apud ſe retinentes, vel intra loculos eorundem cruciatorum Martyrum collocantes.

Conſulto heic praetermittimus generalia illa inſtrumenta; atque modos, rituſque multitudine varios & acerbitate ſaeviſſimos, queis, duce Luciſero, excruciandis Chriſti Athletis uſi ſunt ſub primaeva ſecula cruentiſſimi orthodoxae gentis tyranni, de quibus ad ſatietatem egerunt *Euſeb.* in hiſt. eccl ſparſim, *Prudent.* in hymnis de SS. Martyrib. eccleſiarum *Martyrologia* ubi de SS. Martyr. eorumque *Interpretes* in commentar. *Gallonius* in tr. italico & latino de inſtrum. martyrior. *Bollandiani ſocii* ubi de actis Martyr. *Aringh.* t. 1. l. 1. c. 29. a p. 151. & ſaepe alias, *Ruinart.* de perſequut. Vandal. & de act. Martyr. ſinc. *Boldett.* ſparſim in l. 1. c. 60. a p. 312. & qui nuperrime omnes novis adjectis eruditionibus collegit *Mamach.* de orig. & antiq. chriſt. t. 3. l. 3. c. 1. §. 9. a n. 5. p. 170. ſqq. Haec etenim ad noſtrum inſtitutum, quod certa, certove in loco aliquando exſtantia monimenta exigit proponenda, nihilo plane conferunt. Ex iis itaque brevitatis ſtudioſi unum vel alterum dumtaxat inſtar plurium leviore brachio indicamus in adjecto laterculo.

I. *Pectea ex metallo* repertus in coemeterio Calepodii in ſepulcro cujuſdam Martyris, una cum vaſculo ſanguinis. *Boldett.* p. 318. ſq.

II. *Cultellus ferreus* in coemeterio Pontiani ad pectus Sanctae Martyris nomine *Ypereciès*. *Bold.* p. 322.

III. *Cultellus omnino ſimilis* repertus an. 1710. in coemeterio Cyriacae ad latus corporis Sanctae cujuſdam Martyris, cum adfixo vaſe ſanguinis ſepulcro. *Bold.* p. 294.

 IV. *Cul-*

IV. *Cultellus beinc inde acutus* inventus in coemeterio Calliſti unà cum corpore S. Alexandri M. adjecto vaſe ſanguinis loculo. *Boldet.* p. 322. ſq.

V. *Unguis ferreus* inſtar ferinorum unguium fabrefactus excarniſicandis Martyrum corporibus, in coemeterio Calepodii. *Aringh.* t. 2. p. 687. ex Holſtenio.

VI. *Clavus* Martyris capiti adfixus in coemeterio S. Agnetis. *Aringh.* cit. p. 688. ſq. Plures ejuſmodi Clavos cum minoris, tum grandioris formae ap. cryptas romanas ſe reperiſſe teſtatur *Bold.* p. 319.

VII. *Lancea* pene rubigine conſumta intra loculum Martyris inventa in eodem S. Agnetis coemeterio. *Aringh.* proxime cit.

Complura iis ſimilia inſtrumenta Martyriorum in aliis extra Urbem monumentis coemeterialibus olim reperta indicat *Aringh.* idem t. 1. l. 1. c. 29. & alias. Sed & nos permulta id genus e cryptis romanis eruta, & longe quidem crudeliora, ſacro quodam horrore acti, oculis conſpeximus, manibuſque contrectavimus apud Sacrum Muſeum vaticanum Benedictinum & Kircherianum. Unde geſtimus merito, in horridioribus inſtrumentis ſupplicii praeclariores coluiſſe honores triumphi, & ſubliniora gloriae teſtimonia. Et haec ſatis de argumento hujuſce Claſſis, quod ſi otium eſſet, prolixis liceret commentariis illuſtrare.

QUAESTIONES DOGM. SCHOL.

CAPUT QUARTUM

De Temperantia.

336 QUAESTIO I. Quae ejus notio? ADSERO. Eſt virtus moralis coërcens adpetitum erga delectabile, prout rectam rationem decet. Porro ejuſmodi delectabile hominem vehementer adlicère atque a ratione longiſſime abducere conſuevit: quocirca adfectiones erga illud temperat, aut frenat Temperantia, ſecundum praeſcriptum rationis, quae officiorum, vel actuum hominis moralium menſura eſt. (a)

337 QUAESTIO II. Quae ejus materia & ratio potiſſima? ADSERO. Materia proxima eſt adfectio ſeu delectatio corporea, quae ex cibo, potu, & rebus venereis percipitur. Hanc itaque imprimis frenare intendit temperantia; ac verſatur deinde in moderatione oblectationis aliorum ſenſuum, quatenus ii interventu imaginationis ad voluptatem tactus aut guſtus inciiant. Remota inſuper eſt idem externus uſus, cui modum ponit. Ratio potiſſima eſt honeſtas, quae in perfecta id genus

(a) Conf. *Iſidor.* de etymol. ubi de temperantia, *Greg.* M. l. 2. Mor. c. 36. *Th.* 2. 2. q. 141. a. 3. ibique Interpret. cum *Cajet.* tum *Martin. de Magiſtr.* tr. de temper. q. 1. *Leſſ.* de virt. l. 4. a n. 2. *Raynaud.* de virt. l. 6. de temper. s. 1. *Aguirrius* de virt. & vit. d. 6. de temper. q. 1.

nus moderatione reperitur, hoc eſt delectationum conformitas ad praeſcriptum rectae rationis. (*b*)

338 QUAESTIO. III. Qualis virtus illa ſit? ADSERO. Virtus quum ſit ſpecialis inter cardinales (*c*) minus, attamen perfecta eſt quam aliae ejuſdem generis, ac inter iſtas infima. Quoniam ex *Ariſt.* (*d*) bonum multitudinis, ſeu quod ſpectat multos, divinius aut perfectius eſt ac bonum ad unum pertinens; atqui tres aliae virtutes cardinales ſpectant multos: nam prudentia dirigit quae pro bono communi agenda ſunt, vel omittenda; juſtitia ſita eſt in communicationibus, quae ſunt ad alterum; & fortitudo conſiſtit prae primis in periculis bellorum, quae pro patria ſeu bono communi ſubſtinentur; temperantia vero moderatur duntaxat concupiſcentias & delectationes eorum, quae ad ipſum hominem, vel individuum adtinent.

OBJECTIONES.

339 Obj. Adſertum rationi adverſatur. Nam 1.° ex *Ambr.* (*e*) „in temperantia eſt maxime honeſti cura, ac decoris conſideratio ſpectatur & quaeritur „ quaelibet autem virtus eo eſt perfectior, quo magis in ea honeſtas curatur & decor. 2.° virtutis perfectioris eſt id frenare, quod eſt difficilius; at concupiſcentias & delectationes tactus frenare, quod temperantiae opus eſt, difficilius videtur, quam rectas emittere actiones exteriores erga alios, quod juſtitiam ſpectat: temperantia itaque prae iuſtitia perfectior. 3.° quanto aliquid eſt communius, tanto magis neceſſarium videtur & melius; atqui temperantia communior eſt, & magis neceſſaria quam fortitudo; haec enim in periculis mortis, quae raro adcidunt, verſatur, illa vero in delectabilibus tactus, quae paſſim occurrunt: perfectior ergo temperantia prae fortitudine.

340. *R.N. Adſ.* Ad 1. prob: honeſtas & decor maxime adtribuuntur temperantiae, non propter principatum ſeu potiorem proprii boni excellentiam, ſed propter turpitudinem mali oppoſiti, a quo retrahit; quatenus nempe delectationes, nobis & brutis communes moderatur. Et vero principatus, aut potior virtutum excellentia non tam ex malo, quod impedit, aeſtimatur, quam ex bono, quod praeſtat. Heinc

341 Ad 2: major, aut minor virtutis perfectio ſimpliciter multo potius adtendenda eſt ſecundum rationem boni, in quo praeſtat juſtitia, quam ſecundum rationem difficilis, in quo temperantia excedit.

Ad

(*b*) Conſentiunt vulgo *TT.* cum *Leſſ.* cit. n. 6. ac fere *Ariſt.* ethicor. l. 2. c. 3. & l. 3. c. 10. ſqq.

(*c*) Id quod profitentur ſinguli quique bene ſapientes cum *Clem.* Al. l. 2. ſtrom. *Ambr.* de Offic. l. 1. a c. 43. *Plat.* in Charmide, *Ariſt.* l. 1. magnor. moralium c. 22. *Sen.* l. de iv. virtut. contra Lanzu, Ariſtippum cum ſchola ſua Cyrenaica, Dionyſ. Heracleotem, Mahumedem, & voluptuoſos alios, quos *ſupra* indicavimus ad Tom. IV. a p. 2. reponentes ultimum hominis finem in obſcaenis voluptatibus.

(*d*) L. 3. ethic. c. 2.

(*e*) De offic. l. 1. c. 43.

Ad 3: communitas illa, qua aliquid ſpectat ad multitudinem hominum, potius confert ad eminentiam perfectionis, quam quae adtenditur comparate ad ea, quae frequentius occurrunt; in quarum prima fortitudo eminet, in ſecunda vero temperantia. Quocirca fortitudo ſimpliciter illuſtrior eſt quam temperantia, eſto haec quadantenus fortitudine melior ſit, immo & juſtitia. (*f*)

342 QUAESTIO IV. Quid nos de Temperantia ſacra condocet fides? ADSERO I. cunctis univerſe injungitur ejus obſervantia, ex 1. *Petr.* 5. 8. „ ſobrii eſtote „ & 1. *Theſal.* 5. 6. „ vigilemus & ſobrii ſimus „ & 2. *Tim.* 4. 5. „ ſobrius eſto „ & *Tit.* 2. 12. „ ſobrie . . . vivamus „. Id quod Apoſtolus idem ſaepe aliis inculcat hominum coetibus, e. g. ex 1. *Tim.* 3. 2., ex *Tit.* 1. 8., & 2. 2. & 5. 11. injungitur pariter quandoquumque prohibentur vitia temperantiae vel ſobrietati per ſe ſe oppoſita, ut puta ebrietas, comeſſationes, ſcurriloquia, impudicitiae &c. De iis praeſertim intelligendus Apoſtolus *Rom.* 13. 13.

343 QUAESTIO V. Quaenam temperantiae regula in moderando adpetitu concupiſcente erga delectabilia, quae reſpicit? ADSERO I. Tres importat virtutes temperantia, vel tria nomina. Videlicet prout reſpicit guſtum froenandum in eſculentis aut cibis, vocatur Abſtinentia: prout guſtum in poculentis vel potibus, Sobrietas: prout tactum in venereis, Caſtitas. II. Regula temperantiae quantum ad cibum & potum haec eſt, ut eis quis utatur, quantum exigit vitae hujus neceſſitas, hoc eſt ut ſumatur quantum opus ſit ad commodam corporis valetudinem, atque idoneam mentis ad functiones ſuas diſpoſitionem; hic etenim finis eſt, propter quem cibus & potus inſtituti ſunt. Plura ſunt, & pulcra quidem quae in hanc rem diſſerunt *Philoſophi*(*g*) & veteres *Patres*.(*h*) Verum comparate ad venerea, haec regula ex praeſcripto rationis; ut extra legitimum conjugium ab eis omnino abſtineas, atque in conjugio eis eatenus utaris, quatenus exigit prolis cauſſa, non voluptatis. Eo plane ſpectant veterum Philoſophorum & Patrum effata complurima. (*i*)

344 Jam vero pro nobiliſſima commentarii coronide mantiſſam ſingularem, quam ad diſſertationem de Regulis fidei merito fortaſſe quis ſpectare dixerit, jure quam optimo reponendam duximus.

MAN-

(*f*) Solidam hanc & perſpicuam doctrinam mutuati conſulto ſumus ab *Angelico* cit. q. 141. a. 8.

(*g*) Cum *Ariſt.* l. 3. eth. c. 11. ſq.

(*h*) Cum *Clem.* Al. paedag. l. 2. c. 1. & l. 3. c. 7. *Baſil.* de legendis cum fructu libris Gentil. *Aug.* de morib. Eccl. c. 21.

(*i*) Conf. *Plato* l. 3. de rep. *Xenoph.* l. 1. memorab. Socratis dictor. *Clem. Al.* cit. de paedag. l. 3. c. 11. ſub fin. *Chryſoſt.* hom. contra concubinar. *Iſid. Peluſiota* l. 3. ep. 66. *Baſil.* l. de vera virginit. *Aug.* de bono conjugii c. 6. ſq. *Th.* cit. q. 141. a. 6. *Leſſ.* heic a n. 6.

Digitized by Google

M A N T I S S A

DOCUMENTORUM E CODD. LITURGICIS

PRO INERRANTIA

ROMANI PONTIFICIS

IN DEFINITIONIBUS FIDEM MORESQUE SPECTANTIBUS

PIO VI. P. O. M.

PROTECTORI AUGUSTO

FELICITER REGNANTI SACRA

EX VOTO AUCTORIS.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

pro inerrantia Romani Pontificis.

E RE LITURGICA.

CLASSIS XI.

SCriptores profecto & ii nobiles & propemodum innumeri ex bibliotheca Rocabertiana, aliiſque poſterius editis hoc argumentum contra Gallos alioſque adverſarios pertractarunt, documentis ex ſacro codice, traditione Patrum, ac ratione theologica & naturali petitis: cum vero, qui rem ex monumentis antiquitatis probare contenderit, uſque modo repperi nullum. Nos itaque breviore hac mantiſſa viris doctioribus viam aperimus & ſternimus, ſi qua deinceps vetera documenta e re aliqua antiquaria obtinuerint publici juris faciant; quo acrius ac robuſtius refragantes hoſtes convellantur: quis enim jure inficias iverit, id genus documenta ſpecioſius & patentius rem conficere? Ergo ad rem noſtram.

I. *Vere dignum. Qui ut hanc Sedem regimen Eccleſiae totius efficeres, & quod haec praedicaſſet oſtenderes ubique ſervandum, ſimul in ea & Apoſtolicae Principem dignitatis, & Magiſtrum gentium collocaſti...*

E

E Sacr. vulgo leonian. in praefat. ad Miſſam in ipsa Apoſtolorum sollemnitate (ap. alias laudd. *Murat.* col. 341., & *Ballerin.* c. 44.)

Perſpicue, praeter alia, docet productis periodis Codex noſter Romani Pontificis inerrantiam in doctrinis aut decretis fidei, illi ſimilem, qua donatus eſt Petrus, ubi adſerit Evangelicam veritatem ab eo per cuncta mundi regna diffundi; tum Eccleſiae univerſae illud, Deo diſpenſante ac oſtendente, ſuſcipiendum eſſe atque ſervandum, quod Romana Sedes, hoc eſt qui ſedet Romanus Pontifex, erga univerſam Eccleſiam Primatum gerens, cenſuerit ac praedicarit.

His autem quam ſit conſona S. *Leonis* M. cui codex vulgo adſeritur, doctrina atque ſententia, nullus profecto in ſcriptis tanti Doctoris vel leviter verſatus, inficias ibit. Unum aut alterum exempli gratia ab eis excerptum teſtimonium damus. In ſerm. 2. c. 3. poſtquam Petri privilegia laudaſſet, ipſumque oſtendiſſet in Romano Pontifice eiſdem inſtructum praerogativis adhuc vivere, & Eccleſiam regere, oratione ad ſe ipſum converſa ſic pergit ,, ſi quid itaque a nobis recte agitur, recteque decernitur, illius eſt operum atque meritorum, cujus in Sede ſua vivit poteſtas & excellit authoritas: hoc enim obtinuit, dilectiſſimi, illa (*Petri*) confeſſio ,,. Ope itaque & merito confeſſionis, aut fidei Petri, recte ſe in negotiis etiam ſummi momenti, qualia dixeris quae fidem ſpectant, decernere fatetur Leo.

Scio equidem in editis *Queſnelli*, & *Balleriniorum*, aliiſque pro *decernitur* legi *diſcernitur*. Verum *Petr. Thom. Cacciari* in tom. 1. p. 6. legit *decernitur*, notatque, in antiquiſſimo codice Vaticano, cui duo alii optimae notae ſuffragantur, haberi *decernitur*, eſto recentiora exemplaria plerumque ferveant *diſcernitur*. Quin etiam iidem *Ballerinii* in to. 1. col. 11. not. 12. in noſtram propendent lectionem tanquam *fortaſſe meliorem*.

Pergit S. Pontifex ſuam confirmare ſententiam, & poſtquam ſe ſe *Petri*, *qui ſedi ſuae praeeſſe non deſinit* haeredem dixit in ſerm. 4. alias 5. c. 4. ſtatim adjicit, *ſoliditas enim illa, quam de petra Chriſto etiam ipſe petra factus adcepit, in ſuos quoque ſe tranſfudit heredes, & ubicumque aliquid oſtenditur firmitatis, non dubie adparet fortitudo paſtoris*. Quae ſane potiſſimum circa negotia fidem ſpectantia Leonem intellexiſſe par eſt: quid enim ſoliditatis, firmitatiſque in herede Petri laudaveris, ſi in decretis, quibus totam Eccleſiam inſtituere debet, errare poſſit & a fide Petri deficere?

Tum

Tum in epiſt. xxxi. ex edit. Queſnell. ad Julian. Epiſcop. Coënſem, agens de cauſſa Eutychetis, haec ſcribit „ ad fratrem noſtrumFlavianum ſufficientia pro qualitate cauſſae ſcripta direxi, quibus & veſtra dilectio & Eccleſia univerſa cognoſcat, de antiqua & ſingulari fide, quam indoctus impugnator inceſſit, quid divinitus traditum teneamus, & quid incommutabiliter praedicemus „ ubi laud. *Cacciar.* in epiſt. ſuo ordine xxxii. lit. (*c*) p. 157. haec merito adnotavit. „ Ex hoc etiam s. Leonis teſtimonio colligitur, & quidem evidentiſſime, ſacrarum traditionum divinitus adceptam doctrinam, ad univerſam Eccleſiam pertinentem, a Romanorum Pontificum oraculis & inſtitutionibus eſſe hauriendam „. Quid autem haec, niſi quod ejuſmodi oracula, ex mente Leonis infallibilia ſint?

Poſtremo, ut plura ſileam, in epiſt. ap. *Ballerinios Fratres* cxx. ad Theodorit. Epiſc. cap. 1. ad tom. 1. col. 1218. ſq. de parta victoria ab impio Neſtorianiſmo ac Eutychianiſmo ſibi gratulatur in haec verba „ unde gloriamur in Domino cum Propheta canentes, *adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit coelum & terram*, ex Pſ. 23.8. qui nullum nos in noſtris fratribus detrimentum ſubſtinere permiſit, ſed quae noſtro prius miniſterio definierat univerſae fraternitatis irreformabili firmavit adſenſu: ut vere a ſe prodiiſſe oſtenderet, quod prius a prima omnium Sede formatum, totius chriſtiani orbis judicium recepiſſet; ut in hoc quoque capiti membra concordent &c. „

Loquitur heic S. Doctor de ſacro Incarnationis Dominicae dogmate, quod ipſe primum ceu prima Sedes inerranter Deo adſpirante, definierat, univerſo chriſtiano orbe adſentiente, ac deinceps Synodus Chalcedonenſis adprobavit. Quae vero Sedes unum inerranter definit dogma, cur cetera definiens eadem non polleat inerrantia?

Porro nonnullis celebris haec epiſtola tantiſper ſuſpecta eſt. Quoniam in vetuſtioribus collectionibus haud reperitur; nec ejus meminerunt qui olim cum Facundo Hermianienſi Theodoritum hunc Cyri Praeſulem in cauſſa trium Capitulorum vindicarunt, cui nempe haec, praeter cetera documenta, perhonorifica plane fuiſſet: tum quia ſtilus ſecundi ac tertii capitis ejuſdem epiſtolae obſervatur aliquantulum obſcurior, & ab uſitato Leonis ſtilo nonnihil diſcrepans: quia demum in fine epiſtolae eſt formula *& alia manu*, earum literarum propria, quae diver-

ſum in periodo caracterem exhibent; quum tamen ejuſmodi formulam in nulla alia Pontificis noſtri epiſtola legere ſit.

Nihilo ſecius exſtat epiſtola noſtra in compluribus & quidem nobilibus Mſſ. quae laudata vide ſis, una cum eadem exſcripta epiſtola, ab recentibus Editoribus operum S. Leonis, e quibus nemo unus, quem viderim, ea inter genuinas non enumerat. Ex iis autem ipſis unus *Queſnell.* in hac epiſt. ſuo ordine XCIII. ubi nos legimus, *quae noſtro prius miniſterio definierat*, notat legendum ex Mſſ. codd. Thuan. ac Trecopithaeo, *noſtrum .... miniſterium*, ſtatimque hanc in ipſo margine poſtillam adjicit, *irretractabili concilii oecum. adſenſu firmantur etiam primae Sedis judicia*; quibus porro vides hominis dolum, quem alias ſaepe ſuggerit: quaſi nempe eum praeferant ſenſum Leonis verba, ut judicia Romanae Sedis, utpote per ſe non ſatis firma, oecumenici concilii adſenſu egeant & confirmatione. At quantum haec ſubdola interpretatio a verbis & ſenſu Leonis aliena ſit, ipſe hujus epiſtolae, atque alterius dogmaticae numero XXVIII. ad Flavianum miſſae contextus ſatis ſuperque prodit. Pluribus hac in re Queſnellum confutarunt *Ballerinii* ubi de hac epiſt. not. 2. col. 1219.

II. ...*Deus, qui ineffabili ſacramento jus Apoſtolici Principatus in Romani nominis arce poſuiſti, unde ſe evangelica veritas per tota mundi regna diffunderet: praeſta...*

Ex eodem Sacramentar. in collecta ad missam V. in natali apostolorum Petri et Pauli (ap. cit. *Murat.* t. 1. col. 335. & citt. alias *Ballerin.* col. 37.)

Apertiſſime vides, &, reor, ſuſpicis Apoſtolici Principatus & inerrantiae in exponendis evangelicis veritatibus, hoc eſt in decidendis pro univerſa Eccleſia quibuſque fidei dogmatis jura Romano Pontifici conſpicue adſerta. Haec porro exinde clariora ſunt, quam ut ulla egeant interpretis expoſitione.

III. ...*Qui ſecundum promiſſionis tuae inviolabile conſtitutum Apoſtolicae (*Petri*) confeſſioni (* tribuiſti *)... ipſaque ſit ſacri (* Eccleſiae *) corporis ubique vera compago, quae te diſpenſante, devota obſe-*

qui-

quitur, quidquid Sedes illa cenſuerit, quam tenere voluiſti totius Eccleſiae principatum ...

EX EODEM SACRAMENTAR. IN PRAEFAT. AD MISSAM XIV. IN IPSO APOSTOLORUM NATALI (ap. *Murat.* t. 1. col. 337.)

Haec Praefatio ex duabus compacta videtur, atque eadem vel ſaltem valde adfinis eſt ſubſequenti.

IV. *Vere dignum. Quia tui operis, tuaeque virtutis eſt ut beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli glorioſa confeſſio ... nec capiatur unquam falſis, nec perturbetur adverſis; ſed ut potius tui corporis ubique devota compago, te diſpenſante, ſuſcipiat, quod Sedes illa cenſuerit, quam tenere voluiſti totius Eccleſiae principatum ...*

EX IPSO SACRAM. IN PRAEFAT. AD MISSAM XIX. SS. APOSTOLORUM (ap. *Mur.* cit. col. 340.)

V. *Deus honorum omnium ... & idcirco huic famulo tuo, quem Apoſtolicae Sedis Praeſulem & Primatum* (ſic) *omnium, qui in orbe terrarum ſunt, ſacerdotum, ac univerſalis Eccleſiae tuae Doctorem dediſti, & ad ſummi ſacerdotii miniſterium elegiſti, hanc quaeſumus Domine gratiam largiaris ...*

E SACRAMENTARIO GREGORIANO IN CONSECRATIONE SUMMI PONTIFICIS (ap. laud. *Murat.* t. 2. col. 271. ſq.)

Eadem ibidem repetitur inſignis Deprecatio ubi de officio Epiſcopi, col. 440. & in ordinatione Romani Pontificis apud Baſilicam beati Petri Apoſtoli, col. 448.

Jam vero in Doctore univerſalis Eccleſiae, quem Deus elegit, quis prudens & ſapiens inerrantiam deſideret? Immo mihi ad ſenſum Eccleſiae Romanae, in ea ſacra actione ejuſmodi ſententiam tum concinentis, idem omnino eſt dediſſe Deum Romanum Pontificem univerſalis Eccleſiae Doctorem, ac dediſſe infallibilem fidei regulam, Virum nempe ſupremum, qui nomine Dei veritates Eccleſiam edoceret; dubiaque & emergentes lites in rebus fidei abſque ullo erroris periculo dijudicaret. Quod

 ſi Do-

ſi Doctor a Deo datus & conſtitutus in eruditionem totius gregis, hunc falſae doctrinae paſcuis imbuat, quis merito eos errores in Deum non revocarit, quippe qui ſuum in errore deſeruerit Doctorem, & cum eo inſimul univerſam Eccleſiam, ejus concreditam inſtitutionibus ubi agitur de ſummo fidei negotio? Abſit itaque Deum unquam ſuum Doctorem in rebus fidei definientem deſerere, quem proinde regulam fidei univerſa Eccleſia fateatur, oportet.

VI. *Deus qui hodierna die beatum Petrum poſt te dediſti caput Eccleſiae ... te ſupplices exoramus: ut qui dediſti Paſtorem, ne quid de ovibus perderes, ut grex effugiat errores ...*

E Sacramentar. gallicano in collectione ad Missam in cathedra S. Petri (ap. *Mabillon.* in Muſ. italico t. 1. p. 296.)

Ex hoc ſacro codice ſatis animadvertis, reor, gallicanas eccleſias una cum Romana in iſtud adſertum de quo diſſerimus jam a primaevis temporibus conſpiraſſe, quidquid recentiores galliarum doctores oppoſitum noſtris temporibus enixe ſtudeant promovere. Jam vero de autentia & auctoritate eorum, quos hoc loci adduximus, liturgicorum Codicum ſatis abunde toto opere ſparſim, ubi res liturgicae occurrunt, diſputavimus. Ex iis itaque praeiactis documentis, de quibus utique dubitare nefas eſt, facile colligitur, Romanum Pontificem in rebus fidei & morum definientem ex cathedra, ut ajunt, veriſimillimo argumento inter ſpirantes fidei regulas merito connumerandum eſſe.

Hoc itaque humillimum Votum ad Vaticanum Petri tholum in perpetuum Petri ejuſque Sedis Apoſtolicae obſequium adpenſum vult Auctor.

Hactenus de Deo fine virtutibus theologicis & moralibus cardinalibus obtinendo, cui ſoli laus honor & gloria.

INDI-

INDICES ALPHABETICI

ſub praemonito , conſimilibus Indicibus praefixo ad Tomum II. pag. 508. huc loci recolendo .

INDEX I.

SANCTORUM DOGMATUM

una cum Ethnicis Sapientibus , Vetuſtis Monumentis , Quaeſtionibus Dogmatico-Scholaſticis , & Erronibus .

C

DOGMA I.

Caritas theologica eſt virtus ſuperna , virtutum regina . 201

SAPIENTES ETHNICI

qui comprobant dogma , quod ſpectat caput de dilectione proximi .

Antiſthenes .)
Ariſtides .)
Ariſtoteles .)
Aurelius M. Imp.)
Cato Stoicus .)
Confucius .)
Demoſthenes .)
Epicurus .)
Heſiodus .)
Hierocles .) 215
Maximus Tyrius .)
Pittachus .)
Plato .)
Pythagoras .)
Seneca .)
Simplicius .)
Socrates .)
Tullius .)

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant dogma .

Abdae Ep. teſtim. 218
Adeodati Archipr. epit. 224
Agnetis fragmentum vitreum. 240
Andreae Ep. epit. 220
Anularis gemma . 244
Anulus Chriſtianorum vetus . 241
Aſterii M. teſtim . 216
Calpurnii tit. 227
Carponii M. teſtim. 217
Columba aenea in modum lucernae . 242
Columba alia lucernae ſuper crucem inſidens . 243
Criteſi tit. 228
Documenta liturgica indic. 239
Dolcitiae epit. 219
Euphemiae . 221
Fragmenta vitrea indic. 240
Fragmentum marmoreum. 241
Geppae epit. 219
Jaquinti Ep. 221
Ignatii M. teſtim. 216
Joſephi Presb. 218
Juniae Furniae tit. 230
Lapides plures indic. 220
Laurentii votum . 242
Leae tit. 230
Leonis Ep. diſtich.) 223
Lupeni Ep. tit.)
Perpetuae M. teſtim. 216
Philippi Ep. 217
Probi M. 217
Romani M. tit. 229
Sacramentar. Leonian. 230. , 234
Sacramentar. Rom. Eccl. 235

Se;

Secundi lapis. 219
Theodorae tit. 220
Theodotae teſtim. 218
Thoribii tit. 228
Tituli plures cum vaſculo ſanguineo indic. 229. ſq.

QUAESTIONES
quae elucidant dogma.

Caritatis theologicae notio quae? 201. quaenam ſit ejus praeſtantia inter ceteras virtutes? 209. n. 166. ſitne amor verae benevolentiae ac amicitiae? ibid. n. 167. quaenam actiones caritati jure adſcribendae? 210. n. 170. quis modus in ea ſervandus? ib. n. 171. num vi propria juſtificet? ib. n. 172. quinam illius proprii effectus? 211. n. 175.
Caritatis materia quae? 212. n. 176. quae item ratio potiſſima? 213. n. 182.

ERRONES
qui in dogma impegiſſe feruntur.

Anonymi Galli. 206
Anonymi varii. 203
Bajus Mich. 203., 207
Fenelon Fr. Salign.)
Henricus à S. Ignat.) 207
Janſenius.)
Luſitanus Presbyter. 208
Mahumedes. 202
Molinoſius. 204
Queſnellus. 207
Quietiſtae. 204

DOGMA II.

Concilium univerſale in Spiritu S. legitime congregatum eſt regula fidei. 78. 113

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant dogma.

Ariminenſis lapis. 165
Bonuſae epit. 162
Marmora bina ſequioris aetatis indic. 166

QUAESTIO
quae dogma elucidat.

Quid de auctoritate *Concilii oecumenici*? 160. n. 118. ſqq.

ERRONES
qui in dogma impegiſſe feruntur.

Alexandrina pſ. ſyn. an. 457)
alia ibid. pſ. ſyn. an. 477.) 104
alia ib. pſ. ſyn. an. 482.)
Alliaco Petrus. 112
Antiochena pſ. ſyn. an. 431.) 104
Antiochena altera an. 485.)
Aquileienſis pſ. ſyn. 105
Ariani.) 110
Arminiani.)
Breviſcoxa Jo. 112
Calvinus Jo. 111
Clemens Scotus. 109
Coſtantinopolitana multiplex pſ. ſyn.)
alia ib. an. 496.) 104
alia ib. an. 512.)
alia ib. an. 712. 106
alia ib. an. 815.) 107
alia ib. an. 824.)
alia ib. an. 1283.) 108
alia ib. an. 1450.)
Corvinus Ant. 111
Dirinenſis pſ. ſyn. 105
Epheſina pſ. ſyn. praedatoria.) 104
alia ib. pſ. ſyn. an. 477.)
Eutychiani. 110
Francofordienſis pſ. ſyn. 107
Francus Sebaſt.) 110
Graeci ſchiſmatici.)
Gubenſis pſ. ſyn.) 104
Hieroſolymit. pſ. ſyn.)
alia ib. pſ. ſyn. 108
Huſſitae.) 110
Iconomachi.)
Kemnitius Martinus.) 111
Limborchius Philip.)
Lutherus & ejus aſſeclae. 110
Major Joan. 112
Monothelitae.) 110
Neſtoriani.)

Ne-

Neſtorianorum pſ. ſyn. 108
Pariſienſis conventus. 107
Perſica pſ. ſyn.) 104
alia ib. pſ. ſyn.)
Presbyteriani. 110
Proteſtantes reformati. 111
Quakeri. 110
Regius Urbanus. 111
Rutheni. 109
Sacramentarii.) 110
Severiani.)
Sidonia pſ. ſyn. 104
Sociniani.) 111
Sommerus Jo.)
Thevinenſis pſ. ſyn. 104
Valdenſis Thomas. 112
Wicleffus Jo. 110

E

DOGMA III.

Eccleſia univerſalis eſt regula fidei. 78. 113

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae comprobant dogma.

Miſſale Francorum indic. 156
Miſſale Gothicum. 157
Sacramentarium Gelaſianum. 155
156. bis.
Sacramentar. Gregor. 157
Sacramentar. Leon. 153. & 154. ter.

QUAESTIO
quae illuſtrat dogma.

Quid de auctoritate *Eccleſiae univerſalis?* 151. n. 112

ERRONES
qui in dogma impegiſſe feruntur.

Adamitae.)
Albigenſes.)
Apologetici.) 97
Aſſurani ſeu Aſſuritani.)
Berengarius. 99
Bucerus Martinus.) 100
Calvinus Jo.)
Campates aut Montenſes.) 97
Circumcelliones.)
Claudius Pariſienſ. 102
Donatiſtae.) 97
Dulciniſtae.)
Gerardus. 100
Janſeniſtae.) 101
Limborchius Philip.)
Luciferiani. 97
Lutherus.) 100
Muſculus Andraeas.)
Novatiani. 97
Oſma Petrus. 100
Parmeniani. 97
Peacochus Reginaldus. 100
Pelagiani. 102
Piceninus. 100
Pſeudo apoſtolici. 97
Queſnelliani. 101
Queſnellus. 103
Rogatiani. 97
Sociniani. 100
Veſſalia Joan. 99
Vœtius Sylvodunenſis. 102
Waldenſes Pedemont. 97

F

DOGMA IV.

Fides theologica eſt virtus ſuperna, ſalutis initium. 3.

SAPIENTES ETHNICI
qui quo quo modo comprobant dogma.

Aegyptii.)
Cotta Academ.)
Euripides.)
Mahumedani.) 55
Philetas.)
Plato.)
Pythagoras.)
Seneca.)
Sinae.)
Zaleucus.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant dogma.

Aeliae Haelianae lapis. 63
Annli plurimi indic. 77
Anulus Chriſtianorum. 77
Arſacii epitaph. 63
Documenta liturgica indic. 75
Diptycha tabula Novarienſ. 76

En-

Google

Ennodii epitaph. 58
Felicis M. teſtim. 56
Flavi Ariſtionis votum Dianae. 66
Flavii Coſmi Jovi Dolicheno. 67
Gemmae binae annlares indic. 77
Herilae Comitis epit. 59
Hieracis M. teſtim. 56
Hilari lapis. 59
Liturgia S. Gregorii Alex. 68
Miſſale gallicum vetus. 74
Monumenta plurima indic. 64
Muſtii votum Aeſculapio. 67
Nicephori M. teſtim. 57
Orationale Gothico-hiſp. 72
Paulliae epitaph. 63
Sacramentar. Leon. 70
Sperati M. teſtim. 56
Theodoti M. 57
Valerii L. votum Iſidi. 66
Vibii votum Serapidi. 65
Vota plurima pagan. indic. 66.67

QUAESTIONES

quae elucidant dogma.

Fides quid ſit? 3. n. 6. quotuplex? 26. n. 7. quae praeambula ad eam requiſita? 28. n. 12. quae ſint ejus adtributa intrinſeca? 30. n. 16. quid ſit, & in quo conſiſtat ejus reſolutio? 34. n. 32.

Fidei materia proxima quae? 36. n. 40. qua ratione myſteria ſuperna in ſymbolis tradantur? 37. n. 41. num materia, quam haec myſteria fidei religionis revelatae ſuppeditant, ſubceſſu temporis creverit, aut decreverit? 41. n. 45. an ejus materia ſit etiam concluſio deducta ex praemiſſa revelata? 42. n. 48. quid de famoſa partitione articulorum fidei in fundamentales & non fundamentales? 44. n. 55.

Fidei ratio potiſſima quaenam? 46. n. 62. quas Dei dotes per ſe ſe reſpiciat? 48. n. 69. quo pacto haec adtingi debeat ab actu fidei? 49. n. 75. num propoſitio Eccleſiae ſit etiam ratio divinae fidei? 50. n. 79.

ERRONES

qui in dogma impegiſſe feruntur.

Abaelardus Petrus. 5
Adamitae. 3
Altingius Henricus.)
Ameſius Guil.) 17
Anonymi quidam. 23
Apologia Confeſſ. Auguſtanae. 10
Bajus Mich. 20
Baronius Robertus. 17
Baſilidiani. 4
Beza Theod. 17
Buddeus J. Fr.)
Buzerus.) 10
Calvinus Joan. 12
Canzius.)
Carpzovius Jo. Bened.) 10
Confeſſiones Calviniſticae 17
Confeſſiones Lutheran. 10
Crellius.)
Czechovicius.) 20
Deiſtae recentes. 24
Elceſaei. 5
Eraſmus Deſiderius. 11
Eunomius. 5
Gnoſtici. 3
Gomarus Franc. 17
Janſenius Jprens. 21
Lubbertus Sibrandus. 17
Lutherus Martinus. 9
Magdeburgenſes. 10
Manichaei. 5
Mareſius Samuel. 17
Melancthon Phil. 10
Molinaeus Petr. 17
Moſcorovius.)
Oſtorodus.) 20
Paraeus.)
Perkinſius)
Pictetus Bened.) 17
Placeus Joſua.)
Quesnellus Paſchas. 21
Raymundus Neoph. 6

Ri-

Riſvich Hermannus. 8
Rivetus Andraeas. 17
Schlichtingius.)
Smalczius.) 20
Simon Magus. 3
Socinus Fauſtus 18
Stegmanius. 20
Trelcultius.)
Turretinus Franc.) 17
Valentiniani. 3
Volckelius. 20
Waldenſes Pedemont. 9
Wendelinus.)
Wittichius Chriſtoph.) 17
Zanchius.)

DOGMA V.

Fortitudo ſuperna vel tranſiens illa ſit in homine vel permanens, Spiritum ſanctum auctorem & donatorem habet. 291.

SAPIENTES ETHNICI

qui dogma quadantenus adumbraſſe videntur.

Anaxarchus.)
Camilla.)
Cloelia.)
Cornelii bini.)
Lacaenae virgines.)
Metellus.)
Rutilius.) 292
Salluſtius.)
Scaevola Mucius.)
Socrates.)
Theodorus Pythag.)
Zeno Eleates.)

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant dogma.

Abdallahami M. teſtim. 304
Aithilahae & ſocc. 304 ſq.
Amantii tit. 308.
Anulus metallicus. 320
Aſterii M. teſtim. 302
Barbaſcemini Ep. 304
Diodori M. 305
Ebedjeſu. 304
Fauſtinae tit. 310
Felicis M. teſtim. 301
Feliciſſimae tit. 307
Laurentii Numerii lapis. 309
Lucerna fictilis. 318
Marii ducis & mart. epit. 306
Miſſale gallicum vetus. 312
Miſſale gothicum gallic. 316
Papii M. teſtim. 305
Paulli Calaritani tit. 307 ſq.
Petri M. teſtim. 302
Polycarpi Ep. M. 301
Pontificale Gemmeticenſe. 316 bis.
Pontificale Trecenſe. 317
Priſci epit. 306
Sacramentar. Rom. 310 & 311
Serapionis M. teſt. 305
Theodotae M. 303 & 304
Theodoti M. 302 bis.
Theodoti Syracuſani tit. 308
Vas vitreum. 319
Vaſcula cum palmis indic. 320
Victoris M. teſtim. 301
Vincentii M. 303. bis
Ulpiae tit. 307
Zoae Claudiae. 309

QUAESTIONES

quae elucidant dogma.

Fortitudinis notio quae? 290. n. 245. quaenam ejus materia & ratio potiſſima? 291 n. 246 quid de ea doceat fides? ibid. n. 247 an animi lenitas ac demiſſio, & oblivio injuriarum, quas virtutes Chriſtiani profitentur cum honeſta & abſoluta fortitudine bellica pugnent? 292 n. 252. anne duello ſeu monomachiae honeſtas fortitudinis adſerenda? 296 n. 268 e duabus actionibus a fortitudine ſubortis, ardui nimirum perpeſſione & adgreſſione quaenam praeſtat? 300. n. 280. ſq.

ERRONES

qui in dogma impegiſſe feruntur.

Nimirum ii omnes qui impegiſſe feruntur in dogma de autocheiria

jam jam proponendum.

DOGMA VI.

Fortitudinis proles non eſt autocheiria; quae nempe ex ſe ſe turpis eſt & inhoneſta. 293 n. 255

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant dogma

Philolaus.) Plato.) Pythagoras.) 294

Huc quoque revocandi, qui in odium autocheiriae leges tulerunt.

QUAESTIO
quae illuſtrat dogma.

Autocheiria num quid honeſtum probumque ſit? 293. n. 255.

ERRONES
qui in dogma impegiſſe feruntur.

Academia vetus. 274
Aemilius Marcus. 278
Aldelmus ſeu Anthelmus. 289
Annibal. 278
Anonymus anglus. 287
Ariſtoteles. 272
Athenienſes.) Brachmanes Indi.) 271
Buddas. 276
Calanus. 277
Cato Uticenſis. 276
Celtae hiſpani. 271
Chryſippus. 276
Cicero Tullius. 274
Circumcelliones. 283
Cleanthes.) Cleombrotus.) 276
Cleopatra. 280
Cocceius Henr. 286
Damocles.) Demonaſſae filius.) 278
Demonaxes. 277
Deslandes. 288
Donnius. 286
Empedocles. 276
Epictetus. 273
Calerius Maximianus. 279
Gallus Cornelius. 278
Gymnoſophiſtae. 271
Hercules. 278
s. Hieronymus. 289
Japones legumlatores. 271
Judaei anonymi. 281
Judas Iſcariotes. 282
Julia Caracallae mater. 280
Lipſius Juſtus. 289
Lucretia.) Marcus Portius Latro.) 279
Maupertuiſius.) Miraboau.) 288
Montanus. 282
Monteſchiu Carolus. 287
Patritiani. 282
Peregrinus Cynicus. 277
Petilianus. 284
Plato. 272
Plinius. 274
Robeck Jo. 287
Romani legislatores. 274
Seneca L. Annaeus. 273
Silius Italicus. 279
Stoici. 272
Tertullianus. 289
Thomas Morus. 286
Timanthes Cleonaeus. 279
Vergerus Jo. ſeu Abbas de S. Cyran. 286
Zamarus. 277
Zeno. 276

DOGMA VII.

Juſtitia erga Deum & homines adamuſſim ſervanda, & ne minime quidem uſpiam laedenda. 261. n. 243.

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant dogma.

Anacharſis.) Mercurius Triſmegiſtus.) Seleucus.) 261

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant dogma.

Adalberti epit. 270
Calevii tit. 262
Conſtantini Imp. lapides. 263 & 265
Hilderamni epit. 269
Ur-

Urſicini lapis. 263

QUAESTIONES
quae dogma elucidant.

Juſtitiae notio quae? 248. n. 203. quae item ejus materia & ratio potiſſima? 249. n. 208.

Juris, quod juſtitia reſpicit & commetitur, quae notio? 250. n. 210. hujuſce juris partitio. ibid. n. 212. quid de origine ac progreſſu primaevo dominiorum? 252. n. 214. quo deinceps pacto, adoleſcente jam mundo, adquiri intelligatur dominium rerum? 253. n. 220. num dominium directum ſeparari poſſit ab uſufructu perpetuo? 254. n. 221. quiſnam dominio adquirendo idoneus? ibid. n. 223. quaenam externae res dominio humano ſubjici poſſint? 257. n. 232. gaudetne homo dominio in alium hominem? 258. n. 236. eſtne propriae vitae ac famae dominus? 259. n. 237. num in rebus quae unico actu conſumuntur, poſſit uſus ſeparari à dominio proprietatis? ibid. n. 238. quid de juſtitia doceat fides? 261. n. 243.

M

DOGMA VIII.

Martyrium opus eſt ſanctiſſimum, Deo pergratum, laude atque retributione dignum. Contra vero declinatio à martyrio per ejurationem Chriſti, aut ſuperni alicujus dogmatis. 356. n. 310.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae dogma illuſtrant.

Acepſimae M. teſtim. 371
Afrae M. 367
Aithilahae. 373
Arcadii. 368
Bellinae tit.) 371
Brichieſu teſtim.) 371
Clementis Flavii tit. 374
Damaſi epigramma. 387
Decentii pueri epitaph. 388
Eutychii tit. 386
Felicis P. II. 376
Gordiani M. 381
Joſephi presb. 369., 371., 372
Kalendarium Bucher.) 396
Kalendar. Carthagin.) 396
Lanni M. tit. 383
Marcellae & ſocc. 389
Martyrum c. Perſ. teſtim. 369
Martyrum XL. Perſ.) 370
Narſetis M.) 370
Polemii Silvii latercul. 397
Polycarpi M. teſt. 364
Primitii epitaph. 380
Ruffini & ſocc. tit. 389
Sacramentarium Leonian. 400., 402.
Sacramentar. Rom. Eccl. 397
Sciahduſtis M. teſt. 370
Simplicii & Fauſtini lap. 375
Tharbae & ſocc. teſt. 370
Victoris M. 368., 372
Vitalini epitaph. 385

QUAESTIONES
quae elucidant dogma.

Martyrii ſacri notio. 349. n. 285. quae ejus partitio? 351. n. 290. de eo quid fide ſanctum ex verbo Dei ſcripto & tradito? 355. n. 307. ejus praerogativae quae? 356. n. 311.

Martyrium perfectum num & qualis fortitudinis foetus ſit? 357. n. 315. quid de ſpontanea ad martyrium oblatione? 359. n. 323. quid de provocatione tyranni, cujus interventu illum tibi mortem illaturum pro certo habeas? 360. n. 326. quid de fuga in perſequutione ad vitandum martyrium? 361. n. 328. quid de pſeudo-martyrio ejuſque patronis? 362. n. 330.

ERRONES

qui in dogma impegiſſe feruntur.

Ariani. 344
Aurelius M. Anton. 323
Baſilides.) 338
Cajani.)
Calviſianus. 330
Circumcelliones. 339
Cyzicenus Praeſes. 337
Decius Imp. 323
Detractores indolis & dotum ſacri Martyrii. 339
Diocletianus Imp.) 323
Domitianus.)
Dulcetius. 329 & 330
Elcaeſaei. 339
Ethnici plerique omnes. 322
Foxius Jo. 347
Gaius judex. 331
Galerius Armentar. 323
Gnoſtici. 338
Hadrianus Imp. 333
Heraclius Conſular. 323
Hormiſdatſcirus, 337
Huſſita anonymus. 347
Iulius Proclus Quintil. 324
Iuſtinus praeſes. 331
Legerus Jo. 346
Licinius Imp. 323
Lyſias praeſes. 327
Marcionitae. 340
Martyriani. 344
Maximianus Hercul.) 323
Maximinus.)
Menandriani. 338
Montaniſtae ſeu Cataphryges 340
Nero Imp. 323
Novatiani. 343
Optimus Proconſ. 327
Petilianus. 339
Prodicus. 338
Priſcillianiſtae. 345
Pſeudo-martyrol. recentiores. 346
Publius Praefectus. 333
Ruſticus Praef.) 323
Sapor II. Imp.)
Saturninus Proconſ. 323
Severus Praeſes. 331
Trajanus.) 323
Teredates rex.)
Theotecnus. 328
Valentiniani. 339
Valerianus.) 323
Voluſianus.)
Walchius Jo. Georg. 347
Zaruſciates. 334

DOGMA IX.

Pontificis Romani auctoritas in definitionibus fidem & morem ſpectantibus irrefragabilis eſt, & jure compluribus fide ſancta.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant dogma.

Sacramentar. Gallican. 412
Sacramentar. Gregorian. 411
Sacramentar. Leonian. 410. bis, & 411.

R

DOGMA X.

Revelati omnes a Deo articuli, & ab Eccleſia ad credendum propoſiti ſunt materia fidei. 44. n. 56.

QUAESTIONES

quae elucidant dogma.

Revelatio Dei quid ſit? 49. n. 74. num requiratur revelatio publica, an privata ſufficiat? 50. n. 78. an omnes articuli a Deo revelati ſint aequaliter fide digni 44. n. 56. num qui neget unum articulum fidei ſufficienter propoſitum, fidem theologicam retineat adverſum alios? 50. n. 80. quouſque ſit infallibilis Dei revelantis auctoritas? 52. n. 84.

S

DOGMA XI.

Scriptura ſacra prout ab Eccleſia proponitur ſecundũ omnes ejus partes Spiritu Sancto dictante vel ſuggerente exſarata eſt; quocirca eſt regula fidei. 78. & 113. n. 96.

MO-

Digitized by Google

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant dogma.

Agni ſuper montem in Jordane imago. 143
Antiphonarium S. Gregor. 119
Arcae Teſtamenti imago. 141
Candelabri a Moſe conflati. 137
Candelabri ejuſdem typi plures ind. 139
Chriſti Redemtoris cum ſiglis A & Ω. 142
Danielis in lacu leonum. 141
Donati Ep. M. teſtim. 116
Euplii M. 117 bis.
Imagines plurimae indic. 143
Jobi ulcere percuſſi. 136
Kalendarium Bucherianum. 127
Kalendarium Carthaginenſe. 130
Kalendarium marmoreum Neapol. 131
Lapis cum ſiglis A & Ω. 118
Lectionarium Luxovienſe. 126
Ludovici Pii diploma. 145
Martyrologium Hieron. 130
Martyrol. Rom. vetus. 129
Miſſale Moz arabicum. 122., & 123
Monumenta lapid. indic. 118
Noë in arca imago. 134
Puerorum in camino ignis. 142
Sperati M. teſtim. 117
Symbola plurima Evangel. ind. 144
Tabellae dipictae indic. 135., & 142
Triadis SSmae ſymbolum. 143

QUAESTIO

quae elucidat dogma.

Quid de auctoritate *Scripturae* ſacrae? 114. n. 101.

ERRONES

qui in dogma impegiſſe feruntur.

Albanenſes. } 91
Albigenſes. } 91
Alogi. 86
Anabaptiſtae. 93
Anonymi veteres. 88
Apelles. 86
Ariani. 88
Arminiani ſeu Remonſtrantes. 94
Athei. 79
Baſilides. 86
Bogomili. 91
Brentius. 93
Cajani. 87
Calvinus. 93
Cathari. 91
Celſus. 78
Cerdon. } 86
Cerinthus. } 86
Deiſtae. 79
Denkius Jo. 93
Ebionitae. } 86
Elceſaei ſeu Elxaei. } 86
Encratitae ſeu Tatiani. 88
Ethnici veteres. 78
Gnoſtici. 87
Hetzerus Ludov. 93
Judaei recentiores. 81
Judaei veteres. 79
Julianus Imp. 78
Limborchius Phil. 94
Lucanus Marcionis diſcipulus. 87
Lutherus. 92
Magdeburgenſes. 93
Mahumedani. 84
Manichaei. } 87
Marcion. } 87
Meriſtae. } 80
Nazaraei. } 80
Nicolaitae. 87
Offeni. 80
Parma Jo. 92
Paulliciani. 91
Porphyrius. 78
Ptolomaeus. 86
Quartodecimani. 87
Sacramentarii. 93
Sadocaei. } 79
Samaritani. } 79
Sampſaei. 86
Schvvenfeldius. } 93
Servetus Mich. } 93
Severiani. 88
Simon Magus. 85

So-

Sociniani. 94
Socinus Fauſtus. 93
Spinoſa cum Deiſtis. 135
Stackouſius. 93
Syri Neſtoriani. 88
Talmudiſtae nonnulli. 82
Theodorus Mopſueſtenus.) 88
Theodotus Byzantinus.)
Valentiniani. 86
Waldenſes Pedemontani. 91
Wittakerus Guil. 93

DOGMA XII.

Spei actus per ſe bonus honeſtus & ſupernaturalis eſt operari vitam aeternam, ea duntaxat ratione *quia Deus eſt ſummum bonum noſtrum*. 178.

QUAESTIONES
quae elucidant dogma.

Num operari propter mercedem & retributionem aeternam ſit actus Spei honeſtus & commendatione dignus? 178. n. 151. num liceat quoque in creatura vel in propriis meritis ſperare? 181. n. 160.

DOGMA XIII.

Spes theol. eſt virtus ſuperna, cunctis ad ſalutem neceſſaria. 167. n. 124.

SAPIENTES ETHNICI
qui comprobant dogma.

Ii nimirum qui praemia aeterna hominibus in remunerationem virtutum moralium a diis parata adſeruerunt. 182.

MONUMENTA ANTIQUITATIS
quae illuſtrant dogma.

Acepſimae Ep. teſtim. 186
Barhadbeſciabae Diac. 184
Baſilii Presb. 183
Bonoſi lapis. 187
Documenta liturgica ind. 201
Documenta Martyrol. ind. 184
Ferreoli M. teſtim. 183
Gordii M. 184
Herennii Etruſci numus. 192
Jonae M. teſtim.) 186
Joſephi M.)
Lapides votivi paganor. indic. 192
Marciani epitaph. 187
Maximiliani M. teſt. 184
Nicandri M. 183
Numi plurimi ind.) 193
Orationale gothico hiſp.)
Pacori lapis votivus. 189
Phuſikii M. teſtim. 185
Potiti Cornelii lapis vot. 189
Publii epitaph. 188
Romanae Reipubl. votum 192
Sacramentarium Bobienſe. 196
Sacramentar. Leonian. 193. & 194.
Sacramentar. Rom. Eccl. 194
Spei bonae lapis, 189
Stefanorum lapis. 187
Varronis Caii Sacc. votum. 189
Vaſconii lapis. 190

QUAESTIONES
quae dogma elucidant.

Spei theologicae notio. 167. n. 124. quae eam neceſſario praecedant? 172. n. 126. num diſtinguatur à deſiderio? 173. n. 231. quaenam abſentia & arduitas requiratur in ejus materia? ib. n. 132. an ſit amor concupiſcentiae erga Deum, quatenus nobis bonus eſt? 174. n. 134. quaenam ſit ejus indoles ac perfectio inter virtutes theologicas? ib. n. 135. quae item ejus materia? 176. n. 141. qualiſnam ratio potiſſima ob quam quis ſperat à Deo beatitudinem? 177. n. 145.

ERRONES
qui in dogma impegiſſe feruntur.

Anonymi quidam. 168
Calviniſtae. 169
Eckardus. 168
Fenelon Fr. 170
Ianſeniſtae. 169
Iudaei omnes. 167
Lullus Raym. 168
Lutherani. 169
Mahumedani. 167
Molinoſius. 169

Que-

Queſnellus Paſch. 171
Rigoriſtae anonymi. 170
Simon Magus. 168

T

DOGMA XIV.

Temperantia omnibus univerſe praecipitur: quin etiam praecipitur quandocumque prohibentur vitia temperantiae vel ſobrietati per ſe ſe oppoſita. 406. n. 342.

QUAESTIONES

quae elucidant dogma.

Temperantiae notio quae? 404. n. 336. quaenam ejus materia & ratio potiſſima? ibid. n. 337. qualis virtus illa ſit? 405. n. 338. quid nos de Temperantia ſacra condocet fides? 406. n. 342. quaenam ſit ejus regula in moderando adpetitu concupiſcente erga delectabilia quae reſpicit? ibid. n. 343.

DOGMA XV.

Timor ſervilis, ſeu actus ſperans beatitudinem, & timens ejus contrarium, honeſtus eſt, ſupernaturalis & utilis ad ſalutem. 177.

QUAESTIO

quae elucidat dogma.

Quid de *Timore* cum ſpe conjuncto? 177. n. 146. ſqq.

DOGMA XVI.

Traditiones divinae in Eccleſia ab Apoſtolis ad noſtra uſque tempora ſerie non interrupta derivatae ſunt regula fidei. 78. & 113. n. 96.

MONUMENTA ANTIQUITATIS

quae illuſtrant dogma.

Ludovici Pii Capitulare ſ. 147
Miſſale gothicum gallic. 148
Orationale gothico-hiſp. 150
Profeſſio fidei Impp. Graec. 148
Pullionis M. teſtim. 146
Rituale Rom. vetus. 147
Sacramentar. Gregor. 149

QUAESTIO

quae dogma elucidat.

Quid de auctoritate Traditionis? 145. n. 106. ſqq.

ERRONES

qui in dogma impegiſſe feruntur.

Aëriani. 95
Anabaptiſtae. 96
Ariani. 94
Barclaius Robertus.)
Brentius.)
Buddeus Jo. Fr.) 96
Calvinus.)
Confeſſioniſtae.)
Dallaeus Jo.)
Eunomiani.)
Eutyches.) 95
Hamelmannus.) 96
Heideggerus.)
Iconomachi. 95
Kemnitius.)
Leblanchius.) 96
Limborchius.)
Lutherus. 95
Magdeburgenſes. 96
Neſtorius.)
Pelagius.) 95
Petrobuſiani ſeu Apoſtolici.)
Phariſaei veteres. 94
Pneumatomachi. 95
Puritani.)
Quakeri.)
Remonſtrantes.)
Rivetus Andr.) 96
Sacramentarii.)
Socianiani.)
Stackouſius.)
Szegedinus.)
Talmudiſtae.) 94
Valentiniani.)
Vedroſius. 96
Waldenſes Lugdun.)
Waldenſes Pedemont.) 95
Wicleffus Jo.)

INDEX II.

SAPIENTUM ETHNICORUM.

A

Aegyptii pro Fide. 55
Anaxarchus pro Fortitud. 292
Antiſthenes pro Carit.)
Ariſtides pro Carit.)
Ariſtoteles pro Carit.) 215
Aurelius M. Imp. pro Carit.)

C

Camilla pro Fortit. 292
Cato Stoicus pro Carit. 215
Cloelia pro Fortit. 292
Confucius pro Carit. 215
Cornelii bini pro Fortit. 292
Cotta pro Fide. 55

D

Demoſthenes pro Carit. 215

E

Epicurus pro Carit. 215
Euripides pro Fide. 55

H

Heſiodus pro Carit.)
Hierocles pro Carit.) 215

L

Lacaenae Viragines pro Fort. 292

M

Mahumedani pro Fide. 55
Maximus Tyrius pro Carit. 215
Metellus pro Fortit. 292

P

Philetas pro Fide. 55
Plato pro Fide 55. Carit.)
Pittacus pro Carit.) 215
Pythagoras pro Fide. 55. Car.)

R

Rutilius pro Fortit. 292

S

Salluſtius pro Fortit.)
Scaevola Mucius pro Fort.) 292
Seneca pro Fide. 55. Carit.)
Simplicius pro Carit.) 215
Sinae pro Fide. 55
Socrates pro Carit. 215. Fort. 292

T

Theodorus Pythagor. pro For. 292
Tullius Cicero pro Carit. 215

Z

Zaleucus pro Fide. 55
Zeno Eleates pro Fortit. 292

INDEX III.

MONUMENTORUM ANTIQUITATIS.

A

Abdae Ep. teſtim p. Carit. 218
Abdallahami pro Fortit. 304
Acepſimae pro Spe 186. Martyr. 371
Adalberti epitaph. pro Iuſtitia 270
Adeodati Archipresb. pro Carit. 224
Aeliae Haelianae pro Fide 63
Afrae teſtim. pro Mart. 367
Agnetis fragmentum vitreum pro Car. 240
Agni ſuper montem in Jordane imago pro Script. 143
Aithilahae & ſocc. teſt. pro Fortit. 304. Martyr. 373
Amantii titul. pro Fort. 308
Andreae Ep. epit. pro Carit. 220
Antiphonarium S. Gregor. pro Script. 119
Anularis gemma pro Carit. 244
Anuli plurimi indic. pro Fid. 77
Anulus metallicus Chriſtian. pro Fid. 77. Carit. 241. Fortit. 320
Arcadii teſtim. pro Mart. 368
Arcae Teſtamenti imago pro Scrip. 141

Ari-

Ariminenſis lapis pro Concil. 165
Arſacii epitaph. pro Fide 63
Aſterii teſt. pro Car. 216. Fortit. 302

B

Barbaſcemini teſt. pro Fort. 304
Barhadbeſciabae pro Spe. 184
Baſilii Presb. pro Spe. 183
Bellinae tit. pro Martyr. 385
Bonuſae epitaph. pro Conc. 162
Bonoſi lapis pro Spe. 187
Brichieſu teſtim. pro Mart. 385

C

Calevii tit. pro Juſtit. 262
Calpurnii pro Carit. 227
Candelabri à Moſe conflati typus pro Script. 137
Candelabri ejuſmodi plures indic. pro Scr. 139
Carponii M. teſt. pro Carit. 217
Chriſti Redemptoris imago cum ſiglis A & Ω pro Script. 142
Clementis Flavii tit. pro Mart. 374
Columba aenea in modum lucernae conflata pro Carit. 242
Columba alia lucernae ſuper crucem inſidens pro Car. 243
Conſtantini Imp. lapides pro Iuſt. 263. 265
Criteſi tit. pro Carit. 228

D

Danielis in lacu leonum imago pro Script. 141
Decentii pueri epit. pro Mart. 388
Diodori M. teſt. pro Fortit. 305
Dipiycha tabula Novarienſ. pro Fide. 76
Documenta liturgica indic. pro Fide 75. Spe. 201. Carit. 239
Documenta Martyrolog. ind. pro Spe. 184
Dolcitiae epit. pro Car. 219
Donati Ep. teſtim. pro Script. 116

E

Ebedjeſu teſtim. pro Fortit. 304
Ennodii epit. pro Fide. 58

Euphemiae pro Carit. 221
Euplii M. teſtim. pro Script. 117
Eutychii titul. pro Mart. 386

F

Fauſtinae tit. pro Fort. 310
Felicis M. teſt. pro Fid. 56. Fortit. 301
Felicis P. II. tit. pro Mart. 376
Feliciſſimae pro Fort. 307
Ferreoli teſtim. pro Spe. 183
Flavii Ariſtion. votum pro Fid. 66
Flavii Coſini pro Fid. 67
Fragmenta vitrea ind. pro Carit. 240
Fragmentum marmoreum pro Carit. 241

G

Gemmae binae anulares ind. pro Fid. 77
Geppae epit. pro Carit. 219
Gordiani M. tit. pro Mart. 381
Gordii teſt. pro Spe. 184

H

Herennii Etruſci numus pro Spe. 192
Herilae Comitis epit. pro Fid.) 59
Hilari lapis pro Fid.)
Hieracis M. teſt. pro Fid. 56
Hilderamni epit. pro Juſtit. 269

I

Iaquinti epit. pro Carit. 221
Ignatii teſtim. pro Car. 216
Imagines plurimae ind. pro Script. 143
Iobi ulcere percuſſi imago pro Script. 136
Ionae M. teſt. pro Spe. 185
Ioſephi Presb. pro Spe. 186. Carit. 218. Mart. 369 371 372
Iuniae Furniae tit. pro Carit. 230

K

Kalendarium Bucherian. pro Script. 127. Mart. 396
Kalendarium Carthag. pro Script. 130. Mart. 396
Kalendarium marmor. Neapol. pro Script. 131

L

Lanni M. tit. pro Mart. 383
Lapides plurimi Chriſtian. ind. pro Car. 220
Lapides votivi paganor. ind. pro Spe. 192
Lapis cum ſiglis a & ω pro Script. 118
Laurentii Diac. tit. pro Fort. 309
Laurentii votum pro Carit. 242
Leae tit. pro Carit. 230
Lectionarium Luxovienſe pro Script. 126
Leonis Ep. diſtich. pro Car. 223
Liturgia S. Gregor. Alexan. pro Fid. 68
Lucerna fictilis pro Fortit. 318
Ludovici Pii diploma pro Script. 145. Tradit. 147
Lupeni Ep. tit. pro Carit. 223

M

Marcellae tit. pro Mart. 389
Marciani epit. pro Spe. 187
Marii ducis & M. pro Fort. 306
Marmora bina ſequioris aevi pro Conc. 166
Martyrum C. Perſ. teſt. pro Mart. 369
Martyrum XL. Perſ. pro Mart. 370
Martyrologium Hieron. pro Script. 130
Martyrolog. Rom. vetus pro Script. 129
Maximiliani M. teſt. pro Spe. 184
Miſſale Francor. ind. pro Eccl. 156
Miſſale Gallicum vetus pro Fid. 74 Fortit. 312
Miſſale Gothicum pro Eccl. 157
Miſſale Gothic. Gallic. pro Tradit. 148 Fortit. 316
Miſſale Moz-arabic. pro Script. 122
Monumenta lapidar. indic. pro Fid. 64 Scrip. 118. ſq.
Muttii votum Aeſculap. pro Fid. 67

N

Narſetis teſtim. pro Mart. 370
Nicandri pro Spe. 183
Nicephori pro Fid. 57
Noë in arca imago pro Script. 134
Numi plurimi ind. pro Spe. 193

O

Orationale Gothico-hiſp. pro Fid. 72. Tradit. 150. Spe. 191

P

Pacori lapis votiv. pro Spe. 189
Papii M. teſt. pro Fortit. 305
Paulli Calaritani tit. pro Fort. 307 ſq.
Paulliae epit. pro Fid. 63
Perpetuae teſt. pro Carit. 216
Petri M. pro Fortit. 302
Philippi Ep. pro Carit. 217
Phuſikii pro Spe. 185
Polemii Silvii latercul. pro Mart. 397
Polycarpi Ep. teſtim. pro Fortit. 301 Mart. 364
Pontificale Gemmetic. pro Fort. 316. bis.
Pontificale Trecenſe pro Fort. 317
Potiti Cornel. lapis vot. pro Spe. 189
Primitii M. epit. pro Mart. 380
Priſci tit. pro Fortit. 306
Probi M. teſtim. pro Carit. 217
Profeſſio fidei Impp. Graec. pro Tradit. 148
Publii epitaph. pro Spe. 188
Puerorum in camino ignis imago pro Script. 142
Pullionis teſtim. pro Tradit. 146

R

Rituale Rom. vetus pro Trad. 147
Romanae Reipubl. votum pro Spe. 190
Romani M. tit. pro Car. 229
Ruffini & ſocc. pro Mart. 389

S

Sacramentarium Bobienſe pro Spe. 196
Sacramentar. Gallican. pro inerr. Rom. P. 412
Sacramentar. Gelaſian. pro Eccl. 155. 156
Sacramentar. Gregor. pro Tradit. 149.

149.Eccleſ.157.inerr.Rom.P.411
Sacramentar. Leon.pro Fid. 70. Eccl. 153. 154. Spe. 193. & 194. Car. 230. 234. Mart. 400., 402. inerr.Rom. P. 407. 410. bis, 411
Sacramentar. Rom. Eccl. pro Spe. 194. Carit. 235. Fortit. 310. 311 Mart. 397
Sciahduſtis M. teſt. pro Mart. 370
Secundi lapis pro Carit. 219
Serapionis M. teſt. pro Fortit. 305
Simplicii & Fauſtini pro Mart. 375
Spei bonae lapis pro Spe. 189
Sperati M.teſt.proFid.56.Scrip.117
Stefanorum lapis pro Spe. 187
Symbola plurima Evang. ind. pro Script. 144

T

Tabellae depictae ind. pro Scrip. 135. 142
Tharbae & ſocc. teſt.pro Mart. 370
Theodorae tit. pro Car. 220
Theodotae teſt. pro Car. 218.Fort. 303, 304.
Theodoti proFid.57.Fortit.302.bis.
Theodoti Syracuſ. tit.pro Fort.308
Thoribii tit. pro Carit. 228
Tituli plures cum vaſculo ſanguineo indic. pro Carit. 229
Triadis SS.ſymbolum proScrip.143

V & U

Valerii votum pro Fid. 66
Varronis Caii Sacc. pro Spe. 189
Vas vitreum pro Fortit. 319
Vaſconii lapis pro Spe. 190
Vaſcula cum palmis ind. pro Fort. 320
Vibii votum pro Fid. 65
Victoris M. teſt. pro Fort. 301. Mart. 368.372
Vincentii pro Fort. 303. bis.
Vitalini M.epit. pro Mart. 385
Ulpiae tit. pro Fort. 307
Vota plurima pagan. ind. pro Fid. 66. 67
Urſicini lapis pro Juſtit. 263

Z

Zoae Claudiae tit. pro Fort. 309

I N D E X IV.

QUAESTIONUM.

A

Autocheiria num quid honeſtum probumque ſit? 293

C

Caritas theologica qua generatim notione gaudet? 201
Quae ſit ejus praeſtantia inter ceteras virtutes? 209
Reliquae hanc ſpectantes Caritatem feruntur *ſupra* 414
Concilii oecumenici auctoritas quae? 160

E

Eccleſia univerſalis docens & credens fidei dogmata infallibilis ne eſt? 151

F

Fides theologica quid ſit? 3. quotuplex? 26
Reliquae de hac Fide indicatae nuper 416
Fortitudinis notio quae? 290
Reliquae in Fortitudinem mox deſcriptae 417

M

Martyrii ſacri quae notio? 349
Reliquae de hoc Martyrio indicatae *ſupra* 419

P

Prudentia virtus moralis qua notione adpellanda ſit? 246
Quae ejus materia & an ſit practica? 247

R

Regula fidei in Eccleſia quid ſit & quotuplex? 113
Revelatio Dei quid ſit? 44

Digitized by Google

Reliquae hanc ſpectantes Revelationem *ſupra* 420

S

de *Scripturae* ſacrae auctoritate quid? 114
Spes theologica quid? 167
Quae Spem neceſſario praecedant? 172

Reliquae de Spe nuper 422

T

de *Temperantia* quid? 404
Reliquae hanc ſpectantes Temperantiam modo dedimus 424
de *Traditionum* divinarum auctoritate quid. 145

INDEX V.

ERRONUM.

A

Abaelardus in fid. 5
Academia vetus in Fort. 274
Adamitae in fid. 3. in Eccl. 97
Aemilius Marcus in fort. 278
Aëriani in trad. 95
Albanenſes in Script. 91
Albigenſes in Script. 91. in Eccl. 97
Aldelmus ſive Anthelmus in fort. 289
Alexandrina triplex pſeudo-ſyn. in Conc. 104
Alliaco Petrus in Conc. 112
Alogi in Script. 86
Altingius Henr. in fid. } 17
Ameſius Guil. in fid. }
Anabaptiſtae in Scrip. 93. in trad. 96
Annibal in fort. 278
Anonymi Galli in Car. 206
Anonymi varii in fid. 23. in Sp. 168 in Car. 203
Anonymi veteres in Script. 88
Anonymus Anglus in fort. 287
Antiochena duplex pſeudo-ſyn. in Conc. 104
Apelles in Script. 86
Apologetici in Eccl. 97
Apologia confeſſionis Auguſtanae in fidem. 10
Aquileienſis pſeud. ſyn. in Conc. 105
Ariani in Script. 88. in trad. 94. in Conc. 110. in Mart. 344
Ariſtoteles in fort. 272
Arminiani in Scrip. 94. in Conc. 110
Aſſurani in Eccl. 97
Athei in Script. 79
Athenienſes in fort. 271
Aurelius Marcus Anton. in Mart. 323

B

Bajus Michael in fid. 20. in Carit. 203. & 207.
Barclaius Robert. in trad. 96
Baronius Robert. in fid. 17
Baſilides in Script. 86. in mart. 338
Baſilidiani in fid. 4
Berengarius in Eccl. 99
Beza Theod. in fid. 17
Bogomili in Script. 91
Brachmanes Indi in fort. 271
Brentius in Script. 93. in trad. 96
Breviſcoxa Joan. in Conc. 112
Buddas in fort. 276
Buddeus J. Fr. in fid. 10. in trad. 96
Buzerus Martinus in fid. 10. in Conc. 100

C

Cajani in Script. 87. in Mart. 338
Calanus in fort. 277
Calviniſtae in Spem. 169
Calvinus Joan. in fid. 12. in Script. 93. in trad. 96. in Eccl. 100. in Conc. 111
Calviſianus Praeſes in Mart. 330
Campates ſeu Montenſes in Eccl. 97
Canzius in fid. 10

Car-

Carpzovius J. Bened. in fid. 10
Cathari in Script. 91
Cato Uticenſis in fort. 276
Celſus in Script. 78
Celtae Hiſpani in fort. 271
Cerdon in Script. } 86
Cerinthus in Scrip. }
Chryſippus in fort. 276
Cicero Tullius in fort. 274
Circumcelliones in Eccl. 97. in fort. 283. in Mart. 339
Claudius Pariſienſ. in Eccl. 102
Cleanthes in fort. 276
Clemens Scotus in Conc. 109
Cleombrotus in fort. 276
Cleopatra in fort. 280
Cocceius Henr. in fort. 286
Confeſſiones Calvin. in fid. 17
Confeſſiones Luther. in fid. 10
Confeſſioniſtae in trad. 96
Conſtantinopolitana multiplex pſeudo-ſynod. in Conc. 104. 106 107. & 108
Corvinus Ant. in Conc. 111
Crellius in fid. 20
Cyzicenus Praeſes in Mart. 337
Czechovicius in fid. 20

D

Dallaeus in trad. 96
Damocles in fort. 278
Decius in Mart. 323
Deiſtae recentes in fid. 24. in Scr. 79
Demonaſſae filius in fort. 278
Demonaxes in fort. 277
Denkius in Script. 93
Deslandes in fort. 288
Detractores indolis & dotum ſacri Martyrii. 339
Diocletianus in Mart. 323
Dirinenſis pſeudo-ſyn. in Conc. 105
Domitianus in Mart. 323
Donatiſtae in Eccl. 97
Donnius in fort. 286
Dulcetius Praeſes in Mart. 329 & 330
Dulciniſtae in Eccl. 97

E

Ebionitae in Script. 86
Eckardus in Spem. 168
Elceſaei in fid. 5. in Script. 86. in Mart. 339
Empedocles in fort. 276
Encratitae in Script. 88
Epheſina duplex pſeudo ſyn. in Conc. 104
Epictetus in fort. 273
Eraſmus Deſid. in fid. 11
Ethnici veteres in Script. 78. in Mart. 322
Eunomiani in trad. 95
Eunomius in fid. 5
Eutyches in trad. 95
Eutychiani in Conc. 110

F

Fenelonius in Spem 170. in Car. 207
Foxius in Mart. 347
Francofordienſis pſeudo-ſyn. in Conc. 107
Francus Sebaſt. in Conc. 110

G

Gaius judex in Mart. 331
Galerius Armentar. in Mart. 323
Galerius Maximian. in fort. 279
Gallus Cornelius in fort. 278
Gerardus in Eccl. 100
Gnoſtici in fid. 3. in Script. 87 in Mart. 338
Gomarus Franc. in fid. 17
Graeci ſchiſmatici in Conc. 110
Gubenſis pſeudo-ſyn. in Conc. 104
Gymnoſophiſtae in fort. 271

H

Hadrianus Imp. in Mart. 333
Hamelmannus in trad. } 96
Heideggerus in trad. }
Henricus à S. Ignat. in Car. 207
Heraclius Conſular. in Mart. 323
Hercules in fort. 278
Hetzerus Ludov. in Script. 93
Hieronymus in fort. 289
Hieroſolymitana pſeudo-ſynodus duplex in Conc. 104 & 108

Hor-

Digitized by Google

Hormiſdatſcirus in Mart. 337
Huſſita anonymus in Mart. 347
Huſſitae in Conc. 110

J

Janſeniſtae in Eccl. 101. in Spem. 169
Janſenius in fid. 21. in Car. 207
Japonum legum latores in ſort. 271
Iconomachi in trad. 95. in Conc. 110
Judaei anonymi in ſort. 281
Judaei omnes in Spem. 167
Judaei recentiores in Script. 81
Judaei veteres in Script. 79
Judas Iſcariotes in ſort. 282
Julia Caracallae mater in ſort. 280
Julianus Imp. in Script. 78
Julius Proclus Quintilian. in Mart. 324
Juſtinus Praeſes in Mart. 331

K

Kemnitius Martinus in tradit. 96 in Conc. 111

L

Leblanchius in trad. 96
Legerus in Mart. 346
Licinius in Mart. 323
Limborchius Philip. in Script. 94 in trad. 96. in Eccl. 101. in Conc. 111
Lipſius Juſtus in ſort. 289
Lubbertus Sibrandus in fid. 17
Lucanus in Script. 87
Luciferiani in Eccl. 97
Lucretia in ſort. 279
Lullus Raym. in Spem. 168
Luſitanus Presbyter in Car. 208
Lutherani in Conc. 110. in Spem. 169
Lutherus in fid. 9. in Script. 92. in trad. 95. in Eccl. 100. in Conc. 110
Lyſias in Mart. 327

M

Magdeburgenſes in fid. 10. in Script. 93. in trad. 96
Mahumedani in Script. 84. in Spem 167
Mahumedes in Car. 202
Major Joan. in Conc. 112
Manichaei in fid. 5. in Script. 87
Marcion in Script. 87
Marcionitae in Mart. 340
Marcus Portius Latro in ſort. 279
Mareſius Samuel in fid. 17
Martyriani in Mart. 344
Maupertuiſius in ſort. 288
Maximianus Hercul. in Mart.) 323
Maximinus Imp. in Mart.) 323
Melancthon Philip. in fid. 10
Menandriani in Mart. 338
Meriſtae in Script. 80
Miraboau in ſort. 288
Molinaeus Petrus in fid. 17
Molinoſius in Spem 196. in Car. 204
Monothelitae in Conc. 110
Montaniſtae in Mart. 340
Montanus in ſort. 282
Monteſchiu in ſort. 287
Moſcorovius in fid. 20
Muſculus Andr. in Eccl. 100

N

Nazaraei in Script. 80
Nero Imp. in Mart. 323
Neſtoriani in Conc. 110
Neſtorianorum pſeudo ſyn. in Conc. 108
Neſtorius in trad. 95
Nicolaitae in Scrip. 87
Novatiani in Eccl. 97. in Mart. 343

O

Optimus Proconſ. in Mart. 327
Oſina Petrus in Eccl. 110
Oſſeni in Script. 80
Oſtorodus in fid. 20

P

Paraeus in fid. 17
Pariſienſis conventus in Conc. 107
Parma Joan. in Script. 92
Parmeniani in Eccl. 97
Patritiani in ſort. 282
Paulliciani in Script. 91
Peacochus Reginald. in Eccl. 100
Pelagiani in Eccl. 102

Pe-

Pelagius in trad. 95
Peregrinus Cynicus in ſort. 277
Perkinſius in fid. 17
Perſica pſeudo-ſyn.duplex in Conc. 104
Petilianus in ſort. 284.in Mart.339
Petrobuſiani vel Pſeudo-apoſtolici in tradit. 95. in Eccl. 97
Phariſaei veteres in trad. 94
Piceninus in Eccl. 100
Pictetus Bened. in fid.) 17
Placaeus Ioſua in fid.)
Plato in ſort. 272
Plinius in ſort. 274
Pneumatomachi in trad. 95
Porphyrius in Script. 78
Presbyteriani in Conc. 110
Priſcillianiſtae in Mart. 345
Prodicus in Mart. 338
Proteſtantes Reformati in Conc. 111
Pſeudo-martyrologi Recentiores in Mart. 346
Ptolomaeus in Script. 86
Publius Praef. in Mart. 333
Puritani in trad. 96

Q

Quakeri in trad. 96. in Conc. 110
Quartodecimani in Script. 87
Queſnelliani in Eccl. 101
Queſnellus Paſch. in fid. 21. in Eccl. 103. in ſpem 171. in Car. 207
Quietiſtae in Car. 204

R

Raymundus Neoph. in fid. 6
Regius Urbanus in Conc. 111
Remonſtrantes ſeu Arminiani in trad. 96
Rigoriſtae anonymi in ſpem 170
Riſvich Herman. in fid. 8
Rivetus Andr. in fid. 17
Robeck Joan. in ſort. 287
Rogatiani in Eccl. 97
Romani legiſlatores in ſort. 274
Ruſticus Praef. in Mart. 323
Rutheni in Conc. 109

S

Sacramentarii in Script. 93. in trad. 96. in Conc. 110
Sadocaei in Script.) 79
Samaritani in Script.)
Sampſaei in Script. 86
Sapor in Mart.) 323
Saturninus in Mart.)
Schlichtingius in fid. 20
Schvvenfeldius in Script. 93
Scmalczius in fid. 20
Seneca L. Ann. in ſort. 273
Servetus Mich. in Script. 93
Severiani in Script. 88. in Conc. 110
Severus praeſes in Mart. 331
Sidonia pſeudo-ſyn. in Conc. 104
Silius Italicus in ſort. 279
Simon Magus in fid. 3. in Script. 85. in Spem. 168
Sociniani in Script. 94. in trad. 96. in Eccl. 100. in Conc. 111
Socinus Fauſtus in fid. 18. in Script. 93
Sommerus Joan. in Conc. 111
Spinoſa cum Deiſtis in Script. 135
Stackouſe in Script. 93. in trad. 96
Stegmanius in fid. 20
Stoici in ſort. 272
Syri Neſtoriani in Script. 88
Szegedinus in trad. 96

T

Talmudiſtae in trad. 94
Talmudiſtae nonnulli in Script. 82
Teredates rex in Mart. 323
Tertullianus in ſort. 289
Theodorus Mopſueſt. in Script.) 88
Theodotus Byzant. in Script.)
Theotecnus in Mart. 328
Thevinenſis pſ. ſyn. in Conc. 104
Thomas Morus in ſort. 286
Timanthes in ſort. 279
Trajanus in Mart. 323
Trelcultius in fid.) 17
Turretinus Franc. in fid.)

V

Valdenſis Thomas in Conc. 112

Va-

Valentiniani in fid. 3. in trad. 94. in Script. 86. in Mart. 339
Valerianus in Mart. 323
Vedrotius in trad. 56
Vergerus Joan. in fort. 286
Veſſalia Joan. in Eccl. 99
Voëtius Sylvodunenſ. in Eccl. 102
Volckelius in fid. 20
Voluſianus in Mart. 323

W

Walchius J. Georg. in Mart. 347
Waldenſes Lugdun. in trad. 95
Waldenſes Pedemont. in fid. 9. in Script. 91. in trad. 95. in Eccl. 97
Wendelinus in fid. 17
Wicleffus Joan. in trad. 95. in Conc. 110
Wittakerus Guil. in Script. 93
Wittichius Chriſtoph. in fid. 17

Z

Zamarus in fort. 277
Zanchius in fid. 17
Zaruſciates in Mart. 334
Zeno in fort. 276

INDEX VI.

RERUM PRAECIPUARUM.

A

Abaelardus Petr. excuſatur ab erroribus, quos ei adpingit D. Bernard. 5. ſq. adn.* concordiam fidei & rationis veluti demonſtrare intendebat. 7. adn.*
Academia vetus & ejus praeſides 274. adn.*
Acta MM. utrum in Diocletianea perſequutione deperdita aut flammis conſumta? 392
Adamitae excuſantur. 4. adn.* III.
Adeodati epitaphium quis exſaraverit; & an Adeodato Ep. conveniat? 224. ſqq.
Adnuntiationis feſtum quando celebrari coeperit? 132. ſq.
Adſeſſoremne in cauſſis MM. judices adhibebant? 326. adn.* 331. adn.**
Agapes & Chioniae acta quid differant a Martyrologio Rom. 330. adn.* II. num virgines illae fuerint? ib. adn.* III.
Agathenſis ſynodus quid intellexerit pro τὸ *ante benedictionem Sacerdotis*? 195. ſq.
Agnetis martyrii epocha. 240.
Alliaco Petrus excuſatur; ejus tamen ſententia circa inerrantiam Conc. oecumenici cenſura notatur. 112 adn.*
Alogi inter anti biblicos non adcenſendi. 86. ſq. adn.**
Amens perpetuo qua ratione gaudeat rerum ſuarum dominio? 254. n. 224. 226. ſq.
Amor Dei *purus* ſpem & quaslibet alias virtutes non excludit. 205. adn.* I. quid de eo ſenſerint DD. Catholici? ib. ead. adn.
Amor Dei ſuper omnia ſupernus & naturalis in quo differant? 214. n. 186.
Anaſtaſius Bibliothec. corrigitur. 123. deſeritur. 197. benigne interpretandus. 378. ſqq.
Anaſtaſius Philip. refellitur. 222.
Anchora in ſignum fidei titulis ſepulcralibus inſculpta. 63. ſq. in ſpei ſymbolum. 188. & fortitudinis. 305.
Annus eccleſiaſticus quando initium duxerit antiquitus? 128. ſq.
Anſaldi ratio de cauſſis inopiae veterum monumentorum pro copia MM. dignoſcenda non ſatis apte concludit. 391. ſqq.

Antiphona in Miſſa cur ita dicta? 120.
Anulis Chriſtianorum quae ſigna inſculpenda ex Clem. Alex.? 77. & 188.
Apoſtolorum feſtum commune olim in Eccleſia. 156.
Aquilejenſis pſeudo ſynodus quo tempore ſit habita, incertum. 105. adn. * II. an PP. illius ſynodi fuerint haeretici refragantes Conc. V. oecumen. *ib.* adn. * III.
Arcadii M. conſtantia mirabilis in diſſectione membrorum. 368.
Ariſtoteles an propricidium defenderit? 272. ſq. adn. *
Arminius Jacob. Remonſtrantium apud Batavos auctor, plures edidit articulos doctrinae catholicae conformes. 18. adn. * ob hoc expunctus ab albo ſcholae Calviniſticae. *ibid.* ejus articuli de defectibilitate ſanctorum poſtea damnati in pſ. ſyn. Dordrac. 19. adn. *
Arnaldi Albertini canon de agnoſcendis adſertionibus Catholicis & haereticis commendatur. 293. ſſ.
Athanaſio ſymbolum abjudicatur. 39. ſſ. ejus auctor ignotus. 41. ſſ.
Auctoris revocatio de inſcriptione Bethlehemitica. 166. circa nomen & martyrium S. Phuſikii. 185.
Audientes ante baptiſmum qui? 74.
Auguſti nomen praeſertim Diis tributum. 191.
Auguſtinus lepide ac ſtrenue Petilianum objurgat de morte violenta Donatiſtarum. 285. adn. *
Aurelianus Nolae Ep. martyris cultu donatus. 395.
Autocheiria foetus non eſt fortitudinis. 270. ei quandoque favet jus romanum vetus, & quare? 274. ſq. quae potiſſimum cauſſa ad eam perpetrandam tot gentes impulerit? 280. ſq. adn. * quid dicendum de iis qui in veteri aut novo Teſtamento a SS. PP. laudati aut ſeipſos interfecerunt, aut ne caſtitatem violarent, ſe morti tradiderunt? 281. ſq. adn. * exceptiones ab Henr. Cocceio inventae, in quibus ea licita ſit, rejiciuntur. 286. ſq. adn. ** eam omnino eſſe turpem & criminoſam tanquam fide certum adſtruitur. 293. ſſ. etiam Reipublicae injuriam. 295. n. 262.

B

Bailletus Adrian. reprehenditur. 72. notatur. 160.
Bajus Mich. male cauſſam ſuam à cenſura defendit. 20. adn. *
Balſamus Petrus num idem ſit cum Abſelamo Euſebiano, & quid de eorum actis dicendum? 332. adn. * I.
Baronius refellitur. 401. ſq.
Baſilidiani Chriſti divinitatem negant, & martyrium fugiunt. 4. adn. * II.
Baſnagii Sam. momenta contra ſymbolum Apoſtolorum exploduntur. 38. ſſ. refellitur. 313.
Beauſobrius inepte Baſilideis ſuppetias fert. 5. tribus ex capitibus perſtringendus. 89. ſq. adn. * II.
Beda Natalis theſes Eraſmi cenſura notat. 12. adn. * II.
Beguardi in doctrina de amore puro Molinoſii duces. 205. ſq. adn. * II.
Bellarminus minus caute fidem adhibuit Anaſtaſio. 123.
Benedictio eccleſiaſtica quid ſit & quotuplex? 194. in ſacro poſt *ite miſſa eſt* paullo antiquior ſeculo XI. 195. ante communionem olim fieri ſolita ab Epiſcopo. *ibid.* quo ritu fieret? 196.

Bethlehemitica inſcriptio prioraConcilia oecumenica repraeſentans ſub ſeculum XII. exſarata. 166.
Binghamus errore notatur. 132. morem dandi nomina ante baptiſmum apud omnes Eccleſias univerſim obtinuiſſe, non recte infert. 313. feſtum SS. Innocentium male revocat ad aetatem Originis. 401.
Biothanatos apud veteres de iis qui quoquomodo morte violenta occubuiſſent. 284. adn. * III. Iſidorus excuſatur. *ibid.*
Blondelli ſingularis opinio de oraculis ſibyllinis impugnatur. 343. adn. * IV.
Boldettus lapidem Reparati diaconi perperam exſcripſit. 393. ſq.
Bollandiani rejiciuntur. 133. inconſulte *martyres* pro *martures* in quodam titulo exſcripſerunt. 376.
Bona deferitur. 195.
Boſſuetum inter & Fenelonium diſſidia ob theologiae myſticae principia. 170. ſq. adn. *
Braulius Caeſaraug. Ep. libros etymologiarum S. Iſidori commendat. 284. adn. * III.
Breviſcoxa Jo. excuſatur. 112. adn. *

C

Calani facinus ab Indis bene ſapientibus improbatum. 271. adn. *
Calatinus Spei aedem in foro olitorio primus ſacravit. 190.
Candelabri Moſaici ſtructura ad typum in arcu Titi Romae exſacta. 137. an Romae delatum? 138. an id ipſum quod conflaverat Moſes? 139. ſq.
Canon librorum veteris Teſtamenti an pluries editus apud ſynodos hebraeas? 83. adn. * II. deuterocanonicos qui expunxerunt e canone ante Tridentinum excuſantur. 84. adn. * IV.
Canon Paſchalis Hippolythi Ep. Port. 125.
Canonis ſacri in actione Miſſae antiquitas; nomina Martyrum in eo recitari ſolita; particulae ei adjectae. 397. ſq.
Capacius vindicatur. 222.
Capitulorum trium cauſſa in Conc. V. oecumenico juſtiſſime proſcripta. 106. adn. * III.
Cardinales virtutes quid differant à theologicis? 244. n. 192. quid a reliquis virtutibus moralibus? 245. n. 193. earum ſedes juxta priſcos philoſophos ac PP. *ib.* n. 194.
Caritas attingit Deum in ſe. 209. n. 166. modus in ea fine modo diligere. 210. n. 171. eſt diſpoſitio tantum ad juſtificationem. 211. n. 172. ejus effectus, unio, extaſis, zelus &c. *ibid.* n. 175. materia praecipua, Deus; ſecundaria, proximus. 212. n. 176. ratio potiſſima, ſumma Dei bonitas, accepta pro cumulo omnium divinarum perfectionum. 213. n. 182. ſpecie differt à religione. 214. n. 187. coeleſte donum eſt quod augmentum patitur. 231. 235.
Caſtrus uni Petiliano errorem totius ſectae communem adſingit. 285. adn. *
Catechumenatus & ſcrutiniorum ritus ante ſuſceptionem baptiſmi pro ſeculis recentioribus. 315.
Catharini & Canonicorum Colonienſium ſingularis opinio de fide ſalvifica improbatur. 19 adn. *
Catholica fides qualis? 60. quid vox illa ſignificet apud antiquos Eccleſiae ſcriptores? 61. ſq.
Cenſuales tabulae deſcriptionis factae in Judaea à Praeſide Cyrino Romae adſervabantur tempore S.Ju-

S. Juſtini, Tertull. & Chryſoſt. 233. num etiam aetatem aut natalitium diem referrent? *ibid*. finis hujus capitationis qual is? *ibid*.
Chalcidius quid de Magis & ſtella eorum duce ſcripſerit? 150.
Chriſtiani ſacrosScripturae codices, ne flammis traderentur occultabant. 118. ob id plures martyrium ſubierunt. 329. ſq.
Ciampinus laudatur. 166.
Circulus Calviniſticus irridetur. 36. n. 39.
Circumcellionum aetas ad initium ſchiſmatis Donatiſtarum referenda. 233. adn. * I. quis eorum auctor? *ib*. adn. * II.
Circumciſionis D. N. J. C. feſtum. 129.
Clementis Flavii titulus ad an. Ch. 96. pertinet, quidquid Vitryus oppugnet. 374.
Cleombroti mors violenta Phaedoni Platonis non adſcribenda. 276. ſq. adn. *
Clerici beneficiarii qua ratione ſint domini reddituum beneficii? 255. n. 225. 229. ſq.
Cocceius Henr. deſeritur. 280. adn. * confutatur. 286. ſq. adn. **
Coeleſtini P conſtitutio circa numerum pſalmorum ante ſacrificium incerta. 121. ſq.
Coemeteriorum veterum ſtructura. 164. ſq. ordo quo in eis plurium cadavera interponebantur. 262.
Columbae typus in Symbolum caritatis & innocentiae apud primaevos fideles & PP. 226. ſqq. adpingebatur quoque apud pleroſque cruentorum Martyrum titulos. 395.
Commentarienſes olim qui? 327. adn. * II.
Competentes ante baptiſmum. 74. num diſtinguerentur ab electis? 75.
Concilium oecumenicum recte judicat de perſonis & ſcriptis. 106. adn. * III. ejus definitiones dogmaticae, ut obligent, indigentne totius Eccleſiae conſenſu? *ibid*. ead. adn.
Concordia fidei & rationis propugnatur. 25. adn. * qui ea ſunt intemperanter abuſi exploduntur. 26. adn. *
Confirmationis ſacramentum quid conferat baptizatis? 310. ſq.
Conſtantii Imp. rebaptizatio ab Euſebio Nicomed. in codice Anaſtaſii tanquam figmenti lacinia ab imperita manu adſuta eſt. 378.
Conſtantini Imp. leges, reſcripta &c. pro juſtitia tuenda vel reparanda. 264. imperium. 265. ſq. certior fit per viſum de victoria, quam reportavit à Maxentio tyranno. 267. arcus triumphis inſignis quando erectus? *ib*. omnia ne heic ritu pagano peracta ſunt? 268. ſq.
Conſtantinopolitani conciliabuli an. 1450. hiſtoria ſcatet anachroniſmis & in veram hiſtoriam peccat. 109. adn. *
Conſtitutio Clem. P. XI. *Unigenitus* eſt regula fidei. 102.
Contraremonſtrantes de dominio juſto electorum in poſſeſſionem hujus mundi refelluntur. 255. ſ.
Criſpinae M. acta videntur paululum interpolata. 333. adn. * II.
Crucis ſupplicium ſummum, & apud omnes gentes infame. 328. adn. * III.

D

Danaeus Lamb. deſeritur. 272. adn. * Romanum Ep. haereſim Montaniſtarum adprobaſſe falſo colligit ex Tertull. 342. adn. * III. ſemel iterumque in exponendo Au-

Auguſt. de haereſibus turpiter hallucinatur. 343. ſq. adn. * I.

Deturre Jos.rejicitur.97. adn. *

Diluvium Noëmicum an totum omnino mundum ſubmerſerit? 135. ſq.

Dodwellus Henr. ubi intendit paucitatem Martyrum comprobare ex clementia perſequutorum, vehementer impugnatur. 391. ſqq.

Doliaria ſigna indicantur. 320. ſq.

Dominiorum origo ac progreſſus ab Adamo repeti nequit. 252. n. 214. ſqq. facultas haec generaliter conceſſa generi humano à naturae auctore. *ib.* n. 215. dominio adquirendo idonea eſt quaelibet natura ratione praedita. 254. n. 223. etiam puer & perpetuus amens. *ib.* n. 224. nam ſufficit potentia volens & libera, eſto ex adcidenti ſit impedita. 256.n.227.dominio nequeunt ſubjici res inexhauſtae utilitatis. 257. n. 232. V. *Mundi bona*.

Dominium juſtum in poſſeſſionem hujus mundi ſolis electis competere, fallax opinio & ſeditionum origo. 255. ſ.

Donati Ep. M. acta in fide Bollandianorum ſincera exſiſtimantur. 116. ſq.

Donnii commentarius de autocheiria confutatus à Jo. Adami. 286. adn. *

Druſii Jo. conjectatio de libris canonicis Sadocaeorum forſan amplectenda. 81. adn. * II.

Duellum quid ſit, quotuplex, & quae ejus prima origo? 296. n. 268. publica auctoritate initum, honeſtum eſt: ſecus autem privata. 297. n. 269. ſqq.

Dupinius male ſentientes ſequutus ſymbolum Apoſtolorum iis abjudicavit. 37. ſ. refellitur. 342. adn. * III.

E

Eccleſia nihil nove definit pro materia fidei.42 n.46.Spir. S.eamdocente per Apoſtolos. 155.ſq. jure animadvertit in haereticos per extrema ſupplicia. 348. ſq. adn.*

Epigrammata plura ſepulcralia barbaris caracteribus exſarata, quae vocibus ſingulis latinis redduntur. 381.

Epiphaniorum feſtum quando & quam ob rem inſtitutum? 150. quid de eo ſenſerit eccleſiaſtica traditio? 150. ſq.

Epiphanius vindicatur. 81. adn. * III. benigne magis quam adcurate legendus. 83. adn. * IV.

Epiſtola in ſacra liturgia vel de Paullinis epiſtolis, vel de alio antiqui aut novi foederis libro legi ſolita à primis temporibus Eccleſiae 123. ſqq.

Epitaphia obiti Martyris ſigna praeferentia. 396.

Eraſmus Deſ. cenſura notatus à *Facult.* Paris. ſeipſum vindicat. 11. adn. * I. & 12. adn. * II. quid dicendum de ejus orthodoxia? 13. ſq. adn. * III. erronibus adcenſendus; at catholicis tamen. 15. adn. * III.

Ervigii Hiſpan.Regis lex de ſollemnitate feſti Inventionis S. Crucis, Judaeos etiam obligans. 159.

Ethnici in Deos ut ſibi bonos ſpem eſſe collocandam crediderunt. 182.

Eucharistiae ſacramentum qua ratione contineatur in *ſymbolo*? 41. n. 44. quot modis impeteretur ab haereticis etiam a tempore Gregor. Alex.69. ſq.

Evangeliorum lectio in ſacra liturgia ab Apoſtolis inſtituta. 126. ſqq. eorum auctoritas ſub ſymbolis indicata. 144.

Eunomius praeivit Lutherum in doctrina de fide juſtificante. 5.

Euplius pro auctoritate divinae Scripturae martyr illuſtris. 118.

Euſebii Vercellenſ. erga S. Evangelium pietas & reverentia. 144.

Eutitii M. pietas in ſepeliendis Chriſtianorum corporibus commendatur. 384.

Exceptoris munus, quod explevit S. Geneſius nondum Chriſtianus. 324. adn. * III.

F

Fabretti additamentum in lapide Herilae rejiciendum. 59. ſq. omnes curationes à Serapide paganis adceptas, *ex viſo* fuiſſe, non recte colligit. 65. palmam chriſtiani lapidis, eſſe indubium ſignum, immerito innuit. 321.

Fabricius Jo. Alb. notatur. 86. adn.*

Fauſtus Manichaeus quid de ſcriptore Evangeliorum ſenſerit? 88. adn.* I. an receperit epiſtolam ad Hebraeos? *ib.*

Felicem P. II. glorioſum Chriſti martyrem plura monimenta liturgica oſtendunt. 377. is tamen fuit qui ſententia privata Conſtantium declaravit haereticum. 379. forſan ob hoc paullo poſt reditum Liberii, Conſtantio tacite adprobante, ab Arianis occiſus. *ib.* ſunt tamen qui eum velint martyrem ſine ſanguine. 382.

Fenelon Fr. excuſatur. 170. ſq. adn. * quid differat ejus doctrina de amore puro ab indifferentia Molinoſiana. 207. adn. * III.

Ferrarius in expoſitione ſiglarum S. M. vindicatur. 394. ſq.

Fides fertur in Deum qua ſupernaturalis auctor eſt. 2. n. 3. ejus neceſſitas ad ſalutem. 2. n. 4. & 162. §. II. poteſt conſiſtere ſine ſpe & charitate 2. n. 5. ad ejus infuſionem requiritur aliqua diſpoſitio in adultis. *ib.* non eſt cauſſa juſtificationis. 10. ſq. quotuplex ſit? 26. n. 7. & 28. n. 12. ejus adtributa, nempe obſcuritas, certitudo &c. 30. n. 16. ſqq. ejus triplex ſtatus. 34. n. 33. materia. 36. n. 40. dotes. 56. n. 1. & 74. n. 19. ratio potiſſima. 46. n. 62. nititur ſumma ſapientia ac veritate divina. 48. n. 69. quae nec fallere nec falli poteſt. 52. n. 84. ſqq.

Fidei opus juxta Leonem P. prodere haereticos ut corrigantur. 71.

Fidei ſacramentum pro confeſſione Chriſti nominis intelligendum. 72. ſq.

Fleetwood Nicaenos PP. vocare Patriarchas renuit. 165.

Florentinius vindicatur. 129.

Formula apud lapides ſepulcrales frequens *ſe vivi*, aut *ſibi comparaverunt locum.* 263.

Formula apud Romanos ethnicos *votis X.*, *votis XX.*, in lapidibus & numis quid deſignaret? 267. item alia *ſic X. ſic XX.* 268.

Formula frequens apud epitaphia Martyrum *in pace*, *dormit in pace*, *requieſcit in pace.* 380. ſq. quae formula cum ratione martyrii minime pugnat. 395. ſq.

Fortitudinis nude moralis & naturalis exempla in Anaxarcho, Zenone Eleate, Mucio Scaevola, aliis. 358. ſq. poſtumae famae & gloriae cauſſa, non Dei amore & caritate. 366.

Fortitudo virtus moralis & cardinalis. 244. n. 192. adpetitum iraſcentem coërcet. 245. n. 194. nec mentem perficit, nec voluntatem. 290. n. 245. veram fortitudinem non excludit animi lenitas, aut oblivio injuriarum. 292. n. 252. ſqq. eam olim ſub ſymbo-

bolis anchorae & palmae exprimebant. 305. ejus foetus nobiliſſimus perfectum martyrium eſt. 357. n. 315. ſqq.

Frontonus Jo. adnotatio de feſto inventionis S.Crucis refellitur. 159.

Fuga in perſequutione ad vitandum martyrium per ſe ſe honeſta eſt, niſi alias ſit prohibita, e. g. Paſtori. 361. n. 328. ſq

G

Galilaei dicti Chriſtiani ante Julianum Auguſtum. 329. adn. * II.

Ga antus benedictionum eccleſiaſticarum originem documento minime ſolido ad Apoſtolos uſque retrahit. 196.

Generoſae coemeterium ad Sextum Philippi. 375.

Georgius Dominicus ejuſque exſcriptor Althanus rejiciuntur. 129.

Gerberonius in ſuis Bajanis notatur. 20. adn. *

Gnoſtici adferentes martyrii fugam tempore perſequutionis excuſantur. 4. adn. * III.

Gnoſticorum turpium quietiſmus. 206. adn. * II.

Gordiani M. munus & acta ob inopiam documentorum non omnino probantur. 381. ſqq.

Gregorii Thaumat. homilia de feſto Adnuntiationis ſaltem ſuſpecta. 133.

Gregorius Magnus antiphonarium jam pridem inſtitutum ac uſitatum in unum corpus compegit ac ordinavit. 122.

Gretſerus deſeritur. 158. ejus opinio ſingularis de feſto Natalis Dom. 234.

Grotii commentarius de jure belli & pacis, ſi dogmata in ſanctam fidem exceperis, ſatis commendari nequit. 251. ſq. §. ejuſdem aliud opus de mari libero laudatur. 257. §.

Gualterius Patritianos cum Symmachianis confundit. 283. adn. ** III.

Guidi Andr. conjectatio de tribus ſiglis in titulo Lanni M. repertis impugnatur. 384. ſq.

Guyonia Boſſuetum inter & Fenelonium turbarum origo. 170. ſq. adn. *

H

Haereſis vox pro Secta. 68. pro dogmate fidei adverſante. *ib* quid ſignanter in Alexandrina liturgia? 69. ſq.

Haereticus aut ſchiſmaticus cum ſint extra Eccleſiam, etiamſi occiſi in confeſſione nominis Chriſti, martyres non ſunt adpellandi. 341. adn. * II. 348. adn. * 362. n. 330. ſqq.

Herculani Flavii conſulatus. 60.

Herculis Thebani mors violenta cetera ejus geſta turpiter obſcuravit. 278. adn. *

Hieronymi effatum pro ſervanda pudicitia autocheiriae favens varie apud AA. diſcutitur. 289. adn. *

Hieroſolymitana pſeudo-ſyn. invehitur in acta Conc. Florentini. 108. adn. *

Homo jure gentium & civili ſubditur alteri homini. 258. n. 236. propriae famae dominus eſt, non tamen vitae. 259. n. 237.

Hoſpinianus mendacii arguitur. 133.

Huetius notatur. 26. adn. * minus idonee adſerit religionem in divina caritate contineri. 214. n. 187.

Hymnus Angelicus quando illatus in ſacram liturgiam? 123. forſan is quem primi fideles in honorem Chriſti D. concinebant. *ib.*

Ja-

J

Iacusius Matth. corrigitur. 163.
Janſenii diſcipuli quid ſentiant de auctoritate Eccleſiae docentis. 101. & ſq. adn. * I. & II.
Jaquiutus Ep Concilio Rom. ſub Agathone ſubſcripſit. 222.
Ibam Edeſſenum legati Sedis Apoſtolicae orthodoxum declarant. 107. adn. * III.
Jejunium IV. temporum ad diem ſabbati etiam tempore S. Leonis protrahebatur. 71. ſq.
Illuminati apud Hiſpanos exſorti ac demum damnati. 206. adn. * II.
Imperatores Graeci confeſſionem fidei quando praeſtiterint? 148.
Ingreſſa ſive Introitus. V. *Miſſa*.
Innocentes pueri ſub Herode mortem pertulerunt in odium Chriſti. 353. n. 298. ob hoc pervetuſto Martyrum titulo ab Eccleſia donati. 401. eorum ſollemnitas ſeculo V. apud Carthaginem. *ib.*
Innumerabilis olim martyrum multitudo, licet plurimorum acta exciderint. 391. ſq.
Inventionis S. Crucis feſtum quando celebrari coeperit? 157. ſqq. apud Eccleſiam Hiſpaniae ſub finem ſeculi VII. ad inſtar Natalis, Circumciſionis &c. colebatur. 159. omnium prima quantum ad eum ſollemnitatis ritum. 162.
s. Joannes Bapt. an dubitaverit de adventu Meſſiae? 89. adn. * II.
Joannis Archiep. Nicaeni epiſtola ad Julium P. I. notha. 232.
Judaeorum ſectae dumtaxatne admittendae quarum mentio eſt apud Joſephum? 82. adn. * IV. an libros Canonicos corruperint? 83. adn. * III. excuſantur. 84. adn. * IV.
Judas Iſcariotes haereticus & ſacramentariorum dux. 282. adn. *
Julianus Imp. inter Ethnicos adcenſendus. 79. adn. *
Julius P. I. auctor non eſt feſti Natalis D. ad diem XXV. Dec. 232.
Jurium diverſa genera & nomenclaturae. 250. n. 212. ſq.
Jurius Petr. impugnatur. 44. ſ.
Juſtitia virtus moralis & Cardinalis. 244. n. 192. jus ſuum cuique tribuit; hinc dicitur virtus ad alterum. 248. n. 203. adtingit medium rei non rationis. 249. n. 205. ejus materia proxima, juſtum alteri debitum; remota, res quae debetur. 249. n. 208. ratio potiſſima. 250. n. 209.

K

Kalendaria antiquiora quae ex Pinio? 130. ſq. Bucherianum ad ſeculum IV. 396. Carthaginenſe ad ſeculum V. 397.
Kalendarum deſignatio in lapidibus ſepulcralibus non conficit eos eſſe Chriſtianorum. 187.
Karus, *Kariſſimo* &c. poſito *K* pro *C* in lapidibus ſepulcralibus. 309.

L

Lamyana opinio de candelabro Moſayco, quod Romam adſportatum non fuerit, impugnatur. 138.
Langius Wilhelm. improbatur. 234.
Launi martyrium ſub Diocletiano. 384. quid in ejus titulo tres illae ſiglae E. P. S. denotent? *ib.*
in *Lapidibus* ſingularia interdum occurrunt notatu digna, e. g. in lapide Herilae. 59. Sanxuenſi. 89. adn. * II.
in *Lapidibus* tranſcribendis auctorum diſcrepantia, e. c. in lapide Ennodii. 58. Valerii. 66. Bonuſae. 163. Adeodati. 224.
Lapis Sinarum celeberrimus a conjecturis & cavillis Beauſobrii vindicatur. 89. adn. * II.

Le-

Leblanc Ludov. plura ſcholae ſuae dogmata deſeruit. 18. adn. * modeſte conqueritur de DD. Catholicis. 19. adn. * quid ejus rationes evincant. *ib.*

Lebrunus rejicitur. 120.

Lectionarium Eccleſiaſticum multiplex. 124. *Comes* inſcriptum Hieronymo abjudicatur. 125.

Legerus in exponendo Waldenſium doctrinam ſibi non conſtat. 9. adn. * plures e ſecta ſua pſeudo-martyres concelebrat. 346. ſq. fruſtra conqueritur de inhumanitate ſaevitiae, qua noſtrates olim Waldenſes ſuos tormentis ſubjecerunt. 348. adn. *

Leoninorum carminum uſus quando coeperit? 219.

Leonis P. clauſula, qua ſermones abſolvit, explicatur 71. ſq. epiſtola ad Theodoritum Ep. & ipſi certo adſcribitur, & a notis Queſnelli vindicatur. 409. ſq.

Lipſius Juſtus minus caute propendet in autocheiriam. 290. adn. *

Liturgia Romana fere perpetuo Epiſtolam & Evangelium complectebatur. 120. Ambroſii nomine vulgata ſancto Doctore recentior eſt. 121.

Longerue ſingularis opinio de ſibyllinis oraculis refellitur. 343. adn. * IV.

Lucernae ſepulcrales. 242. ſq. 318.

Lucianus de vita & geſtis Peregrini impugnatur. 277. adn. *

Lucifer Calaritanus an ſchiſmaticus deceſſerit? 97. ſq. adn. * vindicatur. 99. adn. * praeter animi ſententiam Luciferianorum dux. 98. adn. * horum error contra unitatem Eccleſiae. 100. adn. *

Lucretiae facinus Romanis commendatum, improbatur ab Auguſtino. 279. adn. *

Lullus Raym. de erroribus ei adſictis quaeſtio celebris. 8. adn. * III. & 168. adn. * excuſatur. 169. adn. *

Lupercalia in feſtum Purificationis B. V. a Gelaſio immutata. 131.

Lutheri teſtimonium de Eccleſia Chriſti commendatur. 152. n. 115.

M

Mabillonius impugnatur. 196. defenditur. 199. 382.

Magorum adoratio, coelitus praecognita Chriſti divinitate, tanquam traditione certa defenditur. 150. ſq.

Mahumedes plagiarii reus ſacras literas dilaceravit. 85. adn. * Chriſtianos ac Judaeos objurgat tanquam ſacrorum Codicum corruptores. *ib.* magnam erga Deum pietatem ſimulat, eidem tamen dilectionem ex toto corde denegat. 202. adn. *

Major Jo. excuſatur. 112. adn. *

Malavallus Fr. doctrinam Molinoſii promovet, deinde retractat. 170. adn. *

Manichaeorum errores in ſacram Scripturam, & ſectae eorum plurimae. 87. adn. * I.

Manſius deſeritur. 108. adn. *

Marcellini & Fauſtini praefatio in libello precum ad Impp. plane falſa eſt ac ſuppoſititia. 378. ſq.

Marcionitae, ſi qui pro dogmate mortem pertulerint nequaquam habendi ut martyres. 340. ſq. adn. * I. V. *Haereticus.*

Mare vaſtum ſeu Oceanum nequit humano ſubjici dominio. 257. n. 233. an navigationibus liberum? *ibid.* §. quid de mari interno? 258. n. 234. & externo? *ib.* n. 235.

Marius Mercator defenditur 86. adn. *

Mar-

Martenius perperam colligit ex Auguſtino antiquitatem feſti incarnat. Dom. 132. ſq. deſeritur. 199. laudatur. 313. 315.
Martinellus refellitur. 165.
Martyres olim Confeſſores dicti, quare? 73. ſq. deſignati qui? 351. n. 292. ſine ſanguine. 352. n. 294. coronati. 365.
Martyres paſſi quoque ſub Hadriano contra Dodvvellum. 306. fortitudinem hauriebant ex Euchariſtico Viatico. 317. ſententiam in eos recitandi mos ex tabella literis latinis exſaratam. 325. adn. * IV. quam ſtatim ac ferebant, & exſequutioni mandabant contra S. C. Tiberianum. *ib.* adn. * V. Romae martyrium paſſi à Praefecto Urbi damnati. 335. ſq. adn. * complurimi ſeipſos ad mortem ſpontaneam obtulerunt, immo & tyrannum provocarunt. 360. n. 325. pro uno & ſolo martyrio gratias referunt Deo. 364. ſq. certi poſt paſſionem adcipiendi coeleſtem beatitatem. 365. eorum gloriatio cum demiſſa humilitate ſancte conjuncta ab iniquis Deiſtarum calumniis vindicatur. 366.
Martyriani an iidem ſint cum Maſſalianis an cum Euphemitis? 344. ſq. adn. * II.
Martyriorum inſtrumenta ſeu tropaea victoriarum indicata. 403. ſq.
Martyrium vi ſua purgat animum ab omni culpa. 354. n. 301. & 367. 369. nonnumquam cadit ſub praeceptum. 356. n. 310. ejus praerogativae compluſrimae. *ib.* n. 311. ſqq. nuncupatur ſacrificium. 365. 367. non modo fidei & fortitudinis, ſed & omnium virtutum ſupernarum officia virtute & compendio praefert. 372.
Martyrium per peſtem improprium & per ſimilitudinem. 350. n. 289.
Martyrium parvulorum. 351. n. 291. temere improbatum à Novatoribus. 388 ſq. V. *Innocentes. Parvulos.*
Martyrologiorum origo. 399.
Martyrologium Rom. in adſignandis feſtivitatibus aliquando diſcrepat à Romano Sacramentar. 129.
Martyrum victoriae confeſſione nominis Chriſt. 73. ſq. hujus epitheti titulum plures humillime reſpuerunt. 364. eorum tantum nomina in ſacra liturgia tribus prioribus Eccleſiae ſeculis referebantur; Confeſſorum autem non item. 397.
Martures olim apud veteres poſitum pro *martyres*. 376.
Matrimonium divae Matris & ceterorum cum voto caſtitatis contulit tantum alteri conjugi dominium directum in corpus. 254. n. 222.
Maxentius, Herculii filius, Conſtantini imperium uſurpat. 266. ejus ſaevitia in perſonas cujuſque ordinis, maxime nobilium. *ib.* demerſio in profluentem Tiberim. 267.
Memoriae ſeu ſollemnia feſta in honorem MM. quando inſtituta? 398. apud eorum ſepulcra recolebantur. 399. demum abrogata propter abuſum. 400.
Menardus laudatur. 195.
Meratus notatur. 196.
Metempſychoſis animorum cauſſa univerſalis non eſt cui adſcribatur autocheiria, quidquid adferat Cocceius. 280. ſq. adn. *
Micrologi effatum de feſto Inventionis S. Crucis exploditur. 158.
Minorum fratrum uſus facti diſtinctus a quolibet dominio ſeu proprietate. 259. n. 238. ſq.

Miraboau errores à Caſtillonio excepti breviter indicantur. 288. adn.*
Miſſae introitus unde deſumeretur. 119. ejus inſtitutio dumtaxat ad Miſſas ſollemnes. 120. quid de privatis, ſaltem in Eccleſia Rom. *ib.* auctor incertus. 121. antiquior tamen Gregor. M. 122.
Miſſae votivae, omnium prima ſub titulo *pro caritate*. 235. quae fuit norma reliquarum votivarum. 236. olim in duplici differentia. *ib.* an à tempore Apoſtolico inſtitutae? 237. ſq. earum origo. 239.
Miſſarum celebratio ſub quatuor priora ſecula, quomodo conficeretur, probabili conjectura adſtruitur. 238. quando celebrari coeperint in honorem SS. 239.
Miſſas tres ſollemnes pro numero ſtationum in Natali Dom. celebrandi quis auctor fuerit? 197. ſqq. quid dicendum de privatis? 199. ſqq.
Molinaeſius confutatur. 205. adn.* I.
Monothelitarum doctrina Conc. VI. oecumenico proſcripta. 105. adn. * I.
Montaniſtarum martyres ex Aug. qui? praeſertim Alexander & Themiſius ex Apollinare. 341. ſq. eorum ſecta viguit intra II. ſeculum; quo tamen anno emerſerit, incertum. 342. adn.* Lutrum eam Romanus Ep. adprobaverit? *ib.* adn. * III. finxerintne oracula ſibyllina? 343. adn. * IV.
Mortuum ſupra mortuum tumulari, prohibitum ab Eccleſia. 164. ut & tumuli violationem tam à lege civili quam eccleſiaſtica. 165.
Mundi bona qua ratione Deus a prima rerum molitione humano generi conceſſerit? 252. n. 215. deinde pacto aliquo in proprietatem iverunt. 253. n. 217. quo auctore, vel quo tempore hae diviſiones peractae nimis incertum. *ib.* n. 218.
Muratorius notatur. 60. 187. 223.

N

Natalis Alex. rejicitur. 8. adn. * II. deſeritur. 105. adn. * II. non recte expungit Felicem P. II. e ſacramentario Gregor. 377.
Natalis D. N. J. C. dies ad xxv. Dec. adfixus in Eccleſia Latina. 127. 231. ejus feſti auctor ignotus. 232. de hac traditione nihil certum ante Kalendar. Bucher. *ib.* ſententia quae hanc diem adſignat, veriſimilis, non tamen vera. 234.
Natalitium, ſeu natalem Martyris diem quem veteres adpellarent? 399. ſq.
Nazaraeorum duplex ſecta. 81. adn. * III.
Neſtoriani Syri Theodorum ſumme ſuſpiciunt. 90. adn. * defenduntur. 91. adn. *
Nicaeni C. auctoritas commendatur. 163. 165. ejus Conc. PP. num alios praeter vicenos canones condiderint? 164. quo ſenſu iidem dicantur Patriarchae? 165.
Nicephorus palmam martyrii praeripuit Sapricio. 57.
Notariorum apud priſcos Romanos olim duplex genus. 324. adn. * III. eorum tribunus S. Marcellinus à Donatiſtis interfectus. 325. ead. adn. *
Novatianus inter martyres falſo adnumeratur. 344. adn. * II.
Novatus Afer nequaquam à Cornelio P. presbyter ordinatus. 344. adn. * I. ejus adſeclae recte profitebantur meritum bonorum operum. *ib.* ead. adn. *

O

Oleae ramus apud PP. & primaevos fide-

fideles in typum Caritatis. 226. 230.

Orationes ſuper populum in ſacra liturgia quid? 195.

Origenis homiliae octo de diverſis ſuppoſitae. 401.

Oſculum pacis. 157.

P

Paciani Ep. Barcinon. praeclarum dictum. 62.

Paganorum vota ex juſſu numinis per quietem ob adceptam valetudinem. 65. ſqq.

Palladium religionis Proteſt. quale? 10.

Palma olim in ſignum fortitudinis. 305. ſqq. palma, piſcis, olea, ſi unum duntaxat aut alterum ſolitarie adceptum in lapidibus occurrat, aut nullum eſt martyrii ſignum, aut nimis ambiguum. 374.

Pamelius deſeritur. 125.

Panvinius arguitur. 391.

Papebrochius rejicitur. 159. 225. ſq.

Paraeus exploditur. 36. n. 38. ſq.

Parvulos in odium fidei trucidatos ceu veros martyres colit Eccleſia. 353. n. 298. horum tituli plures cruento vaſculo notati tanquam eximiae fortitudinis monumentum indicantur. 388. ſq.

Patritiani germen Manichaeorum carnem noſtram a malo Deo conditam adſerebant. 282. adn. ** I. quis iſte Patritius fuerit eorum auctor? ib. ** II. hujus ſectae initium ſub finem IV. ſeculi, 283. adn. ** III.

Perſarum veterum ſententia de autocheiria. 271. adn. *

B. *Petri* fides qualis? 58. confeſſio 154. ſq. 408. ſq.

Petrus de Natalibus turpiter lapſus, quod Latronianum & Priſcillianum ceu veros martyres in catalogo SS. intruderit. 345. adn. * I.

Philaſtrius inter & Epiphanium quid interſit juxta Aug.? 82. adn. * III.

Philippus Ep. amore & timore Dei ſe ad martyrium comparat. 217.

Plato probavitne autocheiriam, quae delicti conſcientiam non metueret? 272. adn. *

Polemii Silvii laterculum ſub ſeculum V. medium conſcriptum. 397.

Polyturgici dies qui ex Bona? 200.

Pontificis Rom. auctoritas & infallibilitas. 407. ſqq. etiam apud gallicanam veterem Eccle. 412.

Praefectorum Urbi in cauſſis MM. indiculus. 334. adn. * eorum dignitas & dominatio. 335. ead. adn. * ipſorum quoque peculiare fuit cauſſas MM. judicare, & in eos ferre ſententiam. ibid. & 337. adn. *

Praeſides Provinciarum a Tertulliano perſtricti, quod vexarent Chriſtianos. 324. adn. * II. raro ipſi ſententiam intra velum dictatam, foras egreſſi, palam legebant. 330. adn. * I. & 331. adn. * nullum tamen uſpiam reum damnabant, niſi manifeſte eſſet ſua confeſſione convictus. 326. adn. * 336. adn. * ipſis vero competebat capitis ſententiam ferre in ſanctos MM. ib. ad annum durabat hoc erga cauſſas illas munus. 337. adn. *

Praedeſtinati & alii haereſeologi corriguntur. 8. adn. * II. 169. adn.* 285. adn. *

Presbyter anonymus Luſitanus dogmata ſceleſtiſſima de caritate divina confinxit. 208. adn. *

Presbyteris olim pluries in die ſacrum facere licebat. 199.

Primitii M. lapis formulam in pace profert. 380.

Priſcilliani nomen in quibuſdam Martyrologiis adhuc exſtabat Vaſaei aetate juxta Sigonium. 346. adn. * II.

Procuratores Provinciarum ob Proconſulis obitum cum jure gladii defuncto ſubſtituebantur. 337. adn. *

Proprieidium. V. *Autocheiria*.

Proprietatis dominium ſeparari ne poteſt ab uſu facti licito? 259. n. 238. ſqq.

Prudentia virtus moralis & cardinalis. 244. n. 192. intellectu reſidet. 245. n. 194. proponens honeſtum, vel quod eſt divinae voluntati conſentiens. 246. n. 195. ejus materia ſunt omnia media, quibus finem ſuum adtingere poteſt. 247. n. 198. eſt ex integro practica. *ib.* n. 199.

Pſeudo martyrium quid? 362. n. 330. *perfidiae martyres* dicuntur Bernard. 363. ejuſmodi morte adfectos omnes Eccleſia catholica a faſtis ſanctorum MM. penitus excludit. 346. ſq. & 363. n. 334. V. *Haereticus*.

Purificationis B. V. feſtum quando initium duxerit in Eccleſia latina & graeca? 131.

Q

Quareſmius laudatur. 166.

Queſnellus errores ſuos perperam vindicare nititur. 23. adn. * defenditur à cenſura Baillet. 72. adpellatio ad futurum Concilium unde orta? 102. diſtinctio inter quaeſtionem juris & facti. *ib.*

Quietiſmus in Gallia redivivus, poſtea damnatus. 170. adn. * imperite ac temere caritatem extollit. 204. ſq.

R

Raymundus Neoph. librum edidit de invocatione daemonum poſtea flammis traditum. 8. adn. * I. diverſus eſt à Raym. Lullo. *ib.* adn. * II. & 169. adn. * graviſſime ſugillandus. 9. adn. * IV.

Raynaldus notatur. 8. adn. * I.

Raynaudus rejicitur. 8. adn. * III. 284. adn. * III.

Redlhamer incaute quietiſmum Fenelonii cum Molinoſiano confundit. 207. adn. * III.

Regula fidei in Eccleſia quae ſit & quotuplex.? 113. n. 95. ſqq. 162. §. I.

Reineſii conjectura de Gordiano M. Galli Caeſaris eunucho rejicitur. 382. ſq.

Relandus errore notatur. 60.

Remondinius deferitur. 226. perperam adcuſat Ferrarium & Ughellum in expoſitione tituli S. Aureliani. 394. ſq.

Reſpublica quomodo gaudeat dominio in vitam alterius? 259. n. 237.

Reſtrictione pure mentali aut mendacio utrumDeus aliquando uſus? 52. n. 84. ſqq.

Revelatio Dei, ſeu loquutio externa quid ſit? 49. n. 74. quouſque ſit infallibilis? 52. n. 84. ſqq.

Rhenferdius Jac. erga SS. Patres injurius. 81. adn. * II. carpitur. 82. adn. * IV.

Ritus Impp. Rom. in nuncupando Diis vota. 267. ſqq.

Roma olim mactandis Chriſti ovibus generale quaſi macellum conſtituta. 389. ſq.

Romani legumlatores aliquam quandoque autocheiriam ceu probam & honeſtam admittunt. 275. ſq. adn. *

Romani M. titulus plura in ſe continet chriſtianae religionis ſymbola. 229.

Ruinartius rejicitur. 326. adn. * 331. adn. *.

Sub-

S

Sabbaticum jejunium IV. eccleſiae ſeculo vigebat. 71.
Sadocaei an Pentateuchum ſolum admitterent? 80. adn. * II.
Saporica perſequutio contra jus naturae & gentium decem totos dies inauditis reis, in Chriſtianos debacchata eſt; quem tamen abuſum Sapor idem in ſe reverſus abolevit. 336. adn. * in ea ſcripto ſententiae non ferebantur. 333. adn. * III. praeſides à Sapore inſtituti habebant quoque jus gladii. 337. adn. *
Sapricius ob injuriarum memoriam tandem a fide defecit. 57.
Saturninum Judeae praeſidem vocavit Tertullianus, non Cyrinum ſicuti Lucas. 233.
Saturninus Carthagine primus omnium perſequutionem movet in chriſtianos. 323. adn. * I.
Scaligerianae collectionis editores impie negant Herodianum Infanticidium. 402.
Scapula perſtringitur a Tertulliano, quod Chriſtianos vexaret. 324. adn. * II.
Schultingius Corn. deſeritur. 125.
Scillitani MM. quem honorem Imperatori debitum adſererent? 325. adn. * V.
Scripturae ſacrae auctoritas. 114. n. 101. ſqq. lectio in ſacra liturgia, uſus, perpetuitas. 123. ſqq.
Sedes ordine ſacerdotali quid in lapidibus ſepulcralibus indicet? 275. ſq.
Seldeni commentarius de mariclauſo contra Grotium. 258. ſ.
Senatuſconſultum Tiberianum de differenda ſententiae capitalis exſequutione in diem decimum. 325. adn. * V.
Sepulturae privatio graviorum criminum reis inflicta. 328 adn. * III.
a *Serapide* per ſomnium opem valetudinis exſpectabant pagani. 65.
Serryus fruſtra laborat pro immunitate theſium queſnellianarum circa fidem. 23. adn. *
Servius quid cautum adſereret in pontificalibus libris de propricidio? 275. adn. *
Severi Imp. Conſulatus. 60.
Sianda perperam adnumerat Fenelonium inter quietiſtas. 207. adn. * III.
Sibyllina oracula ante promulgationem Montani haereſeos apud primaevos Chriſtianos recepta. 343. adn. * IV.
Siglae S. M. quid indicent apud notarum interpretes? 395.
Simon Magus Chriſti Dei-hominis exſiſtentiam negavit. 4. adn. * II.
Sirmondus Ant. in doctrina de praecepto amandi Deum refellitur. 204. adn. *
Smyrnenſis Eccleſia omnium prima ſancto Ep. Polycarpo, ſollemni ad ſepulcrum conventu feſtum dicavit. 398. cujus exſemplū aliae poſtea imitantur Eccleſiae. 399.
Solus vox penitus excluſiva non eſt. 12. adn. * I.
Spei paganorum deae fanum multiplex. 190. ſq. tituli quoque in numis, *publicae*, *auguſtae*, *perpetuae*. 193.
Spem praecedit actus intellectus & voluntatis. 172. n. 126. diſtinguitur a deſiderio. 173. n. 131. a fide & caritate. 174. n. 135. ſqq. eſt pariter ſupernaturalis ac reliquae. 175. n. 137. ejus materia primaria, Dei beata poſſeſſio; ſecundaria, quidquid ad primariam obtinendam conducit. 176. n. 141. ſqq. ratio potiſſima, divina bonitas erga nos. 177. n. 145. hu-

Google

hujus virtutis praeceptum diſpenſatum ne aliquando animis perfecta caritate inſtructis? 179. n. 152.

Speculatores qui? 328. adn.* II.

Spinoſa refellitur. 135.

Stationes quid ſint, quot, & earum inſtitutor. 198. ſq.

Stiliconis conſulatus & caedes. 262.

Stoicorum placita complurimi Romanorum nobiliſſimi ſequebantur. 274. ſq. eorum ſecta propricidio dedita. 280. adn. *

Suarezii opinio ſingularis de feſto Natalis D. 234.

Symbolum fidei quid & quotuplex? 37. n. 41. Apoſtolicum, ab ipſis fuit exaratum. *ib.* ſſ. non ſcripto ſed voce traditum. 39. ſſ. ante ſuſceptionem baptiſmi competentibus exponebatur. 74. ſq. quo die & quo ritu id fieret? 313. catechiſtaene eos docebant praecipua fidei myſteria, nihil prohibente arcani diſciplina? 314. ritus iſte quando coeperit aut deſierit? 315.

Syrorum canon novi Teſtamenti octavo Eccleſiae ſeculo, quinque libris decurtatus. 90. adn. * II.

T

Teleſphori decretum circa celebrationem trium miſſarum in Natali Dom. cenſetur ſpurium. 197.

Temperantia virtus moralis & cardinalis. 244. n. 192. coërcet adpetitum erga delectabile. 404. n. 336. ejus materia proxima, delectatio corporea; remota, externus uſus cui modum ponit. *ib.* n. 337. virtus eſt cardinalis; minus tamen perfecta quam aliae ejuſdem generis. 405. n. 338. tres importat virtutes, abſtinentiam, ſobrietatem, & caſtitatem. 406. n. 343.

Tertullianus, ubi agit de ſubeundo martyrio omnibus ubique, ingruente perſequutione, notatur a Beato Rhenano. 4. adn. * I. quem errorem ab illo exceperunt deinde Montaniſtae. 342. adn. * II.

Theodoretus Cyrus inter PP. Chalcedonenſes receptus. 107. adn. * III.

Theodori Mopſueſteni laudes à Joanne Antiocheno ſynodus Chalced. probavit. 107. adn. * III.

Theoſteriſti anathema in ſepulcri violatores. 166.

Theoteenus Ancyrae Praeſes in Chriſtianos ſaevus. 329. adn. * I.

Tillemontius rejicitur. 336. adn.*

Timor ſervilis honeſtus eſt & ſupernaturalis. 177. n. 148. manet etiam in beatis; quantum ad ſubſtantiam. 178. n. 150. V. *Spes.*

Titi arcus triumphalis quando & a quo erectus. 138.

Tituli ſepulcrales cum adjecto loculis vaſculo ſanguineo produnt ſepultum aperte martyrem. 229. 373. ſq.

Tolerantiae ſyſtemata in materia fidei non admittenda. 44. ſſ.

Toletanae ſynodi plures trium capitulorum damnationi refragantur. 106. ſq. adn. * III.

Traditiones ab Eccleſia adceptae, quod fidem & mores ſpectat, eadem cum S. Scriptura auctoritate gaudent. 145. ſqq.

Tranſubſtantiatio Euchariſtica ex ſacris literis, an ſolum traditione conſtet? 149.

Triſomus in ſepulcro Calevii quid? 262.

Trutina in lapidibus ſepulcralibus juſtitiae ſymbolum. 262. ſq.

V

Valdenſis Thom. excuſatur. 112. adn. *

Va-

Valentiniani proteguntur. 4. adn.* I.
Valeſii Henr. chronologia de anno emortuali Felicis P. II. falſo nititur documento. 378. ſq.
Valſecbius ubi non probat concordiam fidei & rationis ardenter impugnatur. 25. adn. *
Vaſcula cum palmis colligendo ſacro MM. ſanguini inſervire conſueverant. 320.
Vaſcula ſanguine adſperſa apud ſepulcra MM. 229. 373. ſq.
Ughellus in titulo S. Aureliani ſiglas S. M. recte expoſuit. 394. ſqq.
Vicecomes rejicitur. 315.
Vigilii P. conſtitutum circa tria capitula in Conc. V. oecumenico proſcripta. 106. adn. * III.
Virtutis nomine quid intelligatur. I. ſpeciatim de theologicis. 2. virtutes theologicae qua ratione Deum adtingant, & quae earum perfectior? 209. n. 166. virtutes morales ad tria capita officiorum revocantur. 244. n. 191. earum commendatio ab ethnicis quoque. 295. ſ.
Voſſii Iſaaci opinio de diluvio Noëmico. 135.
Voſſius Jo. Ger. ſymbolum Apoſtolorum iis abjudicat. 38. ſ. ejus ratio de auctore ſymboli ſub nomine Athanaſii commendatur. 41. ſ.
Vota decennalia, vicennalia, & eorum nuncupandorum formula ex Tertull. 267. ſq.

LAUS DEO FINI VIRTUTIBUS OBTINENDO.



PRAE PRIMIS EMENDANDA.

Pag.	*Lin.*	*ERRATA*	*CORRIGE.*
4	18	col. 2. ex ſcriptis	et ſcriptis
12	8	col. 2 Hac vero	Hae vero
53	34	da eum	ad eum
78	3	utque in	atque in
110	4	*Vicleſiani* &	*Wicleſſiani* &
128	ult.	praexfiiſſe	praefixiſſe
156	17	*eam crudis*	*eam erudis*
225	44	Archipresbyteratu	Archipresbyteratui
227	26	cultrix eſt	cultrix dicitur
235	9	*in his duobas*	*in his duobus*
239	29	apud Eochologium	apud Euchologium
267	28	an. 216	an. 316
288	30	col. 1. tn obſervationibus	in obſervationibus
292	27	inſuper demiſſo	inſuper demiſſio
326	15	col. 2. Martyrum XI.	Martyrum XL.
419	43	col. 1. titulus 361	titulus 385
425	10	col. 1. teſtimonium 385	teſtimonium 371
426	6	col. 2. Spe 191	Spe 193
ib.	32	col. 2. Spe 190	Spe 192
428	3	col. 2. reliquae	reliquas
ib.	30	col. 2. in Concil.	in Ecclſ.
430	33	col. 2. Eccleſ. 110.	Eccleſ. 100.

Errata cetera leviora pro ſua benignitate corriget Lector .

EXCVDEBAT ROMAE
PAVLLVS JVNCHI TYPOGRAPH. ET BIBLIOP.
PROVISOR LIBRORVM S. R. E. IN BIBLIOTH. VATICANA
IN S. MICHAELIS AD RIPAM
AN. R. S. MDCCLXXVII. IV. ID. DECEMBR.
SEDENTE
PIO. VI. PONT. OPT. MAX.
ANNO PONTIFICATVS III.

39 372492

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google